CONSILIA ET RESPONSA CASUUM CONSCIENTIAE, IN QUINQUE LIBROS IUXTA...

Jacobus : de Graffiis

BIBLIOTECA NAZ.
Vittorio Emanuele III
XII
D
12
NAPOLI

CONSILIORVM

SIVE RESPONSORVM,

CASVVM CONSCIENTIÆ:

In Quinque Libros iuxta Decretalium numerum, & ordinem distributorum,

TOMVS SECVNDVS:

AVCTORE R. P. D. IACOBO A GRAFFIIS
de Capua, Abbate Congregationis Cassinensis, I. V. D.
ac Neapolitanæ diœcesis maiore Pænitentiario.

NON SOLVM CONFESSARIIS, PÆNITENTIARIIS, ET IIS qui Casus Conscientiæ decidunt; sed etiam Iudicibus, Aduocatis, illisq. qui in foro Ecclesiastico versantur, maxime vtilis & necessarius.

Opus nunc primum in lucem editum, & Summarijs atque Indice rerum & verborum locupletissimis adornatum.

Superiorum permissu, & Priuilegijs.

VENETIIS, MDCXI.
Apud Ioannem Guerilium.

ILLVSTRISS.^MO AC REVER.^MO DOMINO ALEXANDRO PERETTO S. R. E. CARD. AMPLISSIMO,

Ac digniſſimo Vicecancellario; ſupremo, eximioque Congregationis Caſſinenſis Patrono,

Don Iacobus de Graſſiis à Capua ex eadem Congregatione Abbas Caſſinenſis Salutem.

Am diu in votis habui Cardinalis Ampliſſime pro tot, tantisq. beneficijs a te indies congregationi Caſſinenſi collatis, ego illius licet indignus alumnus, tibi aliquid grati animi referre: vnde cum alterum hunc meorum reſponſorum tomum de caſibus conſcientiæ non paruo ſtudio, ac labore imprimendum collegerim, tibi deſtinandum curaui. Nemini enim iure cōtingere poterat, niſi tibi patrono, ac eiuſdem religionis ſeruatori, qui ſumma prudentia nauiculam hanc noſtram luſtras, regis, & cuſtodis incolumem: Teque è ſublimi cardine omnibus Chriſtianis principibus, ac Romanæ eccleſiæ cultoribus imitandum præbes, & quaſi lucerna illa euangelica ſuper candelabrum poſita per uniuerſum terrarum orbem innumeris reſplendes uirtutibus, & præſertim propter illam in Chriſti pauperes eleemoſynarum affluentiam. Quapropter te oratum uolo ne didigneris munuſculum hoc nomini tuo dicatum, licet exiguum, & tanto principe minime dignum ea, qua polles benignitate ſuſcipere, ac patrocinio tueri. Nec non puſillum clientem adhortari ad maiora in dies paranda ſublimitati tuæ, in qua te Deus optimus maximus quam diutiſſimè ſeruet, & audaugeat, ac tandem ad cœleſtem, & immortalem hac multo ſublimiorem transferat uitam, & aſcribat, Vale.

CATALOGVS AVCTORVM

Quorum authoritatibus in hoc Opere vsi sumus.


Bbas Panor.
Abbas Antiq.
Adrianus.
Aeconomica canonica.
Aegidius Bossius.
Aegidius Bellamera.
Albericus de Rosatis.
Albertus Magnus.
Alciatus.
Alexander de Ales.
Alex. de Imola.
Alex. Stiaticus Bononiēsis.
Alex. de Neuo.
Alfonsus Villagud Abbas Cassinensis.
Alfonsus a Castro.
Aluarus Pelagius.
Andreas de Isernia.
Andreas ab Exea.
Andr. Barbatias, Siculus.
Angelus Aretinus.
Animaduertenda.
Antonius Burgos Hispan.
Ant. de Butrio Bononiensis.
Ant. Rosellus Pataniensis.
Ant. Corduba.
Ant. Gomes.
Ant. Capicius.
Archidiaconus Bononiensis.
Aragonius.
Arnoldus Monachus Cass.
D. Augustinus.

B

Baldus.
Baldus Nouellus.
Bartholus a Saxoferrata.
Benedictus Canophilus Sangrinensis, Monachus Cassinen.
Benedictus Capra.
D. Bernardus.
Bernardus Diaz de Lugo.
Bernardus a Compostella.
D. Bonauentura.
Bonifacius Auditor Romæ.

C

Cagnolus.
Cancellarius Parisiēs.
Carauita.
Cardinalis Varmiensis.
Catechismus ad Parochos.
Cæsar Lambertinus.
Clemens VIII. P. M.
Collectanea ad ius Canon.
Collectio priuilegiorum.
Conc. Tridentinum.
Conc. Constantiense.
Conc. Turonense.
Cōgregatio Illust. D. Card.
Conradus.
Constitutio Regni.
Cynus.

D

Declaratio Regulæ Sancti Benedicti.
Decisiones Nicolai Boerij.
Decis. Vincentij de Frāchis.
Decis. Borgnini Caualcani.
Decis. Matth. de Afflicto.
Decisiones Capitat.
Decis. Cappellæ Tolosanæ.
Didacus Perez.
Didacus Couarruuias.
Directorium Inquisitorum.
Durandus.
Dynus.

E

Eimericus.
Eugenius Papa.

F

Edericus de Senis.
Felicianus.
Felinus.
Florianus.
Frācisus Zabarella Car.
Franciscus Niconitius.
Franciscus ad Abbatem.
Franciscus de Rampo.
Franciscus de Panino.
Franciscus Tolet Cardin.
Francholinus de horis Can.

G

Gabriel Biel.
Gaspar Calderinus.
Genesis.
Goffredus.
Gomes.
Gregorius Sayrus Monachus Cassin.
Gulielmus Benedictus.
Gulelmus de monte Laud.
Gulier mus de Grego.
Gulielmus Naso.
Gutieriz.

H

Henricus de Asia.
Neuriquez.
Henricus Boich.
Hyppolitus Riminaldus.
Hyppolitus de Marsilijs.
Hostiensis.
Hugo.
D. Hieronymus.

I

Iacobus Sbrozius.
Iacobus Leonissa.
Iacobus Menoch.
Iacobus Ciso Eps Ilerdiēsis.
Ignatius Lopez.
Innocentius.
Ioannes Calderinus.
Ioannes Faber.
Ioannes Driedonius.
Ioannes de Deo.
Ioannes Brunella.
Ioannes Bertachinus.
Ioannes de Imola.
Ioannes a Capistrano.
Ioannes a Turrecr. Card.
Ioannes Nouellus.
Ioannes Andreas.
Ioannes Quintinus Hedui.
Ioannes a Sylua.
Ioannes Monachus.

Ioan-

INDEX IVXTA TITVLOS MATERIARVM IN QVINQVE LIBROS CONSILIORVM.

INDEX

INDEX OMNIVM RERVM MEMORIA ET NOTATV DIGNARVM,

Quæ in hoc Secundo Volumine Consiliorum continentur.

Acce-

affini-

B

C

dispen-

Fa-

F

Fo-

G

H

homi-

legis

N

O

e occi-

F

legis

ma-

mo-

N

O

ordi-

pœna

pro

reli-

S

ſolu-

T

via

FINIS.

Gli Eccellentissimi Signori Capi dell'Illustrissimo conseglio di X. infrascritti hauuta fede dalli Signori Reformatori del studio di Padoa, per relatione delli doi a cio deputati cioè del Reuerendo Padre inquisitor, & del circonspetto Secretario del Senato Zuane Marauegia con giuramento, che nel libro intitolato Secunda Pars Consiliorum, & responsionum conscientiæ Domini Iacobi de Graffijs à Capua Monaci Cassinensis, leuate però tutte le cose depenate, non si troua cosa contra le leggi, & è degno di stampa concedono licenza, che possa esser stampato in questa città.

Data die 28. Ianu. 1609.

Marc'Antonio Valaresso.
Nicolò Bon.
Bortolamio Nauagier.
Capi dell'Illust. Conf. di X.

Illustriss. Conf. X. Secr. Leonardus Otthobonus.

1609. adi 1. Febraro Registr. in libro a carte 36.
Ioan. Battista Breatto Officio contra Blasph.

CON-

CONSILIORVM SIVE RESPONSORVM, TOMVS SECVNDVS:

Iuxta ordinem Decretalium dispositus.

LIBER PRIMVS.

De Electione. Consilium Primum.

XISTENTE quodam Archiepiscopo in extremis, de quo habita notitia sacerdotes diœcesis, cum omnes, & singuli ex consuetudine haberent ius eligendi Vicarium: Sede vacante, ceperunt tractare de nouo Vicario eligendo, Modo quidam suffragabantur Archidiacono. Alij autem Primicerio, Et quia Archidiaconus non habebat maiorem partem votorum, duo Diaconi, vt voces dare possent Archidiacono, fuerunt in primis quatuor temporibus ad sacerdotium promoti, & nonnulli etiam absentes, sed eorum spes euanuit, quia mors sequuta non est. Aliqui tamen ex Canonicis Archiepiscopo superstite supplicauerūt clam summo Pontifici electionem Vicarii Sede vacante reduci debere ad formam iuris, vt ei intersint soli canonici: Qua obtempta nulla facta de consuetudine mentione illam penes se tenuerunt, postea vero destituta ecclesia Pastore sacerdotibus absentibus non citatis, sed solum Canonicis. vt tali intersint die electioni faciendæ, omnes etiam non Canonici illi interfuerunt. At Canonici literas præsentarunt Apostolicas, In quibus continebatur solos Canonicos electioni interesse debere. Contra uerò qui non erant Canonici dicebant se non esse ipso facto priuandos possessione eligendi; cum hoc habeant ex possessione per consuetudinem præscripta, & literas eo tempore præsentatas fuisse, quando iure se tueri non poterant. Quare voces dederunt, & fuit electus a maiori parte non quidem ille, quem Canonici petebant, sed alius.

Consilium præsens septem difficultatibus absoluetur.

I. An ius eligendi ad aliquem spectare possit ex consuetudine. Et quot vicibus illa introducatur?

II. Quæ competunt Capitulo, aut aliis de iure communi sede vacante.

III. An qui tempore, quo vacabat ecclesia, non erat sacerdos, si tempore, quo fit electio, fiat sacerdos, possit electioni interesse?

IIII. An absentes conscij sint vocandi? & vtrum si fuerint ita remoti, vt venire nequeant infra octo dies, sint vlterius expectandi?

V. Vtrum literæ Apostolicæ de iure præsentari possint tempore electionis?

VI. An dictis literis præsentatis non obstantibus, facta protestatione, Sacerdotes non Canonici possint eligere?

VII. Vtrum talis electio sit valida? & quid si eligatur non doctor, nec licentiatus iuxta Concilium?

SVMMARIVM.

1 *Capitulum, an sede vacante teneatur constituere Vicarium?*

2 *Continens ponitur pro contento.*

3 *Capitulum ex Concil. Trid. infra octo dies tenetur Vicarium constituere.*

4 *Absentia longa morti æquiparatur.*

5 *Ecclesia non solum morte, sed multipliciter dicitur vacare.*

6 *Clericus secularis non potest habere vocem in capitulo monachorum.*

7 *Electio solum præstari de iure spectat ad capitulum ecclesiæ cathedralis.*

8 *Grauatus in vno in alio est releuandus.*

9 *Consuetudo per quot actus introducatur? nu. seq. 17. & seq.*

11 *Consuetudo laicorum contraria canoni in foro ecclesiastico non seruanda.*

12 *Consuetudo ab ecclesiasticis viris potest fieri contra canones sed non lex.*

13 *Consuetudine in inducenda diuersitas est inter ius ciuile & canonicum.*

14 *Solitus dictio, An verificetur in vna vice?*

15 *Intellectus ad text. in l. Mela, § sed si alimento ff. de alim. & cib. leg.*

16 *Communis vsus loquendi attendi debet.*

PRIMA DIFFICVLTAS.

CIRCA primam difficultatem indiuiduæ Trinitatis nomine inuocato, & Beatissimæ meæ Virginis singularis Patronæ implorato suffragio, An ius eligendi ad aliquem spectare possit ex consuetudine? dico primum, quòd cum capitulum succedat in iurisdictione Sede vacante, non tenebatur de iure constituere
1 Vicarium, sed poterat † per se exercere iurisdictionem, Erat tamen vtile secundum Hostiensem propter difficultatem, & contradictionem absentium aliquorum, vt capitulum illum constituat, ita Abbas in capit. irrefragabili numero secundo, versic. ex quo infertur de offic. ordinar. quem refert Felinus in cap. cum olim, numero nono, de maior. & obed. Capitulum vero repræsentatur per canonicos, & ita intelligitur tex. in capit. vnic. de maior. & obed. libro sexto. Vbi habetur quod Episcopali sede vacante potest capitulum, idest possunt canonici, vt sic ponatur con-
2 tinens † pro contento, cap. monasteria extra de vita, & honest. cleric. ibi. monasteria, hoc est Moniales. Simile notatur extra de excess. prælat. capit. fin. Modo sint capitulariter congregati, Felinus in cap. eam te, numero decimoquarto, de rescript. Petrus de Ancharan. in dicto cap. monasteria, numero primo. Hodie vero post Concilium Tridentinum sess. 24. de reformat. capit. decimosexto. Capitulum sede vacante Vicarium infra octo dies post mortem Episcopi constituere, vel existentem confirmare
3 omnino tenetur, † & ita quod de iure secundum Abbatem, & Felinum erat vtile, hodie est necessarium, quia saltem de iure canonico debet esse doctor, vel licentiatus supple ad docto-

ctora-

ctoratum, vel alias quantum fieri poterit idoneus, quod si secus factum fuerit, ad Metropolitanum deputatio huiusmodi deuoluatur. Et si ecclesia ipsa Metropolitana fuerit, vel exempta, capitulumque (vt praefertur) negligens fuerit, tunc antiquior Episcopus ex suffraganeis in Metrapolitana, & propinquior Episcopus in exempta oeconomum, & Vicarium idoneos constituere potest. Et quod dico post mortem, intellige e-
4 tiam post longam absentiam † Episcopi; nam illa morti comparatur, Cardinal. in clemen. vnic. de offic. Vicar. numero decimonono, in fin. vbi refert ex Lauren. quòd mors, & absentia Episcopi aequiparantur, ita quod Capitulum, vel alius, in quem transfertur potestas, iuxta text. in capit. vni. de maio. & obed. in 6. ita possunt Episcopo absente Vicarium cōstituere, sicut defuncto; quod etiam notat Innocent. in capitu. ad abolendam in fine glosae magnae, pro hoc quia mors, & absentia aequiparantur, quando requiritur praesentia alicuius, extra de testi ibi in uerbo, qui in capit. praesentatam. Ad idem est text. in capit. vnico, §. fin. ne sede uacan. ad hoc de procur. libro sexto, capit. secundo, ibi in longum peregrinari, hoc autem est arbitrarium, vt dixit ibi glosa. ad idem Bartol. in l. ea, quae in fin. numero quinto, C. de temporibus in integrum restitutionis, Hoc tamen de absentia ita intelligas, quando longe absente Episcopo mortuus fuerit Vicarius; quia tunc poterit per Capitulum iuxta Concilium eligi alius, Et ita fuit seruatum Neapoli tempore, quo bona mem. Anibal de Capua Archiepiscopus degebat in Polonia Legatus Summi Pontificis. pariter per mortem, intellige qualitercumque ecclesia vacauerit, siue per depositionem, † siue resignationem, de rescript. in sexto, capitulo susceptum, siue per mutationem, glosa in capit. cupientes uerbo uacationibus de electio. in sexto, vel alio modo, ut quia esset captus Episcopus a Schismaticis, Haereticis, vel Paganis, text. & glo. in capitu. si Episcopus de suppl. negligen. praelat in sexto. Nam in his casibus Vicarius est, confirmandus, vel eligendus per canonicos capitulariter congregatos; tamen si de consuetudine soleant alij sacerdotes interesse, tunc illi ad electionem sunt uocandi, facit text. in capit. ea, quae §. fin. de statu monach. vbi non potest secularis clericus
6 vocem habere in capitulo † monachorum, quia ut dixit glosa in uerbo clericos in uno eodemque officio dispar non debet esse professio, & nec est arandum in boue, & asino 16. quaestione 7. capitu. in noua. extra de elect. capitu. cum causam. Sicut etiam non potest clericus cum eis eligere Abbatem ex pacto post fundationem apposito, sed ratione consuetudinis, aut priuilegij, aut pacti in fundatione oppositi hoc potest, ita dixit Ancharan. in dicto capit. ea, quae numero decimo septimo, sic potest intelligi text. in capitu. secundo, extra de in integr. restit. uerbo priuilegij; cum priuilegium, & consuetudo aequiparentur, glosa in capitu. Romana verbo consuetudine de sentent. excomm. in sexto. facit etiam tex. in cap. Cumana uerbo consuetudine extra de elect. & ibi glosa, ubi quamuis Clerici & Capellani, ac etiam Abbates de iure communi in electione Episcopi esse non debeant, cum ad Ca-
7 pitulum solum † spectet electio, 16. quaest. vlt. capit. congregatio, 18. quaest. 2. c. Abbates, c. quia propter, capit. Ecclesia 2. extra de electio. sicut electio praelati spectat de iure ad ecclesiam collegiatam, capit. primo, de electio. tamen de consuetudine possunt, cap. cum ecclesia circa

finem de cau.poss.& propriet.glosa in. dicto capit. Cumana. Sic etiam text.in cap. cum ecclesia Vulterina ibi nisi alibi secus obtineat de consuetudine speciali de electio. dixit, quod in Tuscia generalis consuetudo seruatur, ut in cathedralibus ecclesijs solum capitulum irrequisito etiam Episcopo eligendi canonicos facultatem habeat. Igitur si in electione Episcopi valet talis consuetudo, vt supra probauimus, cuius electio durat usque ad mortem, multo magis ualebit illa de Vicario, cum sit ad tempus; & eo magis, quia talis consuetudo uidetur rationabilis: nam quod omnes tangit, ab omnibus debet approbari, uulgatis iuribus. Tum etiam, ut
8 qui in uno grauetur, † in alio releuetur, argumen. text. in l. cum, qui ff. de iureiuran. Etenim grauat ista consuetudo, quod canonici in sacris, qui poterant eligere iuxta clement. ut hi qui, de ætate, & qualitate non possint, nisi sint sacerdotes, ergo in alio debet releuare, ut etiam sacerdotes non canonici admittantur ad electionem. Est etiam præscripta tanto temporis spacio, & continuata, ut præsupponitur, quòd non solum fuerit continuata annorum spatio quadraginta, sed etiam sit immemorabilis, quare fauet magnopere text. in capitulo cum tanto de consuetud. qui vult consuetudinem rationabilem, & præscriptam legitimè derogare iure positiuo; quod est, vt tantum canonici intersint. Et dicitur legitimè præscripta, quando est continuata per annos quadraginta, Philippus Francus in capitulo generali de præscriptio. libro sexto. per
9 quot tamen actus † introducatur consuetudo; cum consuetudo sit ius quoddam moribus, hoc est frequentibus actibus hominum institutum, iuxta tex. in capit. consuetudo distinctione prima. Dic quod licet consuetudo aliquid faciendi introducatur per duos actus ad minus infra decennium celebratos, ut est glosa ordinaria in §. sine scripto in uerbo diuturni mores institut. de iure natur. gentium & ciuil. & ideo dixit glosa, quam etiam sequuntur Doctores in capitulo cum causam uerbo promulgauit de senten. & re iudic. quod consuetudo inducitur
10 ex duabus sententijs † in contradictorio iudicio obtemptis, si ab eis non sit appellatum, l. tertia, C. de episcop. audien. Additio ad glosam in uerbo diurni, litera B. Quod est uerum, nisi consuetudo deroget iuri ecclesiastico, quia si esset con-
11 suetudo laicorum contraria † canonicis in foro ecclesiastico, non esset seruanda, Archidiac. in dicto capit. cum causa, numero secundo, sed si esset consuetudo inducta per uiros ecclesiasticos contra canonem, tunc ut illa deroget iuri ecclesiastico, oportet ut sit rationabilis, & præscripta, idest obtempta per cursum quadraginta annorum, secundum Innoc. in c. cum dilectus num. 3. de consuet. vnde nota vnum mirabile, quod a uiris ecclesiasticis potest induci consuetudo contra canones,
12 † & tamen non possunt facere legem contra canones. Vnde oportet dicere, quod ista cōsuetudo assumit uires non solum ex tacito consensu uirorum ecclesiasticorū, sed auctoritate Romani Pontificis permittētis induci cōsuetudinē contra canones. pro quo facit dictum Speculatoris extra de locato, §. 6. vers. Quinto. vbi dicit, quòd ad valorem consuetudinis sufficit, si ecclesia Romana cōsuetudinem dissimulet. Et ita nota diuersitatem inter ius ciuile, &
13 canonicum in inducenda † consuetudine. Nā secundum ius ciuile sufficit tacitus cōsensus populi, non tñ requiritur aliqua præscriptio, & ratio

tio est, quia seculares personæ habent potestatem ab Imperatore cōdendi leges etiam contra legem principis, ut l. omnes populi, ff. de iustit. & iur. Vnde si inducunt consuetudinem contra legem, non est opus, quòd ipsi præscribant contra legem principis, quia illam legem possunt tollere per contrarium statutum. Sed de iure Canonico non est permissum uiris ecclesiasticis statuere contra Canones, ut cap. quod super his extr. de maior. & obedien. capit. institutionis. 25. quæstione secunda. ideo oportet, ut tollatur canon Papæ per quandam præscriptionem. Vnde præscribitur non consuetudo, sed potius illa lex Papæ: sed consuetudo dicitur præscripta modo prædicto. Ita Abb. in capit. fi. de consue. numero septimo, uersi. secundo. Adde etiam Bald. in auth. quas actiones, C. de sacrosan. eccles. & in rubr. C. quæ sit longa consuet. 11. quæst. & in l. 1. ff. eod. tit. ubi dicit, quod consuetudo requirit pluralitatem actuum, & glosa in capit. mos distinctio. prima, dicit, quòd in delictis duæ uices faciunt consuetudinem, argumen. glosæ notab in capit. tua nos, uersicu. usum 25. quæst. secunda, glosa in capit. uenerabilem versic. successione tit. nostro. Vnde si statutum punit pœna mortis consuetum furari, certe non ita punitur, qui facit vnum furtum; quia pro vno furto non inducitur consuetudo. l. nemo. C. de Episcop. audien. vbi Baldus. quamuis actus sit notorius, Ita Bartol. in dicta l. de quibus in 1. lectu. numero 11. & in repet. numero 13. & ibi Iason numero quinquagesimoprimo. Abbas in d. capit. fi. sed ad minus requiruntur duo actus extraiudiciales notorij, & in ciuilibus quatuor. Sed quid si statutum puniret pęna mortis solitum furari, tunc Bartolus in l. Melo, §. sed si alimenta, ff. de alimen. & cibat legat. dicit, quod illa dictio soli-
14 ius verificatur † in vna vice; quia aliud est dicere ita solitum fieri, & aliud consuetum fieri: quia consuetudo requirit binum actum, Quare infertur per dictum, §. sed si alimenta, quòd si testator reliqueret alicui alimenta, quæ in uita sua præstabat, intelligitur pro ut erat solitus præstare tempore mortis, & si vario modo præstiterit, ultima pręstatio alimentorum attenditur, quia secundum Bartolum ibi illud intelligitur solitum præstari, quod tantum una uice præstitum est, Et idem dixit Bartolus in l. prima, versicu. Quæro secundo. C. quom. & quando iudex. Hoc esse menti tenendum. Et Paulus de Castro ibi dicit, quòd illud dictum Bartol. communiter tenetur. & sequitur Angelus Aretinus in § fine scripto Institut. de iure natur. Alexand. consilio quinto, si vera sunt colum. fin. libro quinto. Verum contrarium affirmat Decius in rubr. de consuetu. numero quinto, & in l. tertij conditio, §. si nummos, ff. si cert. petatur. Nam quod semel fit, raro fieri dicitur, l. ex his, l. nam ad ea, ff. de legibus: ergo non uidetur, quod ex una vice quis solitus dicatur, & in terminis hoc tenet Baldus in l. item lapilli colum. penultima, versiculo octauo quæritur, ff. de rerum diuis. vbi inquit, quod illa uerba solito cursu non verificantur in uno actu, & ideo videtur uelle in l. binos in fine, C. de aduocant. diuers. iudic. & ideo non dicitur res solita infeudari ex unico actu, vt Alexand. concludit in consilio nono, viso themate colum. secunda, lib. tertio. Ad idem facit, quia pro eodem ponuntur consuetus, & solitus, ut colligitur in l. sed Iulianus §. penult. ibi solebat ministrare ad Senatusc. Macedon. iuncta. l. proinde in rem uerso vsque ad eum modum, quem do-

minus præstare consueuerat. Et faciunt etiam multa alia iura allgata per Decium, qui respódendo ad tex
15 tum in d.l. Mela † ait, quòd dum ibi dicitur, quòd vltima præstatio alimentorum attenditur, intelligitur de vltima solita; quia verba testatoris referuntur ibi ad illud, quod testator facere consueuerat, quæ quidem vltima præstatio solita, in vno actu non verificatur, sed in pluribus, sicut si dicatur, quod vltima consuetudo attenditur, quo casu intelligitur, quòd pluribus actibus introducta sit consuetudo secundum eius naturam, quod notat Bald. in l. binos. C. de aduocat. diuersorum iud. Quid enim si testator toto tempore vitæ suæ vno modo alimenta præstitisset? & nouissime alio modo semel præstiterit? certe nullo modo videtur dicendum, quod illa verba solitus erat præstare, referantur ad illam vnicam præstationem, contra illud, quod alias semper obseruatum fuit. Et licet Roch. vt refert Additio Syl ad Decium in rubrica de consueto. lit. B. dicat, quòd veritas videtur, quam tradit Roch. videlicet, quòd verbum solitus sit aptum comprehendere unam ex pluribus vicibus, & uerificari possit in una, uel pluribus, qui respondet ad omnia adducta per Decium ibi, tamẽ mihi nunquam hoc placuit, & ideo uidetur uerius quod dixit Decius; etenim si nos cõsideramus communem usum loquendi, qui attenden-
16 dus est, † iuxta tex. in c. ex literis de sponsal. quis negabit, quòd solitum verificetur in pluribus uicibus? sic si solitum consideremus iuxta sermonem uulgarem, (Questo è solito di commettere furto) profecto nemo est, qui dicat hunc modum loquendi intelligi, non de eo, qui semel, sed qui saltem bis furtum commiserit. Quare concludo saluo semper meliori iudicio cũ Decio, quòd solitum requirat plures uices, quemadmodum, & consuetum. Verum vt ad rem nostram redeamus, per quot actus inducatur consuetudo? dico, quòd non potest dari certa regula, sed quòd requiruntur tot actus, ex quibus consurgat expressus, uel tacitus consensus populi, ha-
17 bentis facultatem † habilem legis condendæ, ex quo appareat populum consentire, uel uelle pro iure seruari: & ita duo actus sufficiunt, quando sunt notorii, & tales, qui uerisimiliter transeunt in notitiam populi, alias non. Imola in capit. final. de consuetud. (Verbi gratia) si fieret pons per uiam publicam Ciuitatis, quod est de iure prohibitum l. final. ff. de seruit. urban. prædi. & uia esset frequentata a populo, & populus acquiesceret; & alius forte post quinquennium fecit alium pontem in simili loco, populo etiam acquiescente, satis ex tali actu iterato consuetudo introduceretur, C. de testamen. l. sancimus, At si pons fieret in alia uia a Ciuitate remota, & non frequentata, per quam pauci de populo, & raro transeunt in anno, tunc ex hoc bino actu non introduceretur consuetudo, cum non insurgat communis populi consensus, qui hoc ignorauit, facit textus in capit. si aliquando de senten. excommun. Et ita, quod actus fieri debeant ad
18 hoc, ut consuetudo inducta † censeatur, hoc totum a iudicis arbitrio pendet, Et hæc est uerior sententia, quam probarunt Cardin. consilio sexagesimosecundo. Corneus consilio centesimo & septuagesimonono, libro tertio, ut refert Iacobus Menochius de arbitr. iudicum libro secundo, capit. octuagesimoprimo, numero quarto. Verum cum in casu nostro sacerdotes non canonici pluries, præsentibus Canonicis interfuerint electioni faciẽdæ de Vicario, & uoces dederint non contra-

dicen-

dicentibus ipsis canonicis, & hic actus dandi uocem non soleat concedi ratione amicitiæ aut, familiaritatis, fit, quod dubio procul non solum ex pluribus actibus, sed etiam ex vnico introduci possit consuetudo; probatur a simili, vt dixit Abbas in cap. cum ecclesia de causa possess. & propriet. per textum in l. 1. §. quæsitum, ff. de aqua quot. & esti. ubi ad probandum quasi possessionem seruitutis ducendi aquam per fundum alterius sufficit semel fuisse usum. Et hæc quo ad primum.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia dicitur uacare quotiescunq; uiduatur.*

2 *Ecclesia quando dicatur contrahere spirituale coniugium cum Christo?*

3 *Matrimonium spirituale tantum contrahitur inter ecclesiam, & episcopum, & non inferiorem prælatum.*

4 *Matrimonium spirituale multipliciter dissoluitur.*

5 *Mors ciuilis æquiparatur morti naturali quo ad vacationem ecclesiæ.*

6 *Restituere rogatus post mortem alicuius intelligitur de naturali.*

7 *Canonicorum appellatione qui ueniant & num. seq.*

8 *Sede uacante, casus quidam capitulo permittuntur, quidam prohibentur, & quidam sunt sub dubio, nume. 9. & sequ.*

11 *Capitulum an dare possit litteras indulgentiarum?*

12 *Capitulum sede uacante potest excõmunicare, & ab excommunicationibus absoluere, a quibus potest episcopus.*

13 *Literæ dimissoriæ possunt concedi a capitulo sede uacante in tribus casibus.*

SECVNDA DIFFICVLTAS.

Quæ competant capitulo, aut alijs de iure communi sede uacante.



CIRCA præsentem difficultatem, Quæ competant Canonicis de iure communi sede uacante. Dico tria, & primum quod ecclesia dicitur † vacare, quotiescunque uiduatur, de hac ecclesia uiduata loquitur text. in c. ne pro defectu extra de elect. in c. quam sit, & cap. cupientes libro 6. vnde cum uiduatio præsupponat matrimonium, quia vidua dicitur ab Iduo, iduas, quod est separare, & diuidere à viro, glossa in cap. vidua dist. 34. ideo sciendum est, quod tunc ecclesia dicitur contrahere spirituale coniugium, quando post electionem † episcopi subsequitur canonica confirmatio, ita est textus in cap. inter corporalia de translat. episc. & quemadmodum in matrimonio carnali præcedunt sponsalia, per quæ dicitur inchoari matrimonium, sic spirituale fœdus coniugij, quod est inter episcopum, & ecclesiam, in eductione initiatur, in confirmatione ratificatur, & in consecratione consummatur, ita est text. in cap. licet eod. titul. & ob hanc causam, quia matrimonium spirituale dicitur contrahi solum inter episcopum & ecclesiam, & non inferiorem, prælatum, ipse solus † potest, & debet deferre annulum, & non alij inferiores prælati, nisi hoc habeant ex priuilegio Abb. in d. cap. licet nu. 3. Hoc vero spirituale coniugium non solum morte episcopi, sed etiam pluribus modis non humana, sed potius diuina potestate dissoluitur, scilicet per depositionem, † distinct. 50. c. postquam; per translationem, per mutationem, 7. quæst. 1. cap. mutationes, & per cessionem, de renunt.

nunt. cap. nisi cum pridem, & hoc fit auctoritate summi Pontificis, quem constat esse Vicarium Iesu Christi in terris, iuxta text. in d. cap. inter corporalia, & consequenter successorem piscatoris, 24. quæst. 1. cap. quoniam vetus, Et istis modis ecclesia dicitur viduata, Reperitur etiam ecclesia quasi uiduata, & hæ sunt ecclesiæ Collegiatæ per mortem suorum prælatorum, cum non habeat eos, qui regant, hoc est prælatos, qui dicuntur quodammodo sponsi ecclesiæ, cap. vnaquaque 11. quæst. 2. De hac quasi uiduatione loquitur textus in dicto cap. ne pro defectu. Et ex his collige, quod mors ciuilis æquiparatur naturali, nam ecclesia uiduatur tam per mortem naturalem quam ciuilem, hoc est per depositionem, facit glosa singularis in clem. ne Romani, de elect. ubi dicit uel cedente cap. 2. de renunt. libr. 6. nam tunc quo ad sedem episcopus censetur mortuus: quia mors ciuilis æquiparatur naturali, vbi operatur eundem effectum, ita additio ad dictam glossam, in uerbo Mors. Vnde cum per mortem naturalē, & ciuilem sit eadem ratio, & fauor prouisionis ecclesiæ, fit, vt æquiparetur mors naturalis, & ciuilis, quamuis naturaliter appellatione mortis non ueniat ciuilis, sed solummodo naturalis. Hinc rogatus restituere post mortem eius, intelligi-
6 tur de naturali, † text. est notabilis in l. statius §. Cornelio fisci, ff. de iure fisci. vbi etiam glossa in uerbo à petitione notat, quod non uidetur mori, licet condemnata, & deportata. Adde ad hoc glosam in cap. placuit ij. 16. quæstio. 1. verbo Mortuus. Vbi dicit, Et hoc teneas pro regula, quod in solis illis casibus ciuilis mors æquiparatur naturali, vbi hoc iure cautum inuenitur. Vnde in statutis appellatione mortis naturalis non uenit ciuilis, vnde si statutum dicit, quod vxore decedente uir lucretur tertiam partem dotis, non habet locum, si vxor ingrediatur monasterium, ita dicit se consuluisse Iason in l. si decesserit 4. notabil. ff. qui satisd. cogantur, quod dictum nota, quia communiter ignoratur. sic Petrus de Ancharan. consilio 60. quod incipit in Christi nomine amen, dicit, quod stante statuto, quod uir per mortem uxoris lucretur dotem, non uerificabitur, si ingrediatur religionem. Secundo cum appellatione capituli ueniant canonici, ideo scien-
7 dum est, quod appellatione canonicorum ueniunt primo illi, qui habent beneficia simplicia sine administratione cum residentia annexa, Sotus libro tertio de iustit. & iur. quæst. quinta arcul. tertio uersic. Tertia, secundo supernumerarij, hoc est illi, qui sunt recepti simpliciter a capitulo ultra numerum. vt quia excrescentibus facultatibus augetur numerus canonicorum, licet non habeant præbendam. Vnde si habent stallum in choro, & locū in capitulo, debent interesse omnibus actibus capituli, & electioni sede uacante, Abbas, & Felin. in capit. cum M. de constitut. & Decius numero 132. & ratio est, ut notat Innocent. in cap. Cumana de electio. de restitut. spoliat. cap. ex literis in princip. quia eligere est fructus possessionis, ergo, post quam alius fuit receptus vltra numerum, & habet possessionem iuris canonici debet posse eligere. Et hæc dicit uera Federic. de senis consilio 290. nisi consuetudo repugnaret, sic ueniunt canonici sine præbenda, facit text. in cap. dilectus 1. cap. relatum de præben. item existentes in quasi possessione iurium canonicalium particularium, iuxta text. in cap. dilecto extra de præb. hoc est, ꝙ hēant stallum in choro, & uocem in capitulo,

tulo, Zabarel. in clemen. fin. de præben. & sint in quasi possessione pacificè, & quietè, quamuis ius in veritate non habeant, cap. in genesi, §. in possessione titu. nostro. Non tamen veniunt portionarij viuentes de portionibus, quæ eis contingunt de die in diem, qui alias vocantur assisij ex eo, quod semper maneant in ecclesia, capitu. penult. de cler. non resid. nam cum vere non sint Canonici, non debent vocem habere in capitulo, vt in electione, & alijs actibus capitularibus. Tertio dico, quòd cum capitulum post Concilium teneatur omnino infra octo dies Vicarium constituere, vel existentem confirmare, Quæstio nostra erit, quid poterit Capitulum infra hos octo dies facere? Vnde inuenio apud Doctores quosdam ca-
8 sus, † permissos capitulo sede vacante, quosdam prohibitos, & quosdam dubios. Et primo de casibus permissis dico, quia cum capitulum dicatur successor Episcopi, Feder. de Senis consil. trigesimo, numero tertio. Abbas in capit. cum olim, tertio notabil. fit, quòd plura possit, quam Vicarius Episcopi, vt latè dixit Rebuff. de deuolut. a numero 58. vsque in finem. Vnde habet iurisdictionalia, ita Specul. titu. de instrument. edi in §. nunc vero aliqua in versicu. circa legitimos. Cardin. in clement. prima, §. secundo, numero primo, de hæret. eo. tit. cap. ad abolendam, vbi de hoc. Ne sede vacante. libro 6. c. vnico. Siue iurisdictio competat in spiritualibus, siue temporalibus, capit. penult. de supplem. neglig. prælat. libro 6. glosa in clement. statutum verbo personis de electio. Vbi Cardin. Zabarel ibi. tertio notab. dicit, quòd non tantum ad capitulum ecclesiæ cathedralis fit deuolutio iurisdictionis defuncto Episcopo, sed etiam ad collegia aliarum ecclesiarum deuoluitur iurisdictio suorum prælatorum, & hoc per verbum prælatis, quod est verbum generale secundum Laurent. tamen dicit Paul. quòd tex. in dicta clement. intelligitur de prælatis principalibus, per quorum mortem viduatur ecclesia, siue etiam iurisdictio competat Episcopo ex consuetudine. Abb. in capitu. cum olim de maior. & obed. Secundo capitulum iudicat hæreticos, capitu. ad abolendam versic. vel clerici ipsi de hæret. Tertiò præsentatos a patronis potest admittere, si sint idonei, & eos instituere in beneficijs, ad quæ fuerunt præsentati, cap. 1. de instit. in 6. Quarto compellit executores testamentorum ad executionem, postquam susceperunt officium. Ita Io. Andr. in cap. Ioannes, num. 9. extra de testam. prohibiti uero casus sunt quidam. Et primo, quia capitulum sede vacante beneficia, quæ ad col-
9 lationem Episcopi pertinent. † conferre non potest, cap. 1. de inst. in 6. capit. pro illa, ne sede vacan. eod. lib. Quod si quis obiiciat; si potest confirmare quod est plus, ergo conferre, quod est minus? quia respondet glosa in d. capit. 1. verbo non possit, falsum esse, quòd cõfirmare sit plus; quia qui confirmat, nõ donat. extra de fide instrum. c. inter, sed qui confert, donat, c. vlt. de offic. Vicar. lib. 6. Et quod diximus de collatione beneficiorum, extendimus ad electiones, & præsentationes spectantes ad solum episcopum, ut notat Guiel. in Spec. Ne sede vacan. circa medium. Item non alienat. immobilia; nam hoc non facit Visitator datus a Papa, capit. is, cui de electio. in 6. Item non succedit in immunitatibus, & priuilegijs episcopali dignitati concessis, de quibus notatur de priuileg. libro 6. capit. fin. Item non procedit in præbendo consilium, quod requiri debet ab episcopo, Ne sede vacan. libro 6. capit. primo, § fi. Casus vero

dubij

dubij sunt plures, & primo dubita-
10 tur, An possit uisitare, † unde glossa in Clement. 1. verbo capituli de hæret. dicit indigere declaratione, Quare Lapus concordando opinionem Ioan. Mona. qui dicebat non posse uisitare, & illam Archidiaconi asserentis quod sic, dicit, quod opinio Mona. potest esse vera in generali uisitatione ciuitatis, vel diocesis, vel ut dixit Zabar. in uisitatione, quę competit iure speciali uisitandi monasteria exempta, vt habetur per Zabar. in Clement. 2. quaest. 4. de statu monach. vel quando de proximo speratur successor, Abbas in d. cap. cum olim. sed opinio Archid. procedit in uisitatione speciali, vel inquisitione contra certas personas, & loca, ita refert Anchar. in c. 1. de maior. & obed. in 6. Item est dubium, An possit præbere auctoritatem in permutationibus beneficiorum? de quo in Clemen. 1. in glossa de rerum permutat. vbi uidetur concludere quod sic, si eorum collatio spectabat ad episcopum & capitulum communiter; alias secus, si ad solum episcopum: Item An det litteras indulgen
11 tiarum, † de quo Ioan. Andr. in cap. accedentibus extra de excess. prælat. vbi tenet quod non: Et hæc est veritas, quia licet dependeat a iurisdictione, tamen hæc iurisdictio est concessa dignitati; & quæ sunt dignitatis episcopi, non transeunt in capitulum, Archid. in cap. 1. de pœnit. & remiss. in 6. & probatur in c. quoniam Abbas de offic. deleg. Item dubitatur, An dispenset in septennio ratione studii? iuxta tex. in cap. cum ex eo de elect. in 6. & inclinat Ioan. Andr. quod sic ita Doctor. in d. cap. cum olim; sed hodie post Côcilium Tridentinum in Canonicatibus, Parochijs, & alijs beneficijs requirentibus residentiam requiritur licentia summi Pontificis. Item dubitatur an faciat alias dispensationes permissas episcopo? de quibus per specul. de maior. & obed. § nunc de episcoporum, dicit hoc egere dispẽsatione, sic Fed. de sen. consi. 40. quod incipit super eo, quod quæritur, an scilicet capitulum possit commutare uota? cum commutatio uotorum sit dispensatio, an possit dispensare in punitione criminum? & similia dubia indiscussa, uide Doctores in dicto c. olim. & Nauar. de tempor. ordin. consilio 31. item est dubium, An capitulum succedat in iurisdictione delegata a iure vbi Ioan. Andr. tenet quod non. Vnde infert Lapus quod capitulum sede uacante non potest uisitare monasterium monalium exemptarum, quas posset uisitare Episcopus, clem. attendentes de statu monach. Hæc, & multa alia adducit Ioan. Andr. in d. cap. unico de maio. & obed. lib. 6. Quando dubium sit, an capitulum possit exercere. Et ita ex his habetis casus dubios, prohibitos, & permissos. Vnde potest etiam Capitulum sede uacante excommunicare, & ab omni excommunicatio
12 ne absoluere, † a qua poterat Episcopus, vt est tex. vbi franc. numer. 1. & nume. 2. de maior. & obed. in 6. cap. vnico absoluere a iuramento, ut concludit Card. cons. 35. Ad secundum principale dubium, potest approbare de uita, & moribus habentes priuilegium a summo Pontifice recipẽdi ordines a quouis Antistite cum approbatione ordinarij de uita, & moribus, sic Nauar. extra de temp. ordin. consilio 19. num. 1. qui quidem textus per Côcilium vbi supra corrigitur, vt solum infra annum dimissorias concedere non possit, quod secus esset, si Episcopalis sedes ultra an-
13 num vacauerit, † nam cum Concil. Trident. dicto cap. 10. tantum uacante sede prohibeat dimissorias literas indulgere infra annum a die uacationis, fit quod lapso anno ius antiquum non mutetur, & ideo in iuri-

di

dæ obseruantia manet, l. præcipimus, C. de appellation. cum alijs. sic quando quis ratione obtenti, vel obtinendi arctatus sit arctatus sit ad sacros ordines suscipiendos, tunc capitulum sede uacante dimissorias literas poterit concedere, Concil. Trident. ibi. Alicui, qui beneficij ecclesiastici recepti, siue recipiendi occasione arctatus non fuerit. Pariter ex Simone Maiolo lib. quarto capit. quinto numero quinto. Forte sede Apostolica vacante dimissorias concedere potest, quia illius vacantis sedis iurisdictionem, non uidetur limitasse verba dicti Concil. Trident. & ideo stare uidetur in sua consueta iurisdictione litteras dimissorias concedendi. alias præter hos casus dimissorias concedens Capitulum ipso facto subiacerij Ecclesiastico interdicto concil. ubi supra. vltimo potest etiam Capitulum, immo debet omnino constituere Vicarium infra octo dies, vt superius diximus numero tertio. Cætera autem, quæ possit, vel non possit Capitulum, ponunt sparsim Doctores in cap. cum olim de maior. & obedien. Ioan. Andr. in cap. unico eodem titul. in 6. Et hæc quo ad secundum.

SVMMARIVM.

1 *In electionibus tempus electionis inspicitur animum. nu. seq*

3 *Persona habilitas ubi requiritur ad certum actum, sufficit, quod sit tempore executij actus.*

4 *Canonicus sacerdos priuatus executione ob bigamiam. reseruata tamen canonia dispensatiuè an habebit uocem in capitulo?*

5 *Vidua dicitur etiam, quæ habet uirum inutilem.*

TERTIA DIFFICVLTAS.

An qui tempore, quo uacabat ecclesia non erat sacerdos, si fiat sacerdos tempore, quo fit electio, possit ipsi electioni interesse?

IRCA præsentem difficultatem uidetur quod non, per textum cum glosa in uerbo Electionis tempore. de elect. Vbi habetur, quod in electionibus tempus electionis spectatur,
1 † an sint tunc idonei, extra de ætate & qualit. capit. cum bonæ, de clerico excommun. ministr. capitu. postulasti. argumen. tit. nostro, cap. auditis, igitur si ponderemus initiũ, ut ponderandum est in electione facienda, iste erat inhabilis, ergo licet postea fiat habilis, quia efficitur sacerdos, non conualescit actus factus tractu temporis, ut dixit glosa in d. capit. Dudum. 1. glosa tamen in clemen. 2. uerbo constitutus de ætat. & qual. ponens hanc quæstionem, quæ etiam tunc de facto occurrebat, determinat contrarium, scilicet quòd tempore electionis faciendæ sit habilis, quod satis probatur in capit. cũ inter R. de elect. in fine, & de excep. cap Apostolicæ: & ratio est, quia cũ ius istud sit pœnale, quia priuat uoce, debet attendi finis, & non principium, argumen. tex. in l. non intelligitur, §. quando, ff. de iure fisci. Quod idem glosa in d. uerbo constitutus extendit ad eum, qui non erat
2 Canonicus † tempore uacationis, nam si tempore electionis Canonicus esset, admitteretur cum alijs, & eligeret; similiter qui tempore uacationis non esset in loco, unde uocari deberet, si tempore electionis præsens esset, admitteretur ad eligendum. ad hoc tit. nostro, capitu. ecclesia 2. unde notat D. Anton. ut refert Imola in d. clem. 2. num. 22. in fine,

quod

quod ubi personæ habilitas requiri
3 tur ad actum certum,† sufficit, quòd illa habilitas sit tempore exercitij actus, ad hoc facit text. in cap. ei, cui de praben. in 6. & ibi Francus. ubi uidetur concludere, in fine, quod in gratia fauorabili facta ad instantiam alicuius impetrantis attenditur tempus prouisionis, & non tempus datę. Vnde quod dicitur in electionibus spectari initium, intelligitur de initio electionis, & non uacationis. Sed quid si canonicus sit sacerdos, sed est priuatus executione propter
4 bigamiã,† dispensatiue tamen est ei reseruata canonia, nunquid habebit uocem in capitulo, uidetur quod sic, quia dicta clem. 2. non requirit executionem, sed ordinem: contrarium nihilominus nobis videtur uerius, & æquius: nam ratio illius clementinæ fundatur super executione ordinis, ut seruiat ecclesiæ, ergo debet intelligi, vt sit sacerdos debitè constitutus. Hinc si aliquis a non suo Episcopo esset promotus sacerdos, cum non habeat ordinis executionem, non habebit uocem, gloss. in verbo a suspensis in c. cum dilectus extra de consuet. nam paria sunt nõ esse, vel minus perfecta esse, aliquid non fieri, vel minus bene fieri, unde dixit in tex. in l. quoties ff. qui satisd. cogantur, quod quoties uitiosè cautum, vel satisfactum est, non videtur cautum; ubi glossa ibi multa allegat. sic uidua dicitur tam quæ caret uiro per mortem, quam quæ habet uirum
5 inutilem, † ita glossa in uerbo orbitates in l. fin. C. ad l. Flau. de plagiat. per quam glosam dixit ibi Baldus, quod priuilegium concessum uiduis, intelligitur concessum maritatis inutiliter, & consequenter uxori banniti, quia pro uidua est, cum habeat uirum inutilem, glosa in d. l. fin. verbo orbitates ubi orbatum uocat patrem filio, licet filius uiuat, quia sibi est inutilis, facit quod dicebat Baldus in l. 1. C. de edilitijs actionibus, uersic. & ideo si statutum. Vbi ponit, an statutum ponens pęnam debilitanti membrum, habeat locum debilitanti membrum inutile? de quo uide Felinum in cap. inter cęteras, numer. 8. extra de rescript. qui uidetur tenere contra. sic dicitur ecclesia uiduata, non solum, quando caret episcopo, sed etiam, quando habet illum inutilem, unde datur ei coadiutor, facit textus in c. inter corporalia de translat. episc. sic tunc dotans ecclesiam, iuxta text. in c. piementis 16. quæst. 7. efficitur patronus, si congruè dotauerit, nam dos incongrua non dicitur dos, Benedictus in repet. cap. Rainutius, verbo & vxorem nomine Adel. numero 244. de testamen. facit etiam glosa in l. omnes verbo eorundem, C. de hæret. ubi denarius falsus non est denarius.

SVMMARIVM.

1 *Absentes in propria significatione qui dicantur.*
2. *In electione Papæ non uocantur absentes, sed solum expectandi per dies 10. num. seq.*
4 *Absentes multum remoti, ut nullatenus uenire possint infra dies octo, ad electionem Vicarij an sint uocandi?*
5 *Obligatus quid facere infra certum tempus ante elapsum totum, an conueniri possit?*
6 *Pœna quando adijcitur ab homine statim committitur, si non fit infra tempus determinatum, quando certum est illud non posse adimpleri, quod secus est, quando apponitur a lege & differentia ponitur n. 8.*
7 *Dictum Ex tunc deuotat extremitatem temporis.*
8 *Tempus dierum octo prefixum ad eligendum Vicarium a Concilio an possit restringi?*

QVAR-

QVARTA DIFFICVLTAS.

An Absentes conscij de morte prælati sint uocandi?

CIrca hanc præsentem difficultatem, notandum est, quod per absentes intelli-
1 go illos † in propria significatione, qui sunt extra Ciuitatem; nam qui sunt intra, dicuntur præsentes, Doctores in cap. vbi periculum, §. 1. de elect. in 6. licet glosa in l. præsens, ff. de procurat. dicat quod multipliciter capiatur. Sic in glosa in authent. de fideiuss. verbo præsentes ponit sex modos, quando quis dicitur præsens. Quo notato, pro parte contraria negatiua, quod absentes non sint vacandi, facit primo glosa in capitu. cum in ecclesijs uerbo si commode de præb. in 6. ubi uult, quod in actibus capitularibus absentes non sunt uocandi, etiam si tractetur de alienatione rerum ecclesiasticarum, ut uult notabiliter Frācus ibi. numero 11. sicut nec in professione, ergo nec in electionis negotio, secundo facit tex. in capit. ubi periculum, §. 1. titu. nostro in 6. ubi in electione Papæ non sunt uocandi absentes, sed tantum expectandi per
2 decem dies, † quos Archidiaconus credit esse computandos a die mortis Papæ, ut satis demonstrat mens dicti §. primi, ergo hoc uidetur multo fortius procedere in electionibus aliorum inferiorum, ut membra correspondeant capiti. Tertio esto, quod essent uocandi, non tamē uidetur eos esse uocandos, quando non ignorant mortem prælati; nam qui certus est, amplius certiorari nō debet, ff. de actio. empt. l. 1. in fine, c. cum inter vniuersos titu. nostro. A pro parte affirmatiua, quod absentes sint uocandi, facit regula vniuersalis; absentes esse uocandos, & citandos in electionibus, dist. 65. c. fin. 10. q. 2. c. hoc ius, c. quod sicut, c. coram, c. cum inter, c. quia propter, c. bonæ, 2. de elect. facit etiam text. in c. cum in ecclesijs de præb. in 6. Vnde non obstant in contrarium adducta, & primo, quod in actibus capitularibus non sint uocandi absentes, quāuis simus in actib. grauibus, i. in alienatione rerum ecclesiasticarū, auth. hoc ius porrectum, C. de sacr. sanct. eccles. quia hæc regula fallit in electionis negotio, & in tribus alijs casibus, vt in cessationibus a diuinis, & in receptione Canonicorum, & in collatione præbendarum, & est cōis; ita glosa singul. in c. 2. verbo ipsorum, de testi. Francus in d. c. cum in ecclesijs. Secundo nec obstat tex. in d. c. ubi periculum, §. 1. nam ibi illud est speciale in electione Papæ, quod absentes nō uocentur, sed tantummodo expectentur per decem dies, vt dicit in d. §. 1. Archidiac. cum in hoc casu mora sit valde periculosa. Etenim si diuturna uacatio in ecclesijs est damnosa, c. ne pro defectu tit. nostro c. qua sit, c. cupientes eod. tit. in 6. multo magis uacatio Romanæ ecclesiæ, vnde sicut in inferioribus est prouisum, ne diu uacent, ca. 2. de concess. præb. similiter & eo magis prouidendum fuit in ecclesia Romana, & ita ut absentes non uocentur, sed solum expectentur, sunt ēt & alia specialia in electione Romani Pontificis xiij. quæ ponuntur per Gulielmum cognomēto Speculatorem in d. c. vbi periculum. Tertio non obstat, q̄ si sint uocandi, saltem hoc non procedit, q̄n absentes scirent mortē episcopi, quia sunt vocādi, vt sciant diē, vel horā, q̄n dēant venire, & hoc per tex. in c. qa pp tit. nr̄o, qui cum indistinctè loquatur, in distinctè est intelligendus, arg. tex. in c. omnis de pœ. & remiss. & cum nō distinguat, nec nos distinguere debemus, l. de pretio, ff. de public. in rem act. & ne innitemur prudentiæ nr̄æ, c. ne innitaris extra de constit. Ego au-

autem salua semper meliori sententia arbitror in hoc casu electionis Vicarij sede uacante non esse necessarium uocare absentes, cum in Concil. Trid. sess. 24. cap. 16 constituatur terminus octo dierum ad confirmandum, uel creandum nouum Vicarium, ergo ut in dicto cap. ubi periculum, non citantur absentes, sed solum expectantur, ex eo, quia est pręfixus terminus decem dierum, sic etiam dicendum videtur in casu nostro, cum mora uideatur ualde periculosa. Sed esto, quod absentes sint multum remoti, ut nullatenus uenire possint infra octo dies, an sint expectandi, uel statim praesentes possint

4 venire ad electionem, † ante tempus elapsum octo dierum, & videtur quod non sint expectandi; quia, quando certum est opus in obligatione deductum in residuo termini explicari non posse, tunc potest agi ante finem termini, quia frusta expectatur tempus, cuius nihil operatur effectus, tex. est in l. aliquando, ff. ad senatuscons. Vell. in §. fin. ad hoc facit optimus tex. in l. cum stipulatus, ff. de uerb. oblig. ibi cum iam opus se, & caet. ad idem est glosa notabilis in cap. praedixerat in uerbo postea de poenit. dist. 1. quae dicit, quod si teneris mihi scribere librum ad certum tempus, & tantum de tempore est lapsum, quod in residuo scribere nō possis, statim possum agere cōtra te, argum. 2. quaest. 6. cap. appellantem: at pro contraria parte faciunt multa, & primo text. optimus in l. insulam, ff. de uerb. obligat. ubi obligatus quid facere ad certum terminū,

5 † tamen potest ante elapsum totum terminum effectualiter conueniri, dato quod certum sit intra illud temporis spacium, quod superest fieri non posse; accedat etiam text. in c. commissa titul. nostro in 6. ubi si ob non promotionem ad ordinem sacerdotalem infra annum imponatur poena priuationis ipso iure regiminis animarum, iuxta text. in cap. licet canon de elect. in sexto tamen nunquam committitur poena, nisi ex toto tale tempus labatur, etiam si certum sit illud tale fieri non posse intra residuum illius temporis, quod Doctores in d. cap. commissa, & in d. l. cum stipulatus notant ad multa: Et primo statuto cauetur, quod lapso termino banni bannitus possit impunè occidi: Potestas banniuit quendam, si non uenerit intra tres dies, quid si sunt lapsi duo dies, & bannitus est Florentiae, ita quod una die non est possibile quod ueniat, an possit occidi ante lapsum termini? & certe non, ita post Bar. in d. l. cum stipulatus, affirmant Canonistae in d. cap. commissa. sed oportet, quod expectetur totus terminus. Quod idem dic de statutis imponentibus poenam non soluentibus, uel quid aliud non facientibus intra certum tempus, quia oportet, ut totum tempus labatur, ut poena debeatur. Bartol. in d. l. cum stipulatus, quam communiter sequuntur Doc. ibi. & in d. l. Insulam, ut Angelus Paul. Alex. & Aret. ita concordant has opiniones, quod quando adijci-

6 tur † poena ab homine, si non fiat intra certum tempus, statim ipsa incurritur, quando certum est intra tempus fieri non posse, & ita procedunt contraria, & glosa in dicto cap. praedixerat; scilicet in poena conuentionali, quae apponitur a partibus; sed si poena apponitur a lege, sicut est in d. l. Insulam, & in cap. commissa, & in statutis, & tunc non incurritur nisi lapso tempore, & ob hanc doctrinam dixit Ioan. Andr. & Abb. in cap. personas ad finem de appellatio. quod ille, cui est assignatus terminus ad prosequendam appellationem; si restringit se taliter, quod impossibile sit amplius in termino posse prosequi, non succedit poena iuris

nisi

nisi elapso toto termino quæ vult, quod appellatio intelligatur esse deserta. Ad hoc etiam ponderat text. ibi in uerbo, Ex tunc, quæ dictio denotat
7 † extremitatem temporis, & sic innuit, quod post terminum sit exclusus, & non ante. sic glosa notabilis in clem. ut hi, qui in uerbo constitutus, de æta. & qualit. tenet, quod pœna Canonica, per quam transfertur in superiorem ius prouidendi ecclesiæ, non incurritur ante lapsum finem termini, licet certum sit, quod eligentes eligere non possint; quæ allegat ad hoc tex. in d. cap. commissa in princ. ob quam doctrinam Bartolus in d. l. cum stipulatus tenet, glosam in d. ca. vbi periculum in princ. in uerbo decem diebus, quod Cardinales, qui sunt adeo remoti, quod nullatenus possunt uenire intra decem dies ad locum, ubi debet celebrari electio Papæ, tamen debet expectari per totum tempus decem dierum, & sequitur Bald. in cap. licet de uitanda, colum. pen. ad finem & ultima, de elect. quia ista dilatio decem dierum est legalis, seu canonica sine aliquo ministerio iudicis, ergo debet expectari quod tota labatur; sic ad rem nostram cum Concilium Trident. statuerit terminum dierum octo, si Canonici sunt absentes, ita ut infra terminum nullo modo uenire possint, tamen sunt expectandi per totum tẽpus, & eo elapso debet creari Vicarius, quamuis si essent omnes præsentes, posset capitulum restringere numerum die-
8 rum octo † pro constituendo Vicario, per text. ubi Abbas in c. ecclesia uestra, de elec. Atquare oporteat totum tempus Lbi in pœna legali, & non sic in conuentionali, quãdo certum sit illud fieri non posse intra re-
9 siduum temporis? † respondeo, quia minus agitur cum lege, quam cum ministro legis, hoc est homine, l. Celsus, ff. de recep. arbitr. & quia pœna legalis censetur esse odiosior, quia non procedit consensu partium expresso, vt conuentionali, iuxta glosam in l. auxilium, ff. de minor. & odia sunt restringenda; Et hæc quo ad quartam difficultatem.

Quinta et Sexta Difficultas.

An litteræ Apostolicæ eo possint præsentari tempore, quo electio est facienda, & an dictis litteris præsentatis non obstantibus facta præstatione sacerdotes non Canonici possint eligere?

Summarium.

1 *Litteræ Apostolicæ an possint præsentari eo tempore, quo est facienda electio.*
2 *Litteræ Apostolicæ, ut tantum canonici intersint electioni, an præiudicent consuetudini? cum tribus sequentibus.*

Circa hanc difficultatem respondeo quod possunt literæ Apostolicæ de facto præ-
1 sentari tempore, quo † est facienda electio; uerum si præsententur, ita quod commodæ non possit fieri probatio, an alij sacerdotes præter canonicos debeant interesse? tunc tali casu præfati sacerdotes sunt admittendi cum protestatione, ut eorum uoces ualeant, si, & in quantum appareat eos debere interesse electioni concordat panormit. in cap. cumana not. 2. in fine tit. nostro vbi dixit. Nota cautelam, & practicam cum dubitatur, an aliqui debeãt interesse electioni, & tempus instat, ita quod commodè non potest recipi probatio, nam tunc debent admitti cum protestatione si, & quantum: concordat eod. tit. cap. in genesi, & postea probare, quod per plures actiones.

nes non canonici interfuerint, & dederunt voces in electionibus: etenim stante hac consuetudine, si literæ Apostolicæ dicerent, ut canonici tantum ecclesię cathedralis intersint
2 electioni faciendæ, † non ex hoc intelligitur Romanus Pontifex tollere consuetudines particulares ecclesiæ, nisi in illis literis fiat expressa mentio, non obstante consuetudine in contrarium, ad hoc de elect. lib 6. c. cum expediat. facit tex. in c. fin. de consuet. in 6. ubi dicit Francus nu. 4. quod per mandatum Papæ non tol-
3 litur † ius alteri quæsitum vigore cō suetudinis, ideo si Papa mandat beneficia ecclesiæ cōferri, intelligitur seruata consuetudine ecclesiæ, cum in dubio non uideatur tollere cōsuetudinem ecclesiæ, vel loci, vt in d. c. fi. facit etiam textus, qui ad hoc allegatur in c. 1. de constit. eod. libr vbi licet per nouam constitutionem iu-
4 ris communis princeps intelligatur reuocare priorem illi contrariam, etiam si de ea non fiat mentio, tamen secus in consuetudine, & statuto, quia non intelligitur tollere consuetudines, & statuta locorum particularium, nisi hoc expresse dicat, & idem Francus in d. c. 1. extendit ad priuilegium, quia nūquam intelligitur tolli priuilegium alterius, nisi de eo fiat specialis mentio, ut in c. ueniens de præscript. facit etiam text. in cap. constitutus de rescriptis, ubi in dubio non uidetur Papa rumpere numerum canonicorum in ecclesia determinatum, sic tex. in c. ex tuarum de auctor. & usu pall. dicit, quod Papa concedendo alicui priuilegium, non intendit præiudicare iuri tertij sic glosa in c. 2. & c. ex parte de priuileg. uidetur uelle, quod literæ non facientes mentionem de priuilegio exemptionis, non ualent, ad hoc ui de Mar. Socc. in d. c. nu. 11.

SEPTIMA DIFFICVLTAS.

An talis electio sit ualida, & quid si eligatur nec Doctor. & nec licentiatus Vicarius iuxta Concilium.

SVMMARIVM.

1 *Copula, Et, multipliciter capi solet in iure.*
2 *Sanioritas consistit in tribus.*
3 *Consensus per vniuersitatem est explicandus collegialiter.*
4 *Vicarius est eligendus doctor, si haberi potest, alias electio est nulla.*
5 *Vicarius canonicus quando sedere debeat in loco sui canonicatus.*
6 *Vicarius confirmatus a capitulo an possit reuocari sine causa.*
7 *Epilogus omnium, quæ in præsenti consultatione sunt.*

CIRCA hanc quæstionem respondeo ad primum, quod electio est ualida; modo cō currat maior, & sanior pars sacerdotum, unde non sufficit maioritas, nisi etiam cōcurrat sanioritas: Et licet copula, &, quandoque pona-
1 tur declaratiuè pro idest, vt in auth. de nupt. §. primæ si quidem & infamis dicit glosa idest infamis. Et aliquando ponatur disiunctiuè pro vel l. conuentionum, & l. sæpè ubi Bar. ff. de uerbor. significa. Iason in l. 1. in princ. ff de iust. & iu. ponit regulam cum octo limitationibus; tamen de sui natura est regulariter copulare utrumque extremorum principaliter ad ueritatem sui, l. si hæredi, & ibi Bar. ff. de condit. instit. & plenius in d. l. 1. l. hæredi, C. de fundo instr. l. quod senatus, ff de iniur. notat glosa in cap. quærelam extra de simo, & super rubr. de iur. & facti ignor. Sa-
2 nioritas uero consistit in tribus, † vt habetur per Zabar. in c. in genesi titul.

tul.nostro, Primo in maiori auctoritate eligentium, ut quia sunt maiores dignitate, ætate, uel gradu, aut scientia. Secundo in zelo, qui in animo consistit, uidelicet, ut non moueantur ad eligendum propter consanguinitatem, uel amicitiam, cap. Moyses cum sequen. 32. quęstione secunda, cap. si quis pecunia distin. 70. Tertiò ex merito ipsius electi, Abb. in capit. ecclesia 2. de elect. Decius in cap. cum omnes in 2. lectu. numero 49 extra de constit. Item requiritur, ut fiat per cōgregatos in unum: nam non sufficeret consensus eligentium singulariter præstitus, ut si quilibet consentiret in uno cubiculo; sed oportet, ut collegialiter consentiant, ad hoc d. c. in genesi. Quod etiam est extendendum in omnibus explican
3 dis per † uniuersitatem, facit glo. singul. in l. sicut, ff. quod cuiusc. uniuers. nomine. Requiruntur etiam, & multa alia, quæ habentur per Abbatem in dicto capit. quia propter. Igitur si talis electio fuerit rite facta, hoc est, ut eligatur Vicarius, qui saltem sit in iure Pontificio Doctor, uel licentiatus, aut alias quantumuis fieri potest idoneus. Ob id Pauinus de potest. Capit. sede uacan. secunda parte prin. quæst. 10. numero 24. scribit huiusmodi Vicarium eligendum de sufficientioribus, & diuitibus, Deūque timentibus; Vnde hoc consilium dedit Moisi eius cognatus; prouide inquit de omni plebe uiros sapientes, & timentes Deum, in quibus sit charitas, & qui oderint auaritiam, & constitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicent populum omni tempore, ut nos diffusè diximus de elect. official. in prima parte nostrarum decis. libro secundo, capitulo 99. numero 9. & 10. inde cum Concilium præscribat modum, qualiter sit eligendus Vicarius, uidetur, quod quando capitulum eligit non doctorem, quando haberi potest Doctor, quod electio sit nulla, licet
4 Iacobus † Sbrozius libro primo, de offic. Vicar. quæst. 36. numero 13. dixerit posse Vicarium etiam non doctorem, & non habentem tales qualitates eligi, modo consulat assessorem doctorem iuris Pontificij. Et ita dixit se uidisse obseruatum in Episcopatu Fanensi. Vnde fit quod cum Vicarius debeat esse doctor, si Episcopus defunctus reliquit Vicarium, quem elegerat, cum non esset doctor, capitulum non debet eum confirmare, sed alium, qui sit doctor eligere quamuis non sit de capitulo, non obstante, cap. ne pro defectu tit. nostro, quia tex. ille procedit in electione prælati. Si tamen
5 Vicarius esset canonicus, † & interesset choro, ut lucretur distributiones, debet sedere in loco sui canonicatus per text. in cap. a collatione de appellat. in 6. Et hæc est communis opinio, ut refert Menoch. de arbitr. casu 68. numero 23. qui debet habere salarium, ut extraneus. An uero confirmatus Vicarius, uel de nouo institutus possit ab eisdem canonicis, hoc est maiori parte reuocari,
6 † & constitui alter sine causa? credimus quod non; tum, quia quod semel placuit, amplius displicere non debet: tum, quia functi sunt officio suo; tum, quia esset contra legem charitatis, argumen. tex. in cap. excommunicationi de raptor; tum, quia electio rite facta amplius reuocari non debet: tum, etiam, quia improbatur a iure mutatio, & uariatio sine causa, vt notabiliter dixit Abbas in cap. publicato titu. nostro. Facit tex. in cap. cum autem de iure patron. Sed modo explicatis omnibus & absolutis præfatis difficultatibus superest, vt breuiter illa reassumamus. Quare quo ad primam difficultatem diximus, quod licet de iure capitulum, hoc est canonici,

quorum appellatione veniunt habẽtes beneficia simplicia cum administratione, cum residentia annexa, item supernumerarij canonici quoque sine præbenda, & existentes in quasi possessione iurium canonicalium particularium, vt sup. in secunda difficult. numero septimo. Collegialiter, vt in sexta difficult. numero tertio, de honestate debebant confirmare Vicarium, Hodie tamen ex concilio omnino tenentur, sede vacante; quæ non solumq; fit per mortem Episcopi, sed etiam per depositionem, mutationem, & translationem, constituere, vel confirmare Vicarium doctorem, vel licentiatum, vel alias quantum fieri potest, idoneum: immo etiam possunt alij sacerdotes interesse ex consuetudine, vel ex priuilegio, quæ licet regulariter introducatur per binos actus notorios ad minus, infra decennium celebratos; quod etiam procedit, quando statutum puniret solitum committere furium, ut numero decimosexto. Tamen quot actus requirantur ad inducendam consuetudinem, est arbitrariumq; quia tot actus requiruntur, ex quibus consurgat expressus, vel tacitus consensus populi habentis potestatem habilem legis condendæ. Sed circa secundam difficultatem diximus, quod capitulum sede uacante, per quam viduatur ecclesia cathedralis, & quasi viduatur ecclesia collegiata; quæ uiduatio non solum fit per mortem episcopi naturalem, sed etiam ciuilem, cum vtraque mors eundem operetur effectum, licet naturaliter appellatione mortis naturalis non veniat ciuilis, potest plura facere, quam Vicarius episcopi. Vnde habet iurisdictionalia in spiritualibus, & temporalibus; iudicat hæreticos, potest admittere præsentatos a patronis idoneos, & eos instituere, in beneficijs, ad quæ fuerint præsentati, item compellit executores testamẽtorum ad executionem, potest visitare certas personas, & loca; non tamen generaliter ciuitatem, uel diœcesim; potest præbere auctoritatem permutationibus beneficiorum, si eorum collatio spectabat ad episcopum, & capitulum communiter, dispensat in septennio ratione studij, licet hodie ex concilio requiratur licentia Papæ in canoni casibus, & beneficijs requirentibus residentiam, potest excommunicare, & absoluere ab excommunicationibus, a quibus potest episcopus, absoluere a iuramento, approbare ordinandos de uita, & moribus, & constituere Vicarium infra octo dies debet: Non potest autem conferre beneficia, facere electiones, & præsentationes spectantes ad episcopum, non alienat immobilia, non succedit in immunitatibus, priuilegijs Episcopali dignitati concessis, & in præbendo consilium, quod requiri debet ab Episcopo, non potest generalem facere visitationem, nec concedere literas indulgentiarum, cum sit iurisdictio concessa dignitati; non succedit in iurisdictione delegata a iure, ut uisitare moniales exemptas, & nec facere dimissorias, nisi in casibus notatis, numero 13. Verum in tertia difficultate habetur sacerdotem factum tempore, quo fit electio, posse eligere, quamuis tempore, quo uacabat, non esset sacerdos. Sufficit enim ut sit habilis tempore exercitij actus. Quæ quidem habilitas requiritur, vt sit debitè idonea, vnde fit, quod si sacerdos priuatus esset executione propter bigamiam, licet dispensatiue sit ei reseruata canonia, non habebit uocem in capitulo. Ad quartam uero diximus absentes conscios de morte prælati, qui propriè sunt extra ciuitatem, esse uocandos, & citandos ad electionem faciẽdam,

dam,

dam, ut sciant diem, & horam, quando fieri debeat electio; quod idem extende ad receptionem canonicorum, collationem præbendarum, & cessationes a diuinis: fallit modo in electione Papæ: quia absentes non vocantur, sed tantum expectantur per decem dies. Item fallit in alienatione rerū ecclesiasticarum, & meo iudicio in electione Vicarij, ut numero octauo. Verum, quòd absentes conscij de morte prælati sint vocandi, procedit, quamuis sint ita remoti, quòd certum sit infra tempus constitutum non posse venire; quod procedit in pœna legali, vt hic: quod secus esset in pœna conuentionali, vt si non fiat intra certum tempus; nam statim ipsa committitur, si certum est intra tempus fieri non posse. Ad penultimam vero diximus literas Apostolicas, vt electio reducatur secundum ius, & non secundum consuetudinem, præsentatas tempore, quo fieri debet electio, esse admittendas cum protestatione, vt voces sacerdotum valeant, si, & in quantum appareat eos debuisse interesse electioni, Non tamen literæ Apostolicæ nocebunt sacerdotibus non canonicis, si in eis non fiat expressa mentio de consuetudine in contrarium, Ad vltimam vero diximus electionem tunc demum validam esse, si in ea concurrat maior, & sanior pars populi, quæ sanioritas in tribus consistit, vt numero secundo, & quod debet eligi vicarius iuxta Conc. Trid. qui si est canonicus, & interest choro, vt lucretur distributiones quotidianus, debet sedere, vt canonicus, & non ut uicarius, qui habere debet salarium, vt extraneus, & electus semel a capitulo non potest reuocari absq; causa. Et hæc salua, &c.

D. Iac. de Graffijs a Cap.

SVMMARIVM.

1 *Electio facit prælatum, & confirmatio nihil noui tribuit.*

2 *Electio vbi non tenet, confirmari non potest.*

3 *Electus sine confirmatione administrare non potest, fallit multipliciter.*

4 *Consuetudine introduci non potest, quod sine administratione administret quis.*

De Electione.

Consilium II.

INTERROGATVS, An electus sine cōfirmatione administrare possit? Dico primò inuocato prius diuino nomine, & Beatissimæ Virginis Mariæ implorato suffragio, quod Archidiac. in cap. si cui de elect. in 6. dicit,
1 quod electio faciat prælatum, † 24. dist. cap. legimus, & 7. q. 2 cap. dilectissimi & quod ibi notatur, & quòd per confirmationem nihil iuris acquiritur noui, sed tantum exercitium: nam confirmare est quod a principio tenuit, validare; ad hoc est, quod notatur 16. quæst. 6. c. placuit,
2 † & vbi electio non tenuit ipso iure, vt d. c. si cui, confirmari non potuit: nam si non valet principale, nec accessorium, extra de fide instrument. capit. inter, iuxta finem, vbi de hoc, extra de noui oper. nunc. cap. cum ex iniuncto. Secundò dico, quòd electio non dicitur perfecta, nisi fuerit confirmata, Innocen. extra de præb. cap. dilectus 2. in glosa. ista enim, ad finem. Archid. tit. nostro in 6. cap. si electio, & vide quod ipse notat eod. tit. c. indemnitatibus in verbo examinatione: & in verbo administret, quo in loco habetur resolutio casus nostri, & dicit, quod regulariter ele-

ctus sine confirmatione administrare † non potest; fallit tamen in Abbatissa, vbi electa exceptis duabus casibus licitè in spiritualibus, & temporalibus administrat; pariter fallit in cap. nihil in fine, titu. nostro; rursus fallit in Papa, qui electus statim potest administrare, cap. in nomine Domini distin. 23. Et idem in Imperatore, quod prosequere per Ioann. Andream in d. cap. indemnitatibus, §. si uero. Præter hos, & alios casus nec potest consuetudine introduci, quod sine confirmatione quis administret, † notat Compostel. extra de consuet. cap. cum venerabilis, quem sequitur Archidiac. de præben. cap. eam, qui lib. 6. vbi etiam hoc patet, nisi aliquis hoc haberet ex priuilegio, quod sine confirmatione possit administrare, & pro prælato se habere, secundum Innocentium extra de elect. c. transmisso, & notat Archid. in d. cap. eum, qui, & vide quod ipse notat extra de concess. præben. in 6. capit. si capitulo in glos. hoc satis. & hæc salua, &c.

3

4

D. Iac. de Graff. a Cap.

De Electione.

Consilium III.

Quæstio talis est: Franciscus hæredem instituit Petrum, eumque rogauit, vt suam hæreditatem cum morietur, uni filiorum ipsius testatoris restitueret, cui voluerit. Accidit ut mortuo testatore Petrus pecunia accepta ab vno ex filijs, & eius rogatu ipsum elegit tempore quo viuebat.

Præsens Consilium tribus difficultatibus absoluetur.

I. An possit Petrus dum viuit, eligere, cum a testatore fuerit rogatus cum morietur eligere?

II. Posito, quod sic, An tuta conscientia possit pecuniam accipere pro electione facienda, ita ut illam restituere non teneatur?

III. An postquam elegit, possit mutare voluntatem, & alterum eligere?

SVMMARIVM.

1 *Rogare vt vni ex filijs restituat, vel hæreditatem relinquat, idem sunt.*

2 *Hæres si est grauatus restituere hæreditatem filio cum morietur, dispositio habet in se conditionem causalem, si filius superuixerit post hæredem.*

3 *Iussus testatoris, ut hæres eligat vnũ ex filijs, non præcisè obligat ad eligendum. vt num. 1. in secunda difficultate.*

4 *Verba cui voluerit, vel iudicio tuo important liberam voluntatem.*

5 *Eligere iussus cum morietur, An possit eligere, dum viuit? nu. 6.*

7 *Dignus quilibet dicitur, nisi probetur indignus.*

8 *Electio semel facta, quod possit variari, qualiter intelligatur?*

9 *Eligere iussus cui voluerit ex filijs, potest plures eligere.*

Prima Difficultas.

Circa primam difficultatem; Redemptoris omnium nomine inuocato; & Beatissimæ Virginis

1 Mariæ suffragio implorato, præmitto, quòd idem est rogare, ut † cum morieris restituas, ac rogare, vt uni ex filiis hæreditatem relinquas, ut colligitur ex l. vnum, §. sed si fundum, ff. de legat. 2. Ex eo enim, quod dicit, relinquas, intelligitur cum morieris, quia uerbum relinquendi trahitur ad ultimam voluntatem, l. prima, in fin. ff. de tabul. exhib. ibi hoc interdictum ad uiui tabulas nõ pertinet,

tinet, quia verba prætoris reliquisse fecerunt mentionem, facit text. in §.fin. institut. quibus ex caus. manumis. non fit. Rursus, quando hæres institutus est grauatus restituere hæreditatem vni ex filijs, cum morietur, ista dispositio habet in se
2 † conditionem causalem, si filij superuixerint post hæredem grauatum, l. hæres meus in princip. ff. de cond. & demonst. Iason in l. scimus, §. cum autem, C. de inoffic. testam.
3 numero 3. † Tertiò præmitto, quod iustus testatoris, quod eligat vnum ex filijs, quem voluerit, non præcise cogit hæredem ad eligendum. d. l. vnum, §. rogo. Sed operatur, vt eo non eligente omnes filij admittantur. Sed si vult vnum præferre, cogitur eligere, ita notat Barto. in d. l. vnum, numero 4. versic. oppono ad primum. Quarto notandū est, quod uerbum, cui voluerit, importat liberam voluntatem,
4 † quod idem est, ac cum dicitur arbitrium boni viri, l. fideicommissaria 2. ff. de fideicom. libert. l. Thais, §. sororem, & l. Lucius la 1. iuncta. l. fideicommissum eo. tit. per prima verba importantia liberam voluntatem fit, quod quis potest eligere etiā indignum, dum tamen dolus malus absit, l. creditor, §. Lucius, ff. mand. Quod si quis objiciat text. in l. cum quidam 2. ff. de legat. 2. vbi indignus potest eligi, fateor verum esse, dum tamen dolus absit: Quod secus esset, si verba essent, quæ denotarent arbitrium boni viri, vt dixit Bartol. in dicto §. Lucius. Quibus sic notatis ad primam difficultatem, An possit Petrus donec uiuit, eligere, cum a testatore fuerit rogatus eligere, cum morietur? Respondeo breuiter cū Bartolo, in dicta l. vnum, ff. de legat. secundo, numero quarto, quòd non,
5 † per tex. ibi. qui dicit hæredem debere eligere, cum morietur; vnde cum expresse appareat de iusta testatoris voluntate, illa habet uim legis iustæ, auth. de nupt. §. disponat testator. & erit lex. coll. 4. & c. vltima voluntas 13. q. 2. dicit, quod ultima uoluntas testatoris modis omnibus seruari debet. Quod si quis objiciat tex. in l cum quidam 2. ff. de leg. 2. vbi apponitur pœna, si statim non elegerit, nam respōdet Bart. in d. l. vnum, numero 4. quod in casu nostro fuit dictum cum morietur. Sed ibi simpliciter, quod multo magis procederet, quādo esset appositum verbum, Relinquas, quod intelligitur per vltimam uolūtatem, ut supra dixi, numero 1 Verum si electio fieret, illa nō valet ad effectum, ut electus possit percipere hæreditatem in vita hæ-
6 redis, † ita de hoc est tex. in d. l. vnū, §. rogo versicu. præferri, ubi glosa dicit, quod est semper uiuente rogato, ff. de legat. 2. si tamen sponte, & non coactus uellet eligere, donec uiueret, & hæreditate priuari, credimus hoc posse; cum quilibet possit renunciare iuri suo, uulgatis iurib. Quod autem iusserit testator, ut hæres eligat, cum morietur, cedit in fauorem suum: quia in uita hæreditate non priuatur, unde si uult huic fauori renuntiare, utique poterit, nisi testator hoc fecisset in pœnam eligendorum ex aliqua iusta causa, quæ appareret ex testamento, alias si non pro-
7 barentur indigni † percipiendi in uita, posset rogatus eligere, ita tex. in dicta l. cum quidam, secunda ubi Bartol. notat ex illo text. quod quilibet est dignus, nisi probetur indignus. Pariter electio simpliciter fa-
8 cta non ualeret ad effectum, † ut nō possit uariari, ita Bart. notat in dicta l. unum, numero quarto, & 6. Quod si quis opponat text. in l. statu liberum, §. Stichum, & l. huiusmodi, §. Stichum, ff. de legat. primo. in quibus iuribus habetur, quod postquam quis elegit, non potest mutare uolūtatem, respondet Bart. quòd in dictis iuri-

iuribus iustus est restituere simpliciter, ideo statim facta electione, electo oritur ius, & non potest variari. At in casu nostro fuit facta electio ante tempus, & ideo potest variari. Et ita responsum est ad tertium argumentum: Et nota, quod si eliget duos ex filijs † valet electio; quod est mirandum; cum testator dixerit eligi vnum ex filijs, cui voluerit, ita notabiliter dixit Bart. in d. l. unum, §. si duos, numero primo, & in §. sed si fundum, numero primo, vbi econtra dicit, eligas quos voles, potest eligere vnum, quia si in singulari dixit cui voles, tamen potest eligere plures, ergo eadem ratione si dixit in plurali, potest vnum eligere.

9

SECVNDA DIFFICVLTAS, & Tertia.

An institutus, & grauatus restituere hæreditatem post mortem suã vni filiorum testatoris, quem voluerit, possit in animæ iudicio ab eo, qui se eligi, ac nominari desiderat, pecuniam accipere, ita ut ad nullam restitutionem teneatur electo, aut alteri?

Item, An postquam elegit, possit mutare uoluntatem, & alterum eligere?

SVMMARIVM.

1 *Gratis qui de præcepto tenetur aliquid facere; recipiendo, ad restitutionem obligatur.*

2 *Pretium inuentionis potest peti pro re inuenienda, sed non inuenta.*

3 *Opera iustitia non debent esse venalia.*

4 *Accipiens ex causa naufragij, præter peccatum, & restitutionem, est excommunicatus.*

5 *Inuentori debet aliquid dari, vt retrahatur a celando.*

6 *Testis tenetur restituere pecuniam pro veritate deponenda, & committit falsum.*

7 *Testi absenti venienti ad deponendum sunt ministranda expensæ in veniendo, stando, & recedendo.*

8 *Expensarum appellatione non veniunt damna.*

9 *Iudex stipendiatus quicquid a partibus accipit, peccat, & restituere tenetur.*

10 *Ad restitutionem quandoque quis tenetur, licet peccet venialiter.*

11 *Crimen concussionis, quid differt a crimine oppressionis.*

12 *Pecuniam accipientes pro reddendo commodato, vel deposito, restituere tenentur.*

13 *Remittens partem debiti ex eo, quia nõ potest totum habere, illum potest repetere.*

14 *Eligendi necessitas operatur, vt vnus ex filijs præferatur.*

15 *Vxor tenetur restituere pecuniam, quam exigit pro debito exigendo.*

16 *Corrumpitur homo timore, amore, odio, & cupiditate.*

17 *Electio personarum commissa in liberam voluntatem, potest fieri de indigno: modo dolus absit, nu. seq.*

19 *Electio in aliquem tanquam bonum virum valet, etiam si possit fieri melior.*

20 *Indignus quis efficitur petendo beneficium curatum.*

21 *Potestas habens liberum arbitrium in delictis, debet procedere secundum iura.*

22 *Verbum cui voluerit, non est intelligendum cum præiudicio tertij.*

23 *Institutio non valet, seu legatum, quod præmij sponsione fit, ergo nec electio.*

24 *Electio in temporalibus facta mediante pretio, quodammodo est simonia.*

25 *Epilogus eorum, quæ dicta sunt circa dubia prædicta.*

CIRCA

IRCA præsentem difficultatem, An institutus, & grauatus restituere hæreditatem post mortem suam vni filiorum testatoris, quem voluerit, possit in animæ iudicio ab eo, qui se eligi, & nominari desiderat, pecuniam accipere, ita ut ad nullam restitutionem teneatur electo, aut alteri? Ad quod respondeo negatiuè non posse: quod probatur primò per regulam illam traditam per glosam in l. tertia, §. si tibi indicium. ff. de con. indeb. ob turp. caus. relatam
1 † per Bartol. ibi. qui allegat text. in l. final. ff. eodem titulo, vbi quando aliquis aliquid gratis facere tenetur ex legis præcepto, si quippiam acceperit, malè facit, & restituere tenetur, si vult euitare furti suspitionem; Hinc non potest quis petere pretium inuentionis rei perditæ, text. est in l. falsus, § qui alienam, versic. Quid ergo si pretium, & ibi Bartol. ff. de furt. numero sexto, quod est multum notandum, quia sæpe occurrit, nam cum aliquis accipit pecuniam, vt faciat illud, quod gratis facere tenetur, turpiter accipit secundum Baldum in capitulo super eo. ff. de transactio. verum si res non est inuenta,
2 sed inuenienda, † tunc possum petere precium inuentionis, Bartol. in l. secunda, ff. ad l. Rhod. de iactu. dicta l. tertia, § si tibi indicium idest ad indicandum: nam tunc accipitur pro labore inueniendi, Hostiensis in capit. dudum, secunda de elec. Quod idem dicendum, si pro re tua inuenienda aliquid expendi: nam teneris mihi illud reddere, actione negotiorum gestorum. Bartol. in dicta l. qui alienum, numero sexto. Zabarell. in dicto capitulo dudum secundo. At quod diximus teneri ad restitutionem eius, quod accipit, quando debet gratis facere ex legis præcepto, intelligendum est de præcepto, quod pertinet ad iustitiam seruandam, quæ intendit reddere vnicuique quod suum est, aut sibi debitum, & ratio est, quia opera iustitiæ non sunt venalia
3 † ideo gratis sunt agenda, siue sint opera iustitiæ ministrandę, aut exercendæ, siue sint opera iustitiæ vnicuique quod suum est reddendi, Quod quidem potest probari multipliciter, & primò. Datum est Meuio, ut faciat id, ad quod tenetur lege iustitiæ; puta vt restituat inuenta ex causa naufragij, tunc cum tenebatur reddere ex iustitia, per text. in dicto §. qui alienum, Panorm. in dicto capitu. dudum: non restituendo adeo peccat mortaliter,
4 vt etiam sit excommunicatus. † capit. excommunicationi de rapto. & incidat in excommunicationem bullæ cœnæ Domini capitu. quarto, non obstante quocunque priuilegio, & consuetudine, aut longissimi, etiam immemorabilis temporis possessione, qua quis assereret posse bona naufragantium retinere; facit optimus tex. in authen. nauigia, C. de furtis. ibi sublata pęnitus omnium locorum consuetudine, posset tamen inuentor pretium inuentionis recipere, & petere si quid expendit, dicto §. qui alienum, & §. sequen. quinta quæstio. prima, capitulo quidam, decimaquarta quęstione quinta, capitu. si quid inuenisti. Potest etiam sponte, & liberè gratum retinere, immò nec esset error dicere aliquid esse dandum
5 † inuentori, vt retrahatur a celando, vt ff. de conditione ob turp cau. l. quarta, §. fin. Et expedit rerum dominis, quod sic teneamus, vt facilius recuperent, & rehabeant res suas, C. de rescind. vendit. l. ratas, ff. ad trebell. l. penult. primo respons. & sic intelligunt Doctores, dictum §. qui alienum, ita Zabarel. in dicto capit. dudum, 2. de elect. q. 4. sic te-

ſtis tenetur liberè pandere veritatē, alias proditor eſſet veritatis, cū proditor dicatur veritatis ille, qui non liberè pronunciat veritatem, text. & gloſa in cap. nolite 11. q. 3. vnde qui pro deponenda veritate pecuniam acciperet, præter peccatum mortale
6 tenetur illam reſtituere, † & committit falſum, text. eſt. in l. 1 §. 1. verbo aduocationem. ff. de falſ. vbi Bartol. dicit, quod qui recipit pecuniam, vt non dicat teſtimonium, tenetur lege Cornelia de falſis, Vnde ponit cautelam, vt teſtis veniat ad teſtificandum, quod aſſeſſor faciat proceſſum contra teſtem, quod accepit pecuniam ob teſtimonium non dicendū; quia tunc poterit eum condemnare lege, Cornelia de falſis, & huius timore ductus veniet ad teſtificandum. Igitur tenetur pecuniam reſtituere, cum turpiter acceperit, cum debeat deponere gratis; fallit tamen in caſu in cap. ſtatutum, §. pro ferendo de reſcrip. in 6. vbi teſti ab-
7 ſenti ſunt miniſtrandæ expenſa † in eundo, ſtando, & redeundo, vt in gloſa, & debet dari ęquitatus, ſi qualitas perſonæ hoc mereatur, vt notatur in l. idemque §. idem ab eo, ff. mand. Sed an teſtis poſſit petere ſalarium, vel emendationem damni, quod patitur ratione temporis poſiti in eundo, ſtando, & recedendo, text. in d. §. pro ferendo facit quod non: quia ſolum dicitur, quod teſtes habeant expenſas, ergo alia uidetur prohibuiſſe, arg. cap. nonne extra de præſumpt. & quia cum ibi dicat de expenſis, ergo alia damna non veniunt, ut in cap. noſtro, extra de iniur. ita etiam determinat notabiliter Bald. in l. fin. in fi C. de fru. & li. expen. quod dictum ſingulare tene menti, quia multoties erratur in hoc, & diceretur tunc teſtis corruptus, ex quo reciperet contra prohibitionem iuris, & eius dictum nō probaret, vt in capit. 1. extra de teſt. & in l. 1. ff. de falſis. Hæc Franc. in dicto §. pro ferendo, numero quarto; Verum hæc opinio mihi videtur ſatis dura, vt teſtis abſque culpa ſua rogatus veniens ad teſtificandum debeat amittere ſalarium, & emendationem damni, quod patitur in eundo, ſtando, & redeundo. Sic iudex, cui merces de publico debetur, ſi aliquid accipit pro ſententia ferenda, mortaliter peccat, & acceptum
8 reſtituere tenetur, † quia ſententia iudicis venalis eſſe non debet, & ad illam ferendam tenebatur ſecundum iuſtitiæ tramitem neceſſitate præcepti, cum ſit publicè remuneratus, Bald. in authent. ſed hodie, C. de epiſcop. & cleric. Conar. in regula peccatum parte ſecunda §. tertio, numero primo, & datum, vt iuſtitiam miniſtret abſq; crimine corruptionis eſt danti reſtituendum, idque confirmat Auguſt. in cap. non ſane. 14. q. 5. tenet in ſpecie Syluester in verbo reſtitutio 2. § 1. & reſtitutio quarta, §. primo, qui conſtituit regulam hanc in controuerſia certiſſimam, quia definitur datum ob cauſam neceſſariam, ob quam tenetur recipiens neceſſitate præcepti, quod ad iuſtitiam pertinet, eſt omnino reſtituendum, & quidem danti, niſi & is propter aliquam admiſſam dationi turpitudinem lege humana iure repetendi priuetur. Hanc etiam regulam ponit Adrianus in 4. ſentent. tractat. de reſtitut. cap. reſtat inquirere. Ioann. a Medina de reſt. quæſtio. 25. cap. 10. Quod idem dicendum de his, qui alioquin remunerati ſunt, & ſtipendiati; ra-
9 tione cuius ſtipendij † tenentur aliquid agere; quia ſi pro eo, ad quod ratione ſtipendij tenentur, a partibus aliquid exigunt, & recipiunt, peccant mortaliter, & reſtituere tenentur: quia id ad crimen pertinet concuſſionis, vt habetur 23. quæſt. prima, capitu. militare, 1. quæſtio. 1. cap.

cap. iubemus Ioã. a Medi. C. de reb. restit. quæst. 25. versic. 2. Quemadmodum si quis post definitionem pretij a republica, & eius magistrati
10 bus iustæ, † & ex causa iusta constitutã merces maiori pretio uendiderit, nam tenetur in conscientiæ iudicio id, quod ultra pretium definitum acceperit, emptori restituere Couar. lib. 3. var. resol. c. 14 num. 3. Sotus in 4. sent. distinct. 25. q. 2. concl. 4. art. 2.
11 † Et dicitur crimen concussionis, quãdo aliquid petitur ultra debitum ratione officij alicuius, & pecunia minis, vel per uim extorquetur, ut dixit glosa fin. in cap. paratus, 23. quæstio. 1. pro hoc text. in l. 1. ff de concuss. Matth. de Afflict. in constit. Neapol. magister iustitiarius, numero 2. qui declarat quid sit opprimere, quid concutere, ubi etiam Carolus Tappia prout scriptis uidimus in explicat. constitut. Regni. Immo etiam: Afflictus in constitut. apud iustitiarios in 1. parte numero 8. extendit etiam quod nec debent recipere munera, & transgrediẽtes puniuntur in quadruplum eius, quod receperunt, & promissionem receperunt, & talis pœna applicatur Regio fisco, & non parti, quæ dona dedit, vt etiam ipse Afflictus dixit in constitut. Violentias in 11. notab. in tertia quæst. Dum allegauit Ioan. de Imola, ff. de public. iudicijs pariter; qui alienum detinent, puta commoda-
12 tum, uel depositum, † si aliquid extorquent, ut huiusmodi res suis dominis reddant tenentur recepta restituere, ex sententia omnium, non solum in animæ iudicio, sed etiam in foro exteriori, ut habetur per tex. in l. 2. ibi vt mihi rem apud te depositam reddas, & in l. fin. quæ loquitur de vestimentis commodatis, ff. de cond ob turp. causam: & ratio ponitur per textum, in d. l. fin. nam quãuis propter rem datum sit, & causa secuta sit, tamen turpiter datum est, & ratio ponitur per Bartol. in d. l. final. quia accepit pecuniam, ut faciat id, quod gratis facere tenetur, unde Iason inducit illam legem ad aliud, quòd si habebam malum debitorem, vnde remisi sibi partem debiti, vt reliquum mihi solueret,
12 † possum per conditionem ob turpem causam repetere id, quod remisi, secundum Alexan. in d. l. fin. & debitor in conscientia restituere tenetur, cum turpiter accipiat; quia remittere est dare, l. si mulier, ff. de condit. causa data, l. quin etiam, in fine, ff. de calumniat. glosa in cap. veniens, j. & ibi, Abb. extr. de testi. glosa in cap. ordinationes. 1. quæst. 1. & in cap. talia, 8. quæstio. 3. Et hoc nota, quãdo debitum est liquidum, & putum, alias secus. glosa in l. in actione, & ibi Bartol. & al. j. C. de transactio. Quare ex his omnibus videtur posse concludi, quòd cum institutus omnino eligere teneba-
13 tur, † vt est text. optimus, in d. l. vnum, §. si falcidia. verbo necessariæ, ibi glosa iuxta depositionem testatoris unum ex suis filijs, fit, quòd pecuniam ob hanc causam exactam teneatur restituere, tanquam iniustè exactam de eo, quod gratis, & necessariò facere tenebatur; quod si quis obiiciat contra meam conclusionem, quòd hæres institutus tenebatur omnino eligere, cum moreretur, & non donec viueret: & ita intelligitur textus in dicta l. unũ, §. si falcidia, quare cum iste accepit pecuniam, vt eligeret in vita, accepit pro eo, quod gratis facere non tenebatur, ergo non turpiter accepit. Si non turpiter, ad restitutionem non tenetur; cum hæres solum videatur necessario eligere,
14 † vt vnus ex filijs præferatur; quia eo non eligente omnes admitterentur, ut diximus supra numero tertio. Respon. quod cum dicta electio non valeat, ad finem, vt electus

hęrede

hærede viuente possit percipere hæreditatem, vt dixit tex. in d. l. vnum, §. rogo, & ibi Bartol. in princ. quia etiam si elegit donec uiuit; Electus ante mortem, non admittitur, nec etiam ualet ad finem, ut electio non possit mutari, cum electio usque ad mortem possit variari, d. l. unum; fit, quod talis electio uideatur facta in morte, vnde hæres accipiens pecuniam de electione necessario facienda, si uolebat unum præferre, turpiter accepit, quia gratis facere tenebatur, iux. §. si de Falcidia & ideo illam restituere tenetur; facit etiam a simi
15 li vxor, † quæ gratis marito debitum coniugale reddere tenetur, si non uult marito debitum coniugale persoluere, nisi pro pecunia, peccat mortaliter, tenetur que pecuniam restituere, tanquam turpiter, & iniustè extortam, cum ipsa alioquin reddere teneatur, sed modo in casu nostro elector debitor dicitur ipsius electionis, quod probatur ex illo, §. si de falcidia, qui quod reliquit omnino reddere debuit, & Bar. ibi. in princ. dicit, quod electus non capit ex testamento eligentis, sed eius, qui iussit restitui, ergo fit, quod elector gratis illam electionem facere tenebatur, ob idque pro ea facienda pecuniam accipere non poterat, quare acceptum in animæ iudicio restituere tenetur, per regulam illam, quod qui gratis, & c. iuxta communem, & receptissimam sententiam: Rursus elector recipiendo dictam pecuniam, uidetur pecunia illa corruptus, facit text. in c. quatuor 11. quæst. 3. nam, ut dicit
16 ibi tex. † timore, odio, amore, & cupiditate animum alicuius corrumpi mus, quia pecuniæ obediunt uniuersa. Eccles. cap. 8. Hostien. in c. significantibus, nume. 3. de offic. delegat. Quare potest ob illam pecuniam eligi indignus, & uitiosus, quod est contra mentem, & uerba ipsius testatoris; & quamuis, quando electio
17 personarum † committitur in liberam uoluntatem alterius, possit fieri etiam de indigno, sufficit enim ut eligatur vnus ex filijs, vt est tex. ad hoc singularis, in l. cum quidam, el ij. de legat. 2. tamen tex. ille intelligitur iuxta Bartol. ibi num. 2. dum tamen dolus absit, ut l. creditor, §. Lucius, ff. mandat. sic si facta est commissio Arbitratori, vt possit facere ad sui uoluntatem, licet uideatur posse inique agere per tex. in d. l. cum qui-
18 dam, & ita lædere partem, † tamen illud intelligitur, modo dolus absit, per tex. in d. § creditor, ita notat Bartol in l. filius familias nume 3. ff. de donatio. sed modo iste, qui elegit per pecuniam, alias non electurus, uidetur dolosè hoc fecisse, & scienter pecunia corruptus, ergo dictam electionem uidetur inique fecisse, & peccasse mortaliter, & teneri ad restitutionem pecuniæ acceptæ; prætere a tex. in dicta l. cum quidam, dicit quod potest eligi quilibet, qui non probatur indignus, vt ibi. qui dicit eos, qui non offenderunt, petere posse, ita Bar. ibi nume 5. sed modo iste dans pecuniam, offendit alios filios, qui poterãt eligi, cum ob pecuniam illas elegerit, ergo præter peccatum mortale, & restitutionem electio est irritanda; quamuis seclusa pecunia, si elegerit unum ex filiis omissis magis dignis, electio esset ualida, ita glosa in d. l cum quidam, quam glosam notabis diligenter secundum Bart. ibi. num. 6. quod licet committatur electio in aliquem tanquam bonum ui-
19 rum, † non reprobatur eius electio, & si potuerit meliorem eligere; sufficit enim quod indignum non eligat, idem notat glosa, quam Abbas, & alij sequuntur in cap. quoniam in quibusdam. in uerbo qui maioribus de iure patron. Decius in cap. in præsentia, nume. 193. extra de proba. & quod in casu nostro electus sit indignus facit, quia ut dignus ad assequen-

quendum beneficium curatum, pe-
20 tendo, efficitur indignus, † vnde est reijciendus tanquam honoris ambitiosus, cap nullus, itaque 1. quæst. 1. sic ille electus multo magis propter pecuniam efficitur indignus: tum, etiam, quia verba illa, cum uoluerit, importare debent, ut electio fiat secundum terminos iuris, ut non eligatur, qui probatur indignus, sed modo iura uolunt, ut electio non fiat ob munera, c. sacrorū. dist. 63. facit tex. in l. solet, in fine, ff. de offic. procons. quia munera excæcant oculos sapientum, Deut. cap. 16. ergo multo magis non debet fieri ob pecuniam, facit a simili; quod electio debet fieri secundum iura, nam Potestas, qui habet arbitrium in delictis, ut libe-
21 re procedere possit, † non potest punire nisi fama præcedente, & indicijs, ita text. in cap. 1. uerbo liberam coniuncta glosa extra de offic. ordin. sic si datur potestas alicui priuato libere procedendi in aliquo casu, non intelligitur, quod aliquid faciat contra ius; sed solum, quod absque alicuius impedimento, uel licentia aliquid facere possit: nam uerbum, liberum, hoc importat, ad hoc not. in cap. de multa, de præb. in cap. licet episcopus, eo. tit. li. 6. uide glosam in clem. fin de æta. & qual. & in clem. Dudum de sepul. Nunquam enim tale uerbum extenditur ad illicita, & iniusta, notatur in c. transmissam, in fine de elect. in l. contra iuris, §. qui filius, ff. de pactis, sed modo talis electio fuit facta contra ius, quia quod gratis facere debebat, fecit per pecuniam, ergo. Rursus verbum illud cui
22 uoluerit, non est † intelligendum cum præiudicio tertij, ita concludit Abbas in c. dilecti filij, de iudic. notat Baldus in l. si quis maior, C. de transact. & in l. 1. ff. de testam. milit. sed modo eligens ob pecuniam sibi datam unum ex filij præiudicat alijs, & hoc facit dolosè, ergo actus est nullus, & est restitutioni obnoxius; præterea institutio, uel legatū, seu fideicommissum, quod præmij sponsione fit, valere non debet,
23 † l. ille autem, ubi Bar. ff. de hæred. instit. igitur nec etiam electio, quæ est eiusdem institutionis, seu legati, aut fideicommissi declaratio, pretio interueniente fieri potest, cum id a testatore, & non ab eligente factum uideatur, d. § si de falcidia. Vltimo electio, quæ fit pretio interueniente quodammodo simonia est etiam in
24 temporalibus, † nam quamuis hoc uerbum, simonia, propriè, & strictè sumptum ad solas res spirituales referendum sit, large tamen potest etiam res temporales comprehendere, glosa in l. 2. uerbo, sed si dedi, ff. de cōd. ab turp. caus. Anan. de simo. in rubr. num. 6. Quare ex his omnibus concludendum arbitror; hæredem rogatum unum eligere ex filijs testatoris, cum morietur, posse etiam in uita eligere, licet talis electio possit mutari; effectumq; non habeat, nisi post mortem hęredis; posse etiam cum morietur eligere, non tamen præcisè cogitur, sed tantum eo casu, quando vult unum præferre, quia eo non eligente omnes admitterentur, ut nu 3. Immo non solum potest eligere unum ex filijs, sed etiā duos, quando sit dictum uni, ut n. 9. quamuis electus, vel electi sint indigni, ut n. 7. ut in secunda difficultate nu. 20. Et talis electio. ualet, quamuis qui omissi fuerint, sint digniores: at qui in uita unum, uel plures elegerit ob pecuniam, cum gratis tenebatur facere ex legis præcepto, ut n. 15. sit, quod si quippiam acceperit, peccet mortaliter, teneaturque ad restitutionem, & electio sit nulla, cum eligens illam fecerit dolose, & scienter pecunia corruptus, ut nu. 20. Et hæc salua, &c.

D. Iac. de Grassijs a Cap.

De

DE ELECTIONE.
Consilium IIII.

Interrogatus quid si plura opponuntur contra personam electi, quod indignè fuerit electus, si non omnia probantur, sed solum unum, quod est sufficiens ad electionem electi, incidat in pœnam text. in cap. 1. §. fin. titul. nostro, quæ est, ut suspendatur a beneficijs suis per triennium.

SVMMARIVM.

1 *Eligens scienter indignum, multis pœnis afficitur.*
2 *Episcopus scienter ordinans indignum peccat mortaliter.*
3 *Eligens solum, & non confirmans tenetur ad restitutionem damnorum.*
4 *Eligens scienter indignum, ea uice priuatur potestate eligendi.*
5 *Beneficia resignanda si indignis conferuntur suspensi remanent a collatione beneficiorum.*
6 *Pœnæ omnes secundum qualitatem facti moderandæ sunt.*
7 *Dispensatio factam per falsam causam expressam an uitietur, si subest uera non expressa?*
8 *In coniunctionibus disiunctiuis positis, sufficit alteram partem esse ueram*
9 *Absolutio ab excommunicationibus omnibus si non probantur omnes, quando petitur absolutio, sed aliqua, quamuis uera, absolutio non ualet.*
10 *Electio ut dignè cessetur, sufficit unam causam probare, nisi quis se astrinxerit ad omnia probanda.*
11. *Cautela aduocatorum, ut in positionibus se non astringant ad omnia probanda, qualiter fuerit sumpta?*

CIRCA præsentem difficultatem Redemptoris omnium nomine inuocato, & Gloriosissimè Virginis matris implorato suffragio, præmitto hæc primum, quod eligens scienter indignum,
1 multis pœnis afficitur, † & primo peccat mortaliter, nam facit contra conscientiam, & ideo edificat ad Gehennam, de præscript. cap. si extr. de restit. spoliat. cap. literas, §. porro, 28. quæst. 1. §. ex his, nam graui semetipsum afficit damno qui ad suæ dignitatis fastigium subleuat indignum, 61. distinct. cap. miramur, argum. tex in l. exactores, C. de suscept. præpos. & archarijs libr. 10. vbi ex illo text. notat Lucas de Penna, quod episcopus
2 scienter indignum † ordinans, peccat mortaliter, de quo per Archiad. in cap. si qui, 1. quæst. 1. vbi Turrecr. & sunt indigni; quos Apostolus prohibet promoueri, 1. ad Titum 3. & ad Titum 1. Est enim infidelitatis reus, qui alicui super mensuram eius bona tribuit, hoc autem facit, qui indignum promouet, & ideo mortale crimen committit, quasi summo Domino infidelis. Et præcipuè cum hoc in detrimentum uergat ecclesiæ, & honoris diuini, esset enim infidelis Domino terreno, qui in eius officijs aliquos infideles poneret Turrecr. in cap. tales, distinct. 23. Tenetur etiam scienter indignum eligens ad restitutionem damnorum, ut colligitur ex glossa fin. in d. l. exactores, & habetur in nostris decis. in 1. par. libr. 1. cap. 99. numer. 11. Hoc attendant plurimi officialium Rectores, qui nec iustitiæ zelo, nec eligendorum uirtutes, uitam, vel merita comparantes quod caro, & sanguis eis reuelant, ea agunt, qui uideant text. in ca. miratur distinct. 61. Hanc tamen
3 pœnam non patitur † qui confirmat, sed solum qui eligit, quare si sunt duo officiales minor, & maior si minor eligit, & maior confirmat, eligens solum tenetur, instit. de satisd. tut. in fin. priuatur etiam potestate eligendi ea uice, si talem, qui in ordinibus, uel ætate, uel literatura

pateretur defectum, eligeret, titul. nostro, cap. cum in cunctis, & cap. cum Vintoniensis, & cap. innotuit, ut puniatur in eo, in quo peccauit, 11.quæst.2. de uiro, qui & humanis, 17.quæst.2. cap. frater. sic beneficia resignanda si conferuntur indignis, ut cósanguineis collatorum, uel resignantium: ut in eo, in quo delinquerentur, puniantur, suspensi rema-
5 nent † a collatione beneficiorum, donec remissionem a Romano Pontifice meruerint obtinere, ut habetur in constit. Pij V. 58. quæ incipit Quanta, & 42. quæ incipit officium credite. Esset perpetuo deponendus, si criminaliter ageretur, Archid. in c. Valentinianum num.4. distinct.63. sed secundum Specular. in c. sciant, & cap. perpetue titul. nostro in 6. ui-
6 detur esse pœna arbitraria; † arbitrabitur enim iudex, vt acrius puniat eum, qui scienter elegit patenter indignum, & ecclesiæ perniciosum, quam qui ignoranter occultè indignum, facit tex. in cap. sicut dignum extra de homic. c. Deus, qui, extra de pœnit. & remiss. & plus puniet eum, qui precibus vel affectu carnali, uel aliqua spe temporalis lucri eligit indignum, quod qui simplicitate ductus hoc facit, vt 8.quæst.ca. Moises,
7 arg. C. de episc. & cler. l. si quęquam: igitur omnes pœnæ secundum qualitatem facti moderandæ sunt, d.cap. sicut dictum, cap. sciendum dist. 19. de pœnit. dist. 5.ca. aut facta; & dist. 5. consideret, & ff. de pœn. l. respiciẽdum. Quibus præmissis uenio ad dubium. & dico quod sufficit alteram causam esse ueram, ob quam electio possit cessari, licet non probentur omnes, ita notat Ioan. Andr. in glossa, quę incipit intelligo c.1. tit. nostro in 6. sic Bernar. in c. quia circa in fine magnæ glosæ de consangu. & af-
8 fi. dicit, quod dispensatio facta † per falsam causam expressam, non uitiatur, si subest uera non expressa; sicut etiam dicimus in pluribus præpositis causis excusationum, vbi sufficit alteram esse veram. ff. de excusat. tuto. l. qui testamento. sic est etiam in pluribus causis sententiæ; extra de renunt. cap. in nostra præsentia, per Innocen. & Bernar. in cap. cum pro causa, de sentent, excommunic. sic in causa exhæredationes, ut in authen. vt cum, de appellat. cognosc. §. siue igitur communis, coll.8. sic est in coniunctionibus disiunctiuis positis, † vbi sufficit alteram adimpleri,
9
ff. de cond. & demon. l. sub diuersis, l. de condit. Instit. l. si hæredi plures conditiones, & vide extra, de præben. cap. cum iam dudum, fallit tamen in pluribus causis excommunicationum, quæ si non probantur o-
10 mnes, † quando petitur absolutio, sed aliquæ quantumcunque veræ, non valet absolutio, & remanet excommunicatus, d. c. cum pro causa igitur in casu nostro sufficit vnam
11 causam probare, † ob quam electio dignè cassetur, licet non probentur omnes, nisi quis se astrinxerit ad omnia probenda, quorum alterum per se sufficit probare, vt extra de prob. c. licet causam, in glo. Bern. quæ incipit. Sic videtur. Et inde sumpta est
12 cautela Aduocatorum, † quā ponũt in positionibus suis, non astringentes se ad omnia, & singula probanda, & per hoc vide Ioan. Andr. tit. nostro, cap. circa lib. 6. in glosa. Si autem dicatur, &c. Et hæc salua, &c.

D. Iacob. de Graffijs à Cap.

DE TEMPORIBVS ORDINATIONVM.

Consilium I.

INterrogatus, Quale debeat esse patrimonium, vt possit episcopus tuta conscientia aliquem ad titulum patrimonij ordinare ad sacros ordines, iuxta Concil.

Trid.

Trid. sess. 21. de reform. cap. 2. Cuius verba hęc sunt. Cum non deceat eos, qui diuino ministerio ascripti sunt, cum ordinis dedecore mendicare, aut sordidum aliquem quęstum exercere, compertumq; sit complures plerisq; in locis ad sacros ordines nullo fere delectu admitti, qui uarijs artibus, ac fallacijs confingunt se beneficium ecclesiasticum, aut etiam idoneus facultates obtinere, statuit sancta Synodus, ne quis deinceps clericus secularis, quamuis alias sit idoneas moribus, scientia, & ætate, ad sacros ordines promoueatur, nisi prius legitime constet eum beneficium ecclesiasticum, quod sibi ad vitam honestè sufficiat, pacificè possidere. Et infra de patrimonio dicit, patrimonium uero, uel pensionem uere ab eis obtineri, taliaque esse, quæ eis ad vitam sustentandam satis sint.

Consilium hoc tribus difficultatibus absoluetur.

I. Quæ sint potissimæ causæ cur quis non initietur sine titulo, & nomine patrimonij.

II. Quid veniat hoc verbo ad sustentandam uitam, quod est positum a Concilio.

III. Quale debeat esse patrimonium, vt tutè Episcopus possit ordinare ad sacros ordines.

PRIMÆ DIFFICVLTATIS.

SVMMARIVM.

1 *Titulus multipliciter sumitur.*

2 *Patrimonium dicitur uniuersitas omnium bonorum, & si a patre non proueniat.*

3 *Beneficium pacificum habere oportet eum, qui sacris initiari cupit.*

4 *Professionem implicitam censentur emittere, qui sub titulo religionis sacris initiatur.*

5 *Patrimonium succedit loco beneficij, unde sic ordinatus tenetur ad horas.*

5 *Persona non astricta ad horas canonicas possunt cogi interesse diuinis off.*

6 *Sacris ordinibus ut quis initietur, quæ requirantur, ut constet legitime de patrimonio, uel beneficio sufficienti.*

7 *Causæ, quæ sint principales, ut quis sub titulo patrimonij initietur.*

CIRCA primam difficultatem inuocato prius diuino nomine, & Dominæ Mariæ implorato suffragio sunt prius aliqua præmittenda, & primū, vt exploremus, qd sibi vult titulus: unde sciendum est, quod titulus in
1 iure multipliciter sumitur, † Nam quandoque dicitur breuis annotatio sequentis operis, sic dicuntur tituli in legibus, & decretalibus, vt in prohem. lib 6. Et dicitur titulus proprie iudicium signorum, dictus a Titane, idest Sole, quia sicut Sol mundū, & quæq; obscura illuminat, sic titulus l[illegible] & eius sequentia, & hoc modo potest dici titulus descriptio quarumcunq; rerum. Dicitur etiam titulus uexillum uel signum, quod rebus fiscalibus imprimi consueuit l. 3. C. de bonis uacant. libr. 10. 16. q. 3. c. consuetudo, ubi dicitur, quod si quis clericus prædijs suis, aut ecclesiæ suę fiscali more imposuerit, anathema sit. Item dicitur titulus omnis causa acquirendi dominij, ut titulus pro emptore, pro donato, & cap. de his omnibus ponit Hostié. speciales rubricelas in summa de præscript. Item titulus idest argumentum. 26. q. 3. c. nec mirum. Rursus titulus dicitur talis ecclesia, ut titulus idest ecclesia sancti Petri. Vnde singuli tantum clerici per singulos tantum titulos, hoc est ecclesias sunt ponēdi 80. dist. c. episcopi. Hinc in ordinationibus quando uocantur clerici dicitur talis ad titulum talis plebis. Itē titu-

titulus, idest actio, C. famil. erçisc. l. non est. Item titulus dignitas, uel prælatio, aut ordo ecclesiasticus. vnde dicitur quis intitulari in aliqua ecclesia, idest præfici dist. 70. ca. sanctorum. Item titulus archa thesauri principis, C. de exactionibus tributorum lib. 10. l. in fiscalibus, Item titulus idest onus, C. quibus muneribus nemini liceat se excusare lib. 10 li. 1. item titulus dicitur beneficiū Ecclesiæ, uel nomen patrimonij, sub quo aliquis ordinatur. Et dicitur patrimo
2 nium uniuersitas omnium bonorum alicuius, &, si a patre non proueniat, Do. Anto. de Butr. in c. 2. nu. 2. de his, quæ vi, aut met. causa fiunt. secundo præmitto, quod ut quis possit sacris ordinibus initiari, oportet quod uel habeat beneficium non litigiosum, sed pacificum, quod sibi ad uitam honeste sufficiat secundum concilium; uel patrimonium, quod ad uitam sustentandam satis sit, stante uel necessitate, aut utilitate suarū ecclesiarum, ut ibi, uel sit sacris initiatus ad titulum religionis: professio enim religionis uicem habet tituli beneficij simplicis, cum per monachatum quis acquirat ius collegij, & habeat monasterium obligatum ad alimentandum eum, ad instar illius, qui ingreditur aliquod collegium clericorum secularium, ubi bona sunt communia. argum. tex. in cap. quoniam de vita, & honest. cleric. ita Panormit. in c. super inordinata num 10. de præbendis, nam uoluntaria paupertas pro opibus computatur, Et eo ipso, quod quis sub titulo
4 † monasterij licitè ordinatur cum literis dimissorijs sui prælati, & conuentus sui consensu, iuxta glosam in uerbo pertineat in c. ulti de regular. in 6. ita hæc confirmat Nauar. eod. tit. consil. 44. num. 3 quod est notandum, si tamen esset regularis non professus, non est ordinandus nisi ad titulum beneficij, uel patrimonij,

ex bulla Pij V. Romanus Pontifex, Gregorius tamen xiij excepit Iesuitas in dicta constitutione. Sed an quis possit ad minores ordines sine titulo patrimonij. glosa ib cap. 2 de præ ben. dicit, quod appellatione clericorum omnes in minoribus ordinibus, & maioribus constituti continentur, 11. quæstio. 1. cap. de persona, 21. dist. cap. cleros, & clericos nisi habeat de suo, vnde viuere possit, extra de præb. cap. Episcopus, & cap. tuis. Ecclesia tamen Romana non consueuit cogere episcopos, nisi pro his, qui sunt in sacris ordinibus, extra de præb. cap. cum secundum Apostolum. ita glo. in d. cap. 2. Rursus sciendum est, quod patrimonium
4 succedit loco beneficij, † Anchar. in d. cap. tuis nu. 2. Hinc fit, quod qui promouetur sine beneficio, sed cū patrimonio, tenetur ad horas, quamuis non teneatur certam ecclesiam officiare, de hoc allegat Anchar. in d. cap. tuis, numer. 3. tex. in cap. finali, dist. 92. ubi Turrecrema. & præpositus ponūt hanc conclusionem, quod
5 personæ, † quæ non sunt astrictæ ad aliquam ecclesiam, tamen tenentur ad horas canonicas, non obligantur necessario dicere eas in ecclesia, licet Gemin. ibi dicat, quod non deputatus, qui non tenentur ad horas, nisi ratione ordinis, possit etiam compelli interesse officijs diuinis. Et ut audiui in quibusdam locis sic seruatur, quia ordinarij compellunt per pœnam pecuniariam. Quibus sic præmissis, cum Conc. Trid. ubi supra sta
6 tuit † neminem debere ad sacros ordines promoueri, nisi prius legitimè constet eum beneficium ecclesiasticum, quod sibi ad uitam necesse sufficiat, possidere, & infra, uel si ordinatur ad titulum patrimonij, decernit patrimonium illud, vel pensionem vere ab eis possideri, taliaque esse quæ eis ad uitā sustentandam satis sint, & causa præcipua est, (& ita

ad

ad rem nostram) ut prouideatur
7 † honori habitus clericalis, quia alij sæpè ordinati carentes titulo patrimonij cum rubore ordinis cogebantur turpiter mendicare, Ne ergo dicatur mendicat in plateis infelix Clericus, & ciuili opere mancipatus publicam a quolibet deposcit alimoniam, & quidem ex eo despicitur cū cūctis sacerdotale officium, dum misericordia desolatus, iuste, hoc est suis meritis putatur ad hanc inopiam deuenisse, ita tex. in cap. diaconi. 5. dist. 93. merito ita statutum est, ut habetur per Concilium ubi supra; fordescimus enim ob paupertatem, dicit text. in l. quisquis uerbo ob paupertatem, C. ad l. Iuli. Maiest. & alibi tex. in clem. in plerisq; de elect. dicit ecclesiasticam dignitatem uilescere ob paupertatem; rursus, ne ordinati absque titulo patrimonij, vel beneficij discurrerent per Mundum uagando, & tanquam acephali, hoc est sine capite se immiscerent negotijs secularibus, d.c. diaconi. ibi ciuili operi, argum. tex. in c. cui portio 12. q. 1. exercentes aliquem sordidum quæstum, ut etiam habetur in d. cap. 2. in Conc. Trid.

SECVNDA DIFFICVLTAS.

Quid ueniat hoc uerbo ad sustentandam uitam.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta quæ differant à cibarijs, & diarijs.*
2 *Necessaria uitæ an differant a uitæ subsidio?*
3 *Domus clericorum non debet esse communis cum alijs.*
4 *Alimenta quando præstantur, sunt præstanda in loco ad libitum eius, cui debentur & quare nu. seq.*
6 *Alimenta, quæ domi debentur, possunt peti extra ab eo, cui debentur, si eius pudicitiæ inibi insidietur.*
7 *Priuilegium concessum Domino nobili intelligitur etiam concessum associatis cum eo.*
8 *Beneficia maiora debentur personis nobilibus, & delicatis.*
9 *Nobilis honorabilioribus uestiendus est uestimentis, quam ignobilis.*
10 *Nobilitati defertur in electione facienda, in testimonijs, & in multis.*
11 *Patrimonium minus uidetur sufficere clerico moranti in uico, quā in ciuitate.*

CIRCA hanc secundam difficultatem. Quid hoc uerbo ueniat ad sustendandam uitam? Dico quod cum Concilium Tridentinum dicat patrimonium debere esse tale, quod ad uitam eis satis sit sit, ut per hæc verba intelligantur ui
1 tæ necessaria, † c. episcopus ibi necessaria uitæ, c. cum secundum, c. tuis, extra de præben. quibus iuribus habetur, quod Clericus promotus ad sacros ordines, (& ita est in praxi) debet habere necessaria uitæ, unde congruè sustentari possit, d. cap. tuis, hoc est, quæ esui, potui sunt necessaria uestimentis, & habitationi, vt ff. de aliment. & cibar. lega. l. legatis alimentis, l. & si non sint, §. si cui forte, ff. de auro, & argen. legat. Item & medicamentis, l. diuortio, §. magnæ, ff. soluto matrimo. per tex. in l. verbo victo, ff. de uerb. signific. uide Vincentium de Franch. decis. 283. nu. 21. quæ ideo alimentorum appellatione ueniunt, quia sine his corpus humanum ali non potest, d. l. legatis, Quod est contra tex. in l. diarijs, ff. de alimen. & cibar. leg. l. & si §. cui forte, ff. de auro, & argento legat. in
2 quibus legatis diarijs, † seu cibarijs non includuntur, neque habitatio, neque uestimentum, neque calceariu, & neque medicamentum, pro quibus facit, quod Anchar. in d. cap. tuis

tuis in fine dicit. quòd Potestas, qui debet præstare officialibus suis cibaria, uel dominus familiari, tenentur solum ad illa, quæ pertinent ad cibum infirmorum, vt ad pullos, & similia, sed ad medicinas, & syrupus, quæ fiunt potius ad liberandum, & uacuandum corpus, quam ad aliud nutrimentum, & ad salaria medicorum, non tenentur, ut d.l. diariis. An uero idē sint necessaria uitæ, & sub-
3 sidium uitæ? † Dic quod idem hæc important, bene facit text. in l. filia. C. de patr. potest. ubi per subsidium uitæ intelliguntur alimenta, ita glosa ibi in uerbo uitæ, ex quo uerbo notat glosa filiam teneri alere patrem. Hinc si simpliciter fuerit aliquid relictum in subsidium uitæ, hoc legatum pro alimentis intelligitur, d.l. filia; Quod secus esset, quando legata esset certa quantitas pecuniæ, ut si legata essent trecenta pro subsidio uitæ: quia tunc pro dote intelligitur; ita Decius in d. capit. Episcopus, numero 11. Igitur per necessaria uitæ intelliguntur alimenta, & consequenter habitatio domus, quæ quidem forte non deberet esse commu-
4 nis cum alijs, † hoc est idem cubiculū: quia sic nō posset liberius, atq; commodius diuinis vacare officijs, & nec habenda est ratio, si clericus haberet aliquod artificium, unde posset commode sustentare, ut quia esset bonus scriptor: nam iura in hac materia ista non ponderant, sed dicit solum, quod debet habere patrimonium sufficiens, ita Ioann. de Imola in dicto capitulo tuis, numero duodecimo, circa finem. Hinc etiam fit, quòd si episcopus uellet alicui, quem ordinauit sine titulo præstare alimenta in domo sua, & ordinatus uellet domum solam, utique debet Episcopus dare ei alimenta, ubi uoluerit: nam quando simpli-
5 citer debentur alimenta, † sunt præstanda ad libitum ordinati, ubi ipse uoluerit, ut notat Iacobus de Aretio in l. Libertus, § fin. ff. de alimen. & cibar. legat. Specul. in tit. Qui filij sint legit. uerbo quid si ita, & sequenti. in specie Ancharan. in dicto capitulo si Episcopus, & in capitulo secundo, not. quartó de testamen. in sexto, ubi dicit, quod quando alicui sunt relicta alimenta poterit ille percipere, ubi uoluerit; Quod secus esset, si fuissent relicta alimenta in domo testatoris uxori: quia tunc debet ibi commorari: nam sic hæres percipit duplex commodum, primum, quia ibi stando dicitur mi-
6 nus grauis alimentatio, † ex quo debet præstare aliqua seruitia secundum qualitatem personæ, ut si esset famula, & huiusmodi, non tamen iure seruituris. Verum si commodè non posset domi commorari; quia est iuuenis, & aliqui sunt ibi, qui uerisimiliter insidiatentur pudi-
7 citiæ eius, † potest habere, & petere alimenta, & recedere de domo, pro hoc facit text. in l. penult. ubi pupil. educ. debe. Ita Bartol. in l. Caio, §. Imperator, numero secundo, ff. de alimen. & ciba. legat. Igitur ad rem nostram appellatione alimentorum uenit domus; item habenda est ratio in hoc patrimonio ad dignitatem ordinandi, glosa in capitulo Episcopus uerbo uictu, decima quæstione secunda, quæ dicit, quod uictus melior, uel peior dandus est secundum qualitatem personarum, ut quadragesima prima distinctione, capitulo non cogantur, ubi si fuerit nobilis, non est cogendus uesci alimentis uilibus. facit a simili, quod alimenta præstanda sunt patrono attenta eius conditione, & dignitate. Vnde si patronus est nobilis, non potest sibi ipsi deseruire, & hæc seruitia, & onera ueniunt appellatione alimētorū patroni, & p hoc facit text. elegans in cap. licet. de priuileg. in sexto. Vbi habetur, quod cū con-

conceditur alicui singulari personæ, vt tempore interdicti ianuis clausis dum submissa voce diuina celebrantur, excommunicatis, & interdictis
8 exclusis, ibi ipse celebrare audeat, vel audire diuina, eius familiares domestici ad audiendum, & celebrandum diuinum officium debent ibi admitti, & ratio est, quia talis nobilis iuxta gradus conditionem non posset non associatus accedere. Sic in casu nostro non est nutriendus clericus nobilis allijs, cępis, & fabis, pane nigro, caseo, & similibus, nam vtendo delicatis non peccant, ita Abb. in capitu. cum instantia in fine extra de censibus. Vnde ex hoc dicebat Card. in capitu. de multa. de præben. quod personis delicatis, & nobilibus, qui non possunt vti cibis
9 grossis, † & debilibus personis debent dari maiora beneficia. Et quòd hæc est legitima causa dispensandi super pluralitate beneficiorum potius, quàm cum personis, quæ viuere poterant ex cibis grossis. Igitur sunt præstanda alimenta secundum qualitatem personarum. Sic vestiendus est nobilis honorabilioribus, & melioribus vestimentis,
10 † quam ignobilis, facit quod dixit Bal. in l. sed & si quid, §. sufficienter, ff. de vsufr. Panormit. in cap. Pastoralis in fine de donat. vbi donatio secundum Innocen. debet interpretari secundum qualitates personarum donantium, & earum, quæ donationem recipiunt. vt maius patrimonium in nobili requiratur, quod in ignobili, l. cum plures. §. cum tutor. ibi pro dignitate, ff. de administrat. tut. sic nobilitati defertur † in facienda electione de talibus nobilibus paribus præ alijs, notatur in capitulo constitutus, in princip. de appellatio. Sic in testimonijs, & alijs actibus, si voces fuerint hinc inde æquales, præferuntur nobiles. l. maior in princip. ff. de pact. Bartol. in l. prima, numero septuagesimosexto. C. de dignit. libro decimo, sic nobiles præferuntur circa multa beneficia obtinenda, dicto capitulo, de multa. Sic in dote, quando simpliciter filiæ relinquitur, est habenda ratio ad qualitatem personarum, & substantiam patris, & vsum loci, l. si filiæ, ff. de legatis secundo, l. quæro, ff. de iure doti. Rursus ad constituendum patrimonium habenda est ratio loci, etenim minus patrimonium videtur sufficere clerico, qui moratur in oppido, seu uilla, quam in ciuitate, & aliud est, qui commoratur in ciuitate magna, quam qui in parua, vel qui est in Metropoli, Hæc enim patent ad sensum, sicut ad simili dixit Innoc. in capitulo, cum in cunctis extra de elect. Circa principium.

Tertia Difficvltas.

Quale debeat esse patrimonium, vt tuta conscientia possit Episcopus ordinare ad titulum patrimonij.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta quæ debentur uxori, debentur etiam seruientibus ei.*

2 *Priuilegium concessum scholaribus, extenditur ad seruientes ipsis.*

3 *Patrimonium oportet, vt sit expresse assignatum in titulum, item vt vere possideatur, nu. seq. & non sit in spe, numero 5.*

6 *Beneficium, quando concedatur in forma pauperum, & quibus debeat esse qualitatibus ornatum.*

7 *Patrimonium clerici debet esse plenum, & non nuda proprietas.*

8 *Legitimè constare dicitur ex instrumentis, testibus, & per sententiam.*

9 *Patrimonium non est extinguendum, nisi*

nisi per adeptionem beneficij ecclesiastici.

10 *Patrimonium non potest extingui, etiamsi clericus conueniatur pro debito ciuili.*

11 *Beneficium, vt dicatur sufficiens, multa requiruntur.*

Epilogus eorum, quæ dicta fuerant.

IRCA hanc vltimam difficultatem, quale debeat esse patrimonium, vt tuta conscientia valeat Episcopus ordinare ad titulum patrimonij. Dico, quòd circumspectis talibus circumstantijs non potest determinari quale sit patrimonium sufficiens, cùm (vt supra affirmauimus) appellatione necessariorum vitæ veniant cibus, & potus, vestitus, & habitatio, atque medicinæ, sine quibus corpus humanum viuere non potest, dicta l. legatis, & dicta l. & si non sint, §. si cui forte. Nec non ut congruè in dicto capitulo, cum secundum, & cap tuis, ut honestè iuxta Concilium Tridentinum viuere possit, necessarius est seruus, ut ualeat coquere cibos, & illos emere, nam si non est sustentandus de artificio, vt liberius uacare possit diuinis, multo fortius non debet vacare coquinæ, vel cum alio domi habitare, & illi seruire, vt dixit Imola in dicto capitulo tuis, numero duodecimo, vnde Bartolus in §. illud in authen. de non eligendo, numero septimo, dixit, quod alimenta, quæ alicui debentur, etiam seruientibus ei debentur, vt supra probauimus. Hinc qui tenetur præstare alimenta vxori, tenetur etiam præstare seruientibus ei, quia sine ipsis viuere non possunt, & legatum pro usu in-
1 firmorum, † debetur etiam seruientibus eis, eadem ratione, qua supra, vt C. de vxoribus militum, l. prima, & secunda, & argumen. tex. in l. vnica, ff. de bonorum possessionibus, ex testamen. milita. & de fundo instru vel instru. lega. l. quæsitum, §. instructum. ibi Pedagia, & cæt. Vnde priuilegium datum militi datur medico militis, & militis comiti, vt ff. de administr. tut. l. administrantes, §. primo, ita Oldradus consil. vndecimo, quod incipit thema tale est, numero primo. Sic familiares gaudent
2 priuilegio scholarium, † Petrus de Anchar. in proœm. 6. per authoritatem habitam, C. ne filius pro patre, in capitu. licet de priuileg. in sexto. Quod intellige, quando priuilegium non prodesset scholaribus, alias secus, ita Gemin. in proœm. sexto, uerbo, Bonifacius, numero sexto; pariter si testator legat vxori omnia eius causa parata, cedunt in legatum etiam ea, quæ parata erant in vsum ancillæ seruientis uxori, quasi per quoddam medium uideatur uxori legata, ff. de auro, & argento legato, l. uxori, & ibi notatur, & de usu. & habit. l. cæterum, & de præcar. l. vlt. pariter familiares monasterij, qui sunt serui, & mancipia, ac famuli perpetui ecclesiarum gaudent priuilegio fori, sicut gaudent eorum domini, capit. ecclesiarum seruos, duodecima quæstione secunda, 89. distinct. cap. indicatum. sic familia episcopi gaudet priuilegio Episcopi, cap. fin. ubi Hostiens. numero decimoquarto, & Zabarel. numero quarto, de offi. Archidiac. Felinus in capitulo secundo, numero secundo, de foro compet. latè fuit notatum in secunda parte nostrarum, decis. libro tertio capit. quinto, numero uigesimoquarto, cum sequentibus, usque numero trigesimotertio, ex quibus omnibus patet non posse dari certa norma constituendi patrimonium clerico, ut sacris initiari possit, Verum hoc esse arbitrarium pensatis multis circumstantiis, facit text. in capit. sicut dignum extra de homic. & cap. Deus,

qui, extra de pœniten.& remis. Hoc tamen patrimonium multa requirit, & primo, quod patrimonium sit
3 expresse in titulum assignatum, † nã tunc succedit loco beneficij Anchatan.in capit.tuis de præben.alias ordinatus sine tituli assignatione, si habet patrimonium, illud sufficiet, quamuis excludat effectum obligationis, quæ consueuit dari contra Episcopum ordinantem sine titulo, tamen potest illud vendi, secus si fuerit assignatum expresse pro titulo; quia tunc non poterit alienari, cum transierit in rem ecclesiasticam, Gemin. in capitulo si Episcopus, numero octauo, de præben. in sexto. Imola in capitulo cum secundum, numero quinto, eodem tit. nisi ordinatus ad titulum patrimonii cõsequatur postea beneficium; quia tunc licite poterit disponere de patrimonio, pro vt vult Francus in dicto capit. si episcopus, numero tertio. Secundo requiritur quod vere à
4 clerico hoc obtineatur, † vt habetur per Concil. Trident. Hinc non licet ordinare clericum absque titulo, quamuis habeat in spe; quia spes illa sæpe deficit, Geminian. in dicto capitulo si Episcopus, numero quinto. Hinc infertur, quod si patrimonium periret alluuione, vel alio modo, debet ei Episcopus prouidere de beneficio ecclesiastico; quia cum iste non possit redire ad seculum, redundaret in opprobrium ordinis clericalis, argu. 93. dist. c. diaconi. glosa in dicto c. tuis verbo de patrimonialibus, & ibi Anchar. numero quarto. Item patrimonium debet esse in re, & non in spe, puta si haberet literas
5 expectatiuas ad beneficium, † etiam si expectans in forma pauperum iam fuerit approbatus idoneus per executorem, secus si iam adeptus fuerit beneficium, licet fructus alteri debeantur: quia talis de illo sustentari debet, vt notatur in capitu. si tibi concesso de præbe. in 6. & ita sequitur Lapus in d. c. si Episcopus dicés, quod talis debet habere medietatẽ redditum, de hoc in extrau. suscepti Ioann. xxij. At quando beneficium
6 concedatur in forma † pauperum? & quas qualitates debeat habere? latè Lapus allegat. sua 79. nu. 2. & quod plus sit fauendum literis pauperum, & literis gratiosis, quam literis iustitiæ, vide Francum in c. si pauper de præben. in 6. n. 2. Item requiritur, vt clericus habeat patrimonium plenũ cum usufructu, & non nudam proprietatem, vnde refert Decius in c. Episcopus, nu. 24. de præb. se consuluisse
6 Senis, quod mulier, † quæ habet nudam proprietatem in bonis, inops tamen reputatur: quia sic cogeretur mendicare, & si nihil haberet; Rursus oportet vt fiat diligens inquisitio per Episcopum, an legitimè cõstet vere ab eis, qui petunt promoueri; ubi nota quod dicitur legitime constare, quando hoc Episcopus
7 perspicit † ex instrumẽtis, uel testib. ut in c. tua, de his quæ fiunt a præla. Alex. in l. qui Romæ, §. Augerius, ff. de uerb. oblig. & ibi Ioan. de Imola. probatur in l. cum olim de uerbo. signif. & in c. 1. cum glosa de restit. in integr. l. fin. C. de reb. cred. item per sententiam secundum Imol. in d. §. augerius, uel quando sic est manifestũ, quod non sit aliqualiter dubitandum; Vnde curia Archiepiscopalis Neapolitana solet super patrimonio examinare testes sup veritate illius, & ꝙ non adsint debita, & tã ordinãdus, ꝙ donans iurant patrimonium esse uerum. Rursus nota, ꝙ dictũ patrimoniũ nullatenus potest alienari, aut extingui, vel remitti, donec bene
8 ficium † ecclesiasticũ a clerico sit adeptũ, quod sit tale, ut ad uitã sustẽtandam honestè sufficiat, Franc. in d. c. si Episcopus: quia tunc cessat ratio, unde uiuere possit, ut ibi per Concil. ex quo procedit, quod non possit extin-

9 tingui, † quamuis conueniatur pro debito ciuili, nam tali casu admittendus esset ad iuratoriam cautionem de soluendo debito, cum peruenerit ad pinguiorem fortunam, capitu. Odoardus, capi. peruenit extra de fideiuss. & hoc, ne in opprobrium totius status ecclesiastici cogatur mendicare: Hinc non potest pro debito cedere bonis, Abb. Imola, Anchar. in d. cap. Odoardus, Couarr. libro 2. var. resolut. capit. primo, numero 9. sic nec potest beneficio dicto capit. Odoardus renunciare etiam cum iuramento, cum sit inductum in fauorem totius ordinis clericalis, ne cogatur cum dedecore mendicare, Hostien. & Ioan. And. in d. cap. Odoardus. Igitur, vt beneficium dicatur sufficiens, sunt multa consideranda,
10 † scilicet vt attendatur sufficientia ratione nobilitatis, scientiæ, & dignitatis 4. distinct. capit. non cogantur. extra de præben. capitu. de multa, de vari. & extraord. cognit. l. prima, §. 1. & capitur hic nobilitas pro potentia sanguinis. Hinc dixit Bal. in capit. cum adeo de rescr. numero duodecimo, quod beneficium aliquando dicitur sufficiens plebeio, quod tamen non dicetur sufficiens nobili, ff. de donat. l. filius, item debet esse sufficiens sibi, & ministris, & necessarijs, ff. de iudic. l. non aliter. Item si est persona nobilis, non dicitur sufficiens, nisi possit tenere aliquod iumentum; quia non debet pedibus visitare poderia, vt not. ff. mand. l. idemque, §. idem labeo. Sic personæ multum literatæ, seu multum disciplinatæ pinguiora beneficia debent habere, vt notatur, ff. pro socio, l. societas, §. societas, & argument. ff. de excusat. tut. l. sed reprobari, §. ualde tamen, & ff. de donat. l. Aquilius regulus. Item beneficiū debet esse perpetuum, & non amouibile, Abb. in capit. Michael de fili presbyt. igitur hæc omnia restrin-
1 gendo habetis † decisum, quale debet esse patrimonium, vt possit episcopus ad titulum, hoc est ad nomen patrimonij ordinare. Nam debet esse tale, quod legitime constet ex instrumentis, vel testibus, aut per sententiam, vt sup. in 3. difficultate numero octauo, ipsi episcopo, quod sibi ad uictum honeste sufficiat, quod ideo factum est, ut prouideatur ordini habitus clericalis, ne turpiter clericus mendicet, & ne ordinatus sine patrimonio per mundum discurrat vagando, quærendo, sibi uictum. Igitur patrimonium debet esse tale, ut necessaria vitæ præbeat, vt congruè sustentare possit, hoc est victum, vestimenta, medicinas, & habitationem solam, & seruum attenta qualitate personæ; quia si est nobilis, non est cogendus ali ac indui vilibus cibis, ac indumentis; item habenda est ratio loci, quia minus patrimonium requiritur clerico commoranti in vico, quam in loco insigni, quod quidem patrimonium est uere, & non in spe possidendum, ut in tertia difficultate, ut numero quarto, & quinto, & est assignandum in titulum, ut sic succedat loco beneficij, & transeat in rem ecclesiasticam, & non possit alienari, nisi postea acquirat sufficiens beneficium, quod ad uictum sufficiat sibi, & ministris necessarijs attenta personæ qualitate. An nobilis, vel multum literatus, ut numero 11. in tertia difficultate. Potest etiam clericus ordinari ad titulum religionis, quia habet vicem tituli beneficij simplicis, cum per professionem sit alendus a monasterio, ut in prima difficultate nu. 4.

Et hæc salua, &c.

D. Iacobus de Graff.a Cap.

SVMMARIVM.

1 *Episcopi an possint conferre primam tonsuram ijs, qui non sunt de sua diœcesi?*
2 *Prima tonsura est præparatio ad ordines suscipiendos.*
3 *Clerici nomen quid significet.*
4 *Prima tonsura initiatus gaudet priuilegio clericali sed quando num. 6.*
5 *Falcem suam quis non debet mittere in messem alienam.*
6 *Pœna non ulterius extendenda, quam reperiatur delictum.*
7 *Ordinatio ab alieno Episcopo facta irrita est quo ad executionem.*
8 *Epilogus torum quæ dicta sunt.*

De Temporibvs Ordinat. Consilium II.

INTERROGATVS an prima tonsura possit conferri clerico alieno sine dimissorijs? ad qđ Christi Iesu nomine inuocato,& Virginis matris implorato suffragio,quod possit conferri,facit tex. in cap.eos,qui tit. nostro in 6. vbi ex verbo ordinare,& ex verbo clericos, videtur, ꝙ episcopi possint adhuc
1 conferre primam tonsuram eis,† qui nó sunt de sua diœcesi:nam ibi prohibentur clerici ordinari per alienũ episcopum, sed talis non ordinatur, quia per primam tonsuram clericalis ordo non confertur,argum.23.d. c.subdiaconus, cum seq.nam prima tonsura est quædam præparatio ad
2 ordines suscipiendos; † nam vt homines ad baptismum exorcismis, & ad matrimonium sponsalibus præparari solent, ita cum tonso capillo Deo dedicantur,tanquam aditus ad ordinis sacramentum illis aperitur, Declaratur enim qualis esse debeat, qui sacris imbui cupit, nam clerici
3 nomen, quod ei tunc imponitur, ab eo deductum est, ꝙ Dominus sortẽ, & hæreditatem suã habere incipiat, c.cleros dist. 21. c clericus, c.cui portio 12.q.1. verum in contrarium est veritas;nam per primam tonsuram, quis assumitur in hæreditatem Domini,vt probatur in collatione illius ordinis,& extra de præben. c.cum secundum in princ.& 12.q.1.c.duo.& d.c.cleros; & prima tonsura insigni-
4 tus gaudet priuilegio clericali, † vt habetur extra de transf.c.ex literis,& de clerico coniug.c.pen.& c.fi.vnde liberatur a talleis,& collectis,c.fi.de vita,& hon.cler.gaudet sub priuilegio fori,vt cõueniatur sub iudice ecclesiastico; item priuilegio Canonis: Si quis suadente diabolo,vt in excõmunicationem incidat, qui in eum manus violentas iniecit, c.1.de cler. coniug. quare non debet vnus episcopus subditum alterius episcopi militem ascribere ad ordines assu-
5 mendos;quia non debet falcem † suã mittere in messem alienam, titu.nostro,c.venerabilem, 6.q.3. c.scriptũ, quod hodie dubitandum non est,vt habetur ex Conc. Trid. sess.23. c.10. de reform. vbi conferre tonsuram,et minores ordines pertinet ad episcopos,intra quorum diœcesis fines existunt ordinandi. Non tamen prima tonsura initiatus gaudere debet pri-
6 uilegio fori, † nisi clericalem habitũ, & tonsuram deferret alicui ecclesię ex mandato episcopi inseruiẽdo, vel in seminario clericorum, aut in aliqua schola, vel vniuersitate,quasi in via ad maiores ordines suscipiendos versetur,vt habetur ead.sess.c.6. Qđ si quis a proprio episcopo non est ordinatus iuxta Concil. Trid. eadẽ sess. c.8.& c.16. sed ab alio promoueri petat,nullatenus id ei sub prætextu cuiusuis rescripti, aut priuilegij etiam statutis temporibus permittatur, nisi eius probitas, ac mores ordinarij sui testimonio cõmendentur; quod si secus fiat, quod ab alieno episcopo ordi-

ordinetur, non solum a collatione illius ordinis, quem contulit, sicut æquum videbatur, vt pœna non altetius extendatur, quam reperiatur
7 delictum, 1. quæst. 1. cap. si episcopi. Ad idem de his, quæ fiunt a maio. par. capit. quæ fuit. sed a suspensione omnium ordinum erit suspensus, cap. eos tit. nostro in sexto, capit. cum quidam, duodecima quæst. secunda, capit. de viro. de iure patron. cap. pastoralis, in fine, & ordinatus, a susceptorum ordinum executione erit suspensus; quandiu proprio ordinario videbitur expedire, vt in dicto capitulo octauo; sic etiam secundum iura antiqua ordinatio ab alie-
8 no episcopo facta † irrita est quo ad executionem, qua carent taliter ordinati, licet rem receperint sacramenti, vt 12. quæst. 2. capit. 2. 3. & 4. 70. distinct. capit. 1. Et ita ex his con-
9 cludendum est † episcopos non posse conferre primam tonsuram eis, qui non sunt de sua diœcesi. Item ex numero secundo, quid sit prima tonsura, & effectus? vt numero quarto, & quinto; & quando prima tonsura initiatus gaudet priuilegio clericali? vt numero sexto; & qualiter puniantur episcopus conferens ordines alienis subditis, ac etiam ordinati? vt numero septimo, & octauo, nam sunt suspensi, & si in illo ordine ministrauerint, irregularitatem contrahunt; in qua solus Romanus Pontifex dispensat, vt constat ex Extrauag. Pij Quinti, cum ex sacrorum. De qua mentionem facit collectanea ad tex. in capit. ordinationes 75. distinctio. a qua irregularitate nec confessor virtute iubilei electus potest absoluere, si datur facultas absoluendi a censuris, cum irregularitas non sit censura, cap. quærenti de verborum signification. Et hæc salua, &c.

D. Iacob. de Graff. a Cap.

SVMMARIVM.

1 *Causa dispensandi in subdiaconatu super anni circulum debet esse necessitas aut vtilitas ecclesiæ.*

2 *Necessitas, & vtilitas æquiparantur in multis.*

3 *Necessitas, & vtilitas frequenter permittunt recedere a iure communi.*

4 *Vtilitas & necessitas semper in rerum ecclesiasticarum dispositione est attendenda.*

5 *Ordo scripturæ est ponderandus.*

6 *Dignitas maior præsumitur ex priori denominatione.*

7 *Testamenta duo si apparent eodem die confecta, nec apparet quod prius, & quod posterius, vbi sint diuersa sigillationes, non tamen apparet quæ fuerit prior respectu horæ, illud censetur prius, quod fuerit in ordine scripturæ priori loco scriptum.*

8 *Verbum, iudicio, importat liberam voluntatem.*

9 *Verbum, si volueris, refertur ad nutum hæredis.*

10 *Ordines minores non sunt conferendi, nisi saltem intelligentibus linguam latinam per temporum interstitia.*

11 *Dictio, per, denotat perfectionẽ actus, ita quod subdiaconus vt promoneatur ad diaconatum, per annum continuum debet versari in subdiaconatu.*

12 *Saltem denotat formam subsidiariã, & scribitur cum E.*

13 *Saltem, quandoque apponitur cum dictione per, & quandoque cum dictione in.*

14 *Disponendi causa cum diacono ad presbyterium super anni circulum est vtilitas, & necessitas ecclesiæ coniunctiuè.*

15 *Copulatiue, Et, natura est copulare vtrumq; extremum principaliter.*

16 *Epilogus de his, quæ in præsenti consultatione aguntur.*

Consilium III.

VLterius reuocatum fuit in dubium, an subdiaconus ad ordinem diaconatus promoueri possit non dum elapso anno ab ordine subdiaconatus suscepto, saltem ex causa, quia sic episcopo videbitur? Ad quod diuino prius nomine inuocato, & Beatissimæ Virginis implorato præsidio dicendum est quod sic, vt patet per tex. in cap. subdiaconi sess. 23. de reformat. in Concil. Trident. vbi hæc sunt verba. Promoti ad subdiaconatus ordinem sacrum, si per annũ saltem non sint versati ad altiorem gradum, nisi aliud episcopo videatur, ascendere non permittantur. Quod vt hoc clarius innotescat, tres constituo casus. Et primus est is, qui post susceptos ordines minores vult promoueri ad ordinem subdiaconatus nondum elapso anno a susceptione postremi gradus minorum ordinum, non potest promoueri, nisi necessitas, aut vtilitas ecclesiæ iudicio episcopi aliud exposcat, ita habetur in eodem Concil. sess. eadem cap. secundo, in finalibus verbis. Vbi sunt ponderanda hæc. & primũ, quod cum dicatur quòd causa dispensandi constituto in minoribus ordinibus ad subdiaconatum super anni circulum, debeat esse ne-
1 cessitas, † aut vtilitas ecclesiæ, sufficit altera illius disiunctiue, hoc est necessitas, aut utilitas, hoc probatur per dictionem illam, Aut, quæ sumitur disiunctiuè, l. si ex toto, §. si ita scriptum, ff. de legat. primo. Cardin. in clement. prima, §. quin etiam in princip. de concessi. præben. & in clement. prima, in princip. de rebus ecclesi. non alienan. l. ille, aut ille in princip. ff. de legat. 3 & ita est in potestate episcopi promotum ad minores ordines promoueri ad subdiaconatum nondum expleto anno, vel ex necessitate, aut vtilitate ecclesiæ, facit text. in dicto §. si ita scriptum. Secundo, quòd necessitas, & vtilitas æquiparantur. Ita habetur per glossam in summa 12. quæstio. 2. & per tex. ead. quæst. cap sine exceptione.
2 † Hinc dispensatio, vt possit obtinere plura beneficia, est vtilitas ecclesiæ, & necessitas, glosa in extrauag. Ioann. 22. vnica de præben. sic maxima ecclesiæ vtilitas, & necessitas operatur, vt qui a promotione repellerentur, non repellantur, cap. tali. 1 q. 7. sic superueniens vtilitas, & necessitas excusant hominem a periurio, cap. breui, cap. quærelam, extra de iureiur. sic alienatio, hac locatio ad longum tempus, vel emphiteusis perpetua rei ecclesiasticæ potest fieri ex causa vtilitatis, & necessitatis,
3 quia hæ duæ causæ permittunt † frequenter recedere a iure communi. 1. quæstio. 7. cap. requisitis, §. nisi rigor, Hæc autem de iure communi, quia hodie per extrauag. Pauli 2. c. S. P. incipit Ambitiosè sub rub. de reb. eccles. non alien. etiam quod alienatio tendat in utilitatem euidentem ecclesiæ non potest fieri sine assensu R. Pontificis; sic mutationes episcoporum de vno loco ad alium licite fiunt ex causa utilitatis, atque necessitatis, 7. q. 1. cap. mutationes, sic necessitas, vt utilitas ecclesiæ excusat a residentia, & ut canonicus percipiat distributiones, 7. quæst. 1. capit. præsentium, capit. quorundam extra de elect. capit. vnic. de cler. non resid. in 6. §. qui vero. Vbi infirmitatis verbo comprehenditur omne iustum impedimentum. Sic necessitas, & vtilitas est causa, ut prælatus possit dispensare cum monacho, vt aliquid retinere valeat absque vitio proprietatis. Turrecrem. in cap. non dicatis 12. quæst. 1. sic ex causa euidentis vtilitatis, & necessitatis ecclesiæ licet vnam ecclesiam conferre, & alte-

teram eidem personæ commendare cap. nemo, vbi specul. de elect. in 6. Nam vtilitas, & necessitas semper
4 in rerum ecclesiasticarum † dispositione est attendenda, 12. quæst. 2. ca. sine, extra de reb eccles. non alien. c. dudum. extra de præben. cap. exposuisti; sic patrimonium, vel beneficium non obtinentes post Concil. Trid. ordinari non possunt, nisi illi quos episcopus iudicauerit assumendos pro necessitate, vel commoditate rerum ecclesiarum suarum iuxta requisita, quæ ponuntur per Concil. Trident. sess. 21. cap. 2. Tertio, quod proponitur necessitas utilitati, & hoc ex ordine scripturæ, quod quidem argumentum validum est in iure, nam ordo scripturæ designat
5 ordinem voluntatis, † processus, & charitatis, l. quoties in princip. ff. de vsufruct. l. gallus, §. quidem rectè de libet. & posthum. de consecr. distinct. 2. cap. in Christo pater iuncta glosa prima quia ordo attenditur ne dum inter personas, verum & inter vocabula, vt dixit Baldus in dicta l. quoties, & in cap. cum dilecta glosa ibi in verbo transponentes extra de rescript. & ex ordine verborum argumentandum, glosa in cap. fina. de appellation. Sæpè namque ordo inspicitur, & seruatur, cap. mandadato de præben. in sexto capit. pen. de sepult. eodem titul. Abbas in cap.
6 vltimo extra de postulan. sic ex priori denominatione præsumitur maior dignitas, glosa in cap. quorundam verbo prædicatorem de elect. in 6. capit. bene quidem distinct. 96. & debet prior nominatus ad dignitatem habere præcedentiam in sedendo, per text. in l. qui soluendo non erat duos apollonios vbi etiam glosa, ff. de hæredum instituend. quem textum ad hoc allegat Baldus in cap. cum M. Ferrariensis colum. pen. versicul. extra nota de constitut. sic prior nominatus præsumitur magis dilectus, dicta l. quoties; vbi si duobus relinquitur vsufructus alternis annis; primus nominatus incipit habere sic prior nominatus maior cæteris habetur, cap. veritatis extr. de dolo, & contum. ibi episcopo, & Abbati. sic dicit Gulier. benedictus in repet. in capit. Raynutius in verbo testamentum 2. numero 27. versicul. Et præmissa de testament. quod si apparent
7 duo testamenta † eodem die confecta, nec apparet quod prius, & quod posterius, vbi sint diuersæ sigillationes, non tamen apparet quæ sit prior, & quæ posterior respectu horæ, aut momenti; sunt tamen ambo testamenta in eodem libro notarij descripta, illud censentur fuisse prius, quod in ordine scripturæ fuit priori ordine descriptum, secundum Bal. in l. rebus, C. de donat. ante nupt. & est tex. in l. si duas, §. primo, ff. de excusat. tut. plene Iason in l. r. 2. colum. ff. solut. matrim. quare ex his videtur, quod mens Concilij fuerit in d. cap. 11. in finalibus verbis, vt in dispensando cum constituto in minoribus, habeat prius oculum ad sub diaconatus ordinem, an sit magis necessitas ecclesiæ, quam vtilitas, licet hoc videatur remittere in liberam uoluntatem ipsius, vt patet per illud verbum, iudicio, quòd importat liberam voluntatem. l. Thais, §. Lucius
8 verbo in tuo iudicio, † dixit glossa id est voluntate, ff. de fideicom. libertat. Bar. in l. si sic, ff. de legat. j. Secundus casus est, de quo est quæstio, quando subdiaconus promoueri vult ad ordinem diaconatus, non dum elapso anno, & tunc dico sufficere solam voluntatem episcopi, textus est in l. fideicommissaria 3. ff. de fideicomm. libertat. vbi habetur, quod si testator dixit hæres si uc-
9 lueris, † fidei tuæ committo, vt stichum manumittas, quamuis nihil aliud in testamento sit; potest valere

lere ex nutu hæredis, Quare cum cõ
cilium ubi supra cap. 13. circa finem
dicat promoti ad sacrum subdiacona
tus ordinem, si per annum saltem in
eo non sint uersati, ad altiorem gra-
dum, nisi aliud episcopo uideatur, a-
scendere non permittantur; sit, quod
per illud uerbum videatur, relinquat
uoluntati episcopi iuxta dictum tex.
in d. l. fideicomm §. ita 3. quod idem
extende ad ordines minores, qui non
sunt conferendi nisi ijs saltem, qui
10 linguam latinam intelligunt † per
temporum interstitia, hoc est de gra
du in gradum c. sicut dist. 48. ni-
si aliud episcopo expedire magis
uideatur, denotat episcopum ex so
la uoluntate hoc posse facere, ita
hoc verbum explicat dominus Car
din Zabar. in cap fin. de offic. ordin.
sed quid si episcopus, qui facultatem
habet dispensandi in temporum in-
terstitiis auctoritate Concil. Trident.
sess. 23. cap. 11. tacite eum promoueat
quia nõ expectauit tempora annua,
quæ de vno ordine ad alium deside-
rantur? Respondet Lopes cum in fa-
cti contingentia esset interrogatus,
quod si episcopus ignorans hoc fece-
rit, nullo pacto dispensare uidetur,
ita post Hosti. notat glosa in uerbo
literarum in cap. statutum de rescr.
in 6. At si sciens ordines contulit, cre
dendum est dispensare uoluisse, &
nec requiritur causæ cognitio, cum
in eo sufficiat sola uoluntas, ut notat
Innoc. in cap. cum ad monasterium
de statu monach. post medium, ita
Felin. in cap. præterea numero 7. &
9. de testib. cogen. Verum hodie per
constitutionem Sixti V. sanctum, &
salutare contra clericos male promo
tos requiritur rationabilis causa, alias
non poterit sine illa dispensare. Rur
sus dum dicitur in cap. 13. Subdiaco-
num non posse promoueri ad altio-
rem gradum, nisi per annum sal-
tem fuerit uersatus; adnotandum
11 est, quod dictio, per, † denotat perfe-
ctionem Archid. in cap. si annum de
iudic. in 6 Ioan. Andr. in c. cum con-
tumacia de hæret in 6. Abb. in cap.
si constiterit verbo pernoctauerit de
accusat. quare designat annum inte-
grum, & completum, Gemin. in d.
cap. cum contumacia nume. 10. per
tex in l. non putabam, ff de condit.
& demonstr. in verbo peruenisset, &
in l. si cui, ff. de legat. 1. ubi dictio per
significat rem perfectam, sic aduer-
bium, saltem, denotat formam subsi
12 diariam, † & scribitur cum E. Abbas
in c. quia propter colum. 1. de elect.
& differt a saltim. Vnde verbum sal
tem dicitur a saltando, sed saltem di
minuendo facit text. in c. omnis, uer
bo saltem, extra de pœnit. & remiss.
quasi diceret Innocen. ex quo sæpius
cadit, ideo sæpius esset ei confiten-
dum, de pœnitent. distinct. 3. cap. se-
pties, & cap. sequ. si tamen illud non
facit, saltẽ (hoc est ad minus) faciat
semel in anno. Et nota, quod hoc ad
uerbium quãdoque apponitur cum
13 dictione, per, † ut in Conc. in d. cap.
13. & quandoq; cum dictione, in, ut
in dicto cap. omnis: in primo casu re-
quiritur continuatio anni, & perfe-
ctio, at in secundo in d. cap. omnis i-
deo præfigitur tempus scilicet anni,
ut illud nullo modo pœnitens tran-
scendat, quia canonis mens esset, vt
sæpius confiteretur. Tertius casus est
de eo, qui ad presbyteratus ordinem
assumitur, nam ille potest assumi, e-
tiam si non fuerit in ordine diacona
tus uersatus, si ob ecclesiæ utilitatem
ac necessitatem aliud episcopo uidea
tur, ita habetur in eod. sess. cap. 14. &
ita nota quod causa dispensandi cum
diacono ad presbyterium super an-
ni circulum est utilitas, & necessitas
coniunctiue, ita frater Hiero. a sorbo
super Compend. priuilegiorum mẽ
dicantium in verbo ordines, vnde
non sufficit utilitas, nisi etiam con-
currat necessitas. Nam de natura i-
stius copulatiuæ &, uel Ac, est copu-
late

stare utrunque extremorum principa liter, ut notat glosa in cap. quærelam de simo. & super rubr. de iur & facti
16 ignor. Abb in c. 1. de his, quæ fiunt a maio. par. cap. unde re. assumendo hæc omnia tres constituimus casus ut ordo subdiaconatus non sit ab episcopo cōferendus nisi post annum a susceptione postremi gradus, nisi necessitas, aut utilitas episcopi aliud exposcat. & sufficit uel necessitas, vel utilitas, quæ in hoc casu æquiparantur, ut etiam in multis, sicut a nu 2. usq. 5. Debet tamē episcopus prius habere oculum ad necessitatem. ut hoc demonstrat ordo literæ in Concil. licet reponat in liberam uoluntatem episcopi. Secundus casus est de ordine Diaconatus, qui confertur non dum elapso anno ab ordine subdiaconatus, nam tunc relinquitur simplici uoluntati ipsius. Tertius est de presbyterata, qui potest fieri presbyter, etiam si non fuerit uersatus per annum in ordine diaconatus, si id exposcat utilitas, & necessitas ecclesiæ. Et hæc salua, &c.

D. Iac. de Grassijs a Cap.

DE TEMPORIBVS ORDINATIONVM, Consil. IIII.

Consilium istud duabus difficultatibus absoluetur.

I. An peccet filius suscepta donatione a matre, ut possit ad titulum patrimonij promoueri ad sacros ordines, si hanc mentem habet, ut postmodum uelit illi dare partem fructuum prouenientem ex bonis immobilibus donatis.

II. An factus presbyter non seruatis interstitiis ob ecclesiæ utilitatem ex dispensatione episcopi possit alibi celebrare, quam in eius ecclesia, ob cuius necessitatem fuerit facta promotio?

PRIMÆ DIFFICVLTATIS.

SVMMARIVM.

1 *Patrimonium exprimi oportet a clerico ut quis intituletur, non tamen ad effectum consequendi beneficium.*
2 *Pater habens usumfructum in bonis filij, tenetur alere filium.*
3 *Uxor habens nudam proprietatem in domo dicitur pauper.*
4 *Ordinatus potest ut vult, disponere de patrimonio, si consequitur beneficiū.*
5 *Clerico debitum est tantum relinquendum a creditore, ut possit viuere.*
6 *Miles si conueniri non potest ultra quā facere potest, multo magis hoc procedit in milite cælestis militiæ.*
7 *Clerico deposito, vel ab homine aut canone suspenso est tantum relinquendum, ut se suosque sustentare possit, non tamen excommunicato, num. seq.*
9 *Verba concilij vim habent decreti irritantis, & potestatem præcipiendi, ne contrarium fiat.*
10 *Amor magis descendit, quam ascendit, qualiter intelligatur.*

CIRCA primam difficultatem, an peccet filius suscepta donatione a matre, ut possit ad titulum patrimonij promoueri ad sacros ordines, si hanc mentem habet, ut postmodum uelit illi dare partem fructuum prouenientem ex bonis immobilibus donatis, Ad quod decidendum inuocato prius Diuino nomine, & meæ singularis patronæ, & Dominæ Dei Genitricis Mariæ præmitto hoc primum in genere, quod donatio facta à matre, ut suus filius possit sacris initiari ad titulum patrimonij, debet esset talis, ut consequatur effectum; quod dictum patrimonium assignetur in titulum, ut eius titulo clericus sacris insignitus non mendicet in igno-

ignominiam ordinis clericalis, cap. episcopus de præbend. & habetur per Conc. Trid. sess. 21. cap. 2. itaque oportet ut ad patrimonium intitule-
1 tur, † quod in literis dimissorijs exprimatur, ut habeat patrimonium, & examinentur testes, & ita solet curia Archiepiscopalis Neapolitana obseruare, & hoc ex præfato tex. sess. 21. c. 2. ibi nisi legitimè prius constet; verum quo ad effectum impetrandi beneficium, quamuis in literis non exprimatur, quod impetrans habet patrimonium, literæ ualebunt, cap. postulasti extra de rescript. Archidiac. & præpos. in c. clericos. 1 quæst. 2. Et hoc patrimonium, quod exprimi oportet, ut sacris initietur, non sufficit, vt consistat in nuda proprietate alio habente usumfructum, ex eo, quia posset uendere proprietatem inuito vsufructuario, iuxta text. in l. 2. C. de vsufr. l. pomponius in princ. ff. quibus mod. vsusfruct. amitt. sed oportet, quod sit coniuncta cum usufructu, facit in simili casus valde singularis in l. fin. §. ipsum autem C. de bonisque liber. vbi Baldus per illum textum inquit, quod pater, qui usum
2 fructum habet in bonis filij, † tenetur alere filium, qui nudam habet proprietatem, nec est dicẽdum quod non ratione ususfructus alere teneatur, sed ratione naturæ, quia idem esset, si alius haberet vsumfructum, quia non debet proprietario necessitas imponi uendendi proprietatem, & ex pretio proprietatis uiuere, per dictum in §. ipsum autem. Hinc fit, quod vxor superstes, quæ habet nudum proprietatem in magna domo vel prædio, dicitur pauper, quia viuere non potest, nisi vendat proprietatem, quam vendere non cogitur, & alimenta sunt præstanda ex reddit-
3 bus, † & non in proprietate, notat Baldus in consilio 3. & allegat textum in l. qui bonis, ff. de colla. bono. & in l. ius alimentorum §. 1. ff. ubi pupil. educ. debe. Ita Decius in auth. præterea num. 22. C. vnde vir, & vxor. & in cap. episcopus numer. 14. extra de præben. Et ita probabiliter dici potest in proposito, quod ordinarius non tenetur ordinare aliquem ad titulum patrimonij, nisi habeat proprietatem cum vsufructu coniunctam: Et ne mendicare cogatur necesse est, vt in patrimonium non sit in spe, & in promissione; sed ut realiter possideatur, ita Francus in cap. si episcopus in glosa in verbo taliter de præben. in 6. An vero poterit ordinatus disponere de
4 patrimonio pro vt vult, si consequatur beneficium? dixit Francus qui supra num. 3. quod sic: quia cessat tunc ratio ne mendicare cogatur. Quo sic præmisso respondeo ad dubium. An possit filius de patrimono sibi a matre donato habere mentem assignandi illi partem fructuum? Negatiuè, nisi ei superfit tantum, quod iuxta Conc. ad uitam sustentandam satis sit, immo poterit matrem etiam sustentare omnibus ex fructibus prouenientibus ex ipsa donatione, si possit ordinatus absque dedecore, sibi victum quærere, vel alimentari, ab aliquo suo consanguineo, ut est in casu proposito optimus text. in cap. clericus 1. quæst. 2. ibi quiuis parentum faciunt dicta per Innoc. in cap. episcopus extra de præben. sufficit enim ordinato, ut absq; dedecore sustentari ualeat, arg. 2. qu. 1. cap. pastoralis, Ad hoc enim solum intendunt iura, vt clericus tantum habeat, vnde uiuere possit, ne in cleri opprobrium mendicare cogatur Hinc dixit Panormit. in cap. odoardus nume. 8. de solut. a clerico debitore non esse omnia extorquenda, sed debet tantum relinqui, unde viuere decẽter possit, quod dictum perpetuo notandum est, unde si clericus debet alicui, non debet cedere bonis, sed solum redditus erunt consignan-

signandi creditori vsque ad satisfactionem debiti. Ita Panorm. in loco præcitato. Etenim si miles secularis
6 laris habet beneficium, † ne conueniatur vltra quam facere possit, deducto ne egeat, vt dixit glosa notabilis, quæ communiter approbatur in l. miles, ff. de re iudic. notat etiam Abbas per illum text. in capit. primo de clerico ægrot. ubi etiam Imola in dicto cap. Odoardus, Mari. Soci. de Citat. articul. quinto numero trigesimoseptimo Felinus in capitu. cum ex officijs de præscription. Multo fortius hoc debet consequi clericus, qui est miles cœlestis militiæ, capitu. degradatio de pœn. in 6. opprobrium enim esset clerico, si cogeretur mendicare, ita Domini. de Sanct. Geminian. in princip. in cap. si propter tua de rescript. in 6. Nam videmus, quod multæ etiam personæ sunt priuilegiatæ, ne conueniantur ultra quam facere possint, ut maritus, socer, patronus, & similes l. sint qui, cum duabus sequent. ff. de re iudic. fortius hoc dicendum est in clerico, uide text. vigesimatertia quæst. octaua cap. reprehensibile, & cap. christianis 2. quæst. prima vide quod voluit glosa in capitu. studeat distinct. 50. vbi a clerico suspenso a benefi-
7 cio † ab homine, vel Canone non debent omnia extorqueri, sed est relinquendum tantum, vnde se, & suos possit sustentare, ne propter necessitatem victus ad turpia lucra conuertatur, vt 81. distinct. cap. ad reatum, & infra glosa ibi in verbo, Et sui, in dicto capit. studeat dicit, quod nec totum est a debitore, quod habet, sed habenda est ratio ne egeat, ff. de re iudica l. inter eos in fine. ne cogatur in cleri opprobrium mendicare 93. distinct. capitulo diaconi 3. sic etiam deposito eadem ratione prouidetur, vt dixit glosa notabilis in fine in capitulo pastoralis de appellatio. Non
8 tamen excommunicato, cum adhuc possit ecclesiam redire, glosa ibi in dicto capitulo studeat, & nos in prima part. nostrarum decisio. libro 2. cap. 56. numero 19. & 21. Igitur ex his omnibus patet quod contulens poterit matrem sustentare, immo etiam tenetur, l. filia, C. de patr. potestat. l. 1. 2. & 3. ff. de lib. agnoscend. Modo matri donanti filio, vt possit sacris initiari sub titulo patrimonij nulla fiat renunciatio, quia talis irrita esset, & nullins valoris: nam verba Concilij uim habent decreti irritan-
9 tis, † & potestatem præcipiendi ne fiat contrarium. Præterea etiam, ne hoc deducatur in pactum, & filius sit huius mentis, vt quando ei deficerent alimenta, vt consanguineus eum non aleret, animum habeat non veniendi contra concilium Nempe vt velit mendicare, aut turpem quæstum facere, sed in sua sit facultate dare, vel non dare, Alias si secus diceremus, sequeretur absurdum, videlicet vt filius non possit matri succurrere, quod esset omnino iniquum, & contra legem charitatis, cum licet pater teneatur alere filium, & non e conuerso, tamen, quando filius est potens, & mater indigens, tenetur magis sustentare matrem, iuxta text. in dicta l. filia, quā filium in extrema necessitate: Etenim illud, quod dicitur, amor magis descendit, quam ascen-
10 dit, † procedit quo ad ordinem dilectionis, & non quo ad effectum obligationis, Sylu. in verbo filius numero vigesimo quinto & sequ.

SECVNDA DIFFICVLTAS.

An factus presbyter non seruatis interstitijs ob ecclesiæ vtilitatẽ ex dispensatione Episcopi, possit alibi celebrare; quam in eius ecclesia, ob cuius necessitatem fuerit facta promotio?

SVMMARIVM.

1 *Ordinatus non seruatis interstitijs ob ecclesiæ utilitatem an possit alibi, quam in illa ecclesia celebrare?*

2 *Sacerdos obligatus semper celebrare, potest bis in hebdomada abstinere.*

3 *Epilogus eorum, quæ dicta sunt.*

IRCA præsentem difficultatem respondeo dupliciter: & primo, quod non durante anno, † (v.g.) si ab ordine diaconatus vsque ad presbyteratum fuerint intermedij quatuor menses, tũc per residuũ anni, hoc est per illos octo menses non potest alibi celebrare, nisi quotidie presbyter ille missam faceret, quia tunc arbitror quod sicut in hebdomada potest a celebratione abstinere bis absque peccato,
2 † Doctores & Panor. in c. significatum de preben. ita illis duobus dieb. poterit alibi sacrum facere. Secũdo, quod cessante causa dispensationis cessat obligatio; ita quod post annũ possit vbilibet pro voto suæ voluntatis celebrare, igitur ex his omnibus habemus, quod oportet; ut patrimonium a matre donatum assignetur in titulum, vt filius possit sacris initiari, & consistat in proprietate mista cum vsumfructu, & sit reale, & non in spe, de quo non possit absque peccato ordinari, si in mente haberet dare matri partem fructuum prouenientem ex dicto patrimonio, nisi ei supersit tantum, quod ad uitã sustentãdam satis sit: Hinc fit, quod a creditore non sunt omnia extorquenda a clerico debitore, sed sunt ei relinquenda tantum, vt non oporteat mendicare, quod idem extendimus ad clericum suspensum a benecio ab homine, vel a Canone, & ad depositum, non tamen excommunicatum. Igitur modo non deducatur pactum, vt debeat dare partem fructuum, & non fiat renunciatio, potest facere, dummodo ei super sit tantum, vt non egeat; hic tamen ordinatus presbyter non seruatis interstitis ob ecclesiæ vtilitatem cum dispensatione episcopi potest alibi, quam in ecclesia sua celebrare bis in hebdomada durantibus interstitijs, quibus finitis, cũ cesset causa dispensationis, cessat etiam obligatio, ita quod post annum ubilibet pro voluntatis suæ voto poterit sacrum facere. Et hæc salua &c.

D. Iacob. de Grassijs à Cap.

DE TEMPORIBVS ORDINATIONVM.

Thoma Consil. V.

Diuino prius inuocato auxilio, & Beatissimæ Virginis Mariæ implorato suffragio, proponitur nobis, quod fuit exposita quærela coram ordinario contra presbyterum quendam, quod initiatus esset sacris ordinibus non susceptis exorcistatu, & accolitatu contra quam presbyter dicit se omnes ordines minores suscepisse, Tum, quia alias non fuisset ordinatus ad ordines sacros, & sacerdotium, nisi ostendisset ordinario literas ordinum inferiorum, Tum, quia sumus in facto diu antiquo, & in ordinatione diu facta, ergo præsumendus est rite ordinatus.

Diffi-

Difficultas modo est, An præsbyter præsumatur omnes ordines suscepisse?

SVMMARIVM.

1 *Citatio, quæ prima fronte habet in se iniustitiam, licet possit aliquo casu iustificari, tamen nullius est momenti.*
2 *Ostendens titulum sacerdotij an præsumatur præcedentibus ordinibus fuisse insignitus nu. 4.*
3 *Actus, qui prima fronte præsumitur iniustus an ex aliquo capite possit iustificari.*
5 *Titulus probatur per tempus.*
6 *Clericus si per triennium tenuit beneficium, & perdidit institutionem, stabitur iuramento suo.*
7 *Vasallus an possit cogi ad ostendendam inuestituram feudi?*
8 *Obijciens alicui non esse rite ordinatum, in facto antiquo ipse debet probare.*
9 *Præsumptio nō est acquisiuisse primum gradum per prouectionem ad maiorem gradum.*

IRCA præsentem difficultatem. An sacerdos præsumatur præcedentibus ordinibus fuisse insignitus; & pro parte negatiua facit dictum Innoc. in cap. 2. de dilat. vbi dicit, quod si citatio
1 prima fronte † habeat iniustitiam in se, licet possit aliquo casu iustificari, nihilominus propter primam præsumptionem iniustitiæ nullius est momenti. Secundo facit dictum Corrad. in tractatu de sacer. 3. par. c. 1. n. 6. quo loco censet non esse satis sacerdotij, seu presbyteratus literas producere, nisi testimoniales literæ cæterorum ordinum simul producantur. Verum his non obstantibus affirmatiua opinio mihi verior videtur, scilicet quod sufficiat ostendere ordinario literas ordinum superiorū absque
2 productione literarum ordinum inferiorum, modò qui ordinauit ad sacerdotium, sit tantæ prudentiæ & discretionis, quod non sit præsumendum illum ordinasse in presbyterum, nisi de inferioribus ordinibus constitisset, quia tunc omnia præsumuntur solemniter acta. 97. dist. cap. nobilissimus, de procur. cap. in nostra, Instit. de fideiuss. § fin. ita Dom. Anto. in cap. fin. de cler. peregr. & ibi Anchar. in vlt notab. Rursus facit dictum Abbatis in cap. nisi essent notab. 1. de præben. quod actus, qui prima fronte præsumitur iniustus, ex quo certo casu iustificari potest, si gestus extitit à prouidis, & prudentibus personis, & honestis, non præsumitur iniquus, immo iustus, & in casu possibili gestus, quod est notandū, unde ad dictum Innoc. in d. cap. 2. de dilat. quod citatio, quæ prima fronte habet iniustitiam in se, quamuis possit aliquo casu iustificari, nihilominus propter primam præsumptionē iniustitiæ nullius est momenti: nam posset optimè illud dictum limitari, vt procedat, nisi iudex fuisset valde circumspectus, & honestus, ita quod non fecisset illam citationem in casu a iure improbato, & ita est responsum ad contrarium. & pro hoc uide notabile dictum Innoc. in cap. 1. de cler. pereg. vbi dicit, quod si quis probat se fuisse ordinatum ad certum or-
4 dinem † a viro multum prouido, & honesto, præsumendum est quod habeat alios ordines præcedentes, quia non est verisimile, quod vir circumspectus ordinasset eum ad maiorem ordinem, nisi fuisset informatus de minoribus; facit etiam, quia titulus
5 probatur † per tempus, ff. de vsufru. l. cum de in rem verso, Innoc. extra de deci. cap. dudum. Vnde Felinus consilio 2. numer. 29. dixit ex Innoc. quod clericus, qui multo tempore stetit in ordine subdiaconatus, si perdidit literas suæ ordinationis, nihilominus

nus censendus est diaconus sic Ioan. de Anan. in c. licet Heli de simo. dicit, quod si clericus per triennium tenuit tenuit beneficium, & perdidit
6 institutionem, † stabitur iuramento suo clem. 1. de sequestr. poss. & fruct. sed si stetit per decem annos, nulla probatio requiritur, & dicit in verbo Tu autem considera, quod omnes Doctores ita tenēt. Considerauerūt enim iuris nostri comentatores fore exemplo pernitiosum, si ecclesiarum rectores per amissā collationis chartulam beneficio priuarentur, alio in contrarium non docto, ita Felinus, qui supra facit etiam quod dixit Andr. de Ibernia. in cap. Imperialem § illud. num. 66. & in cap. 1 de contra inter mascul. & fœmi. Doctores in l. cogi de petit. hæred. Decius consilio
7 61. ubi tenet, † quod non potest cogi vasallus ad ostendendam inuestituram feudi, & quod non teneatur ostendere titulum, si longo tempore possedit, Ioan. de Anan. consi. 122. n. 1. & 2. Neapol. in consuet. Regni in prohem. Caroli, versic. quarum serie nume. 332. uersic. ad hoc; facit etiam quod diximus in 1. par. nostrarum decis. lib. 4. num. 9. quod si aliquis obij-
8 cit eum non rite ordinatum, † si sumus in facto antiquo, tunc præsumitur ritè ordinatus, ad hoc de presbyt. baptiz. cap. fi. de iudic. cap. cum deputati, quare alius debet probare, Do. Anton. in c. Innotuit de excess. prælat. Hanc etiam opinionem in casu tenuit Ignat. Lopez ad Diaz. c. 34. uersic. illud quare concludemus quod licet regulariter de præcedentibus debeat constare ordinibus, neque sufficiat probatio collationis ordinis sacerdotalis, ut per Zabar. in d. cap. 2. de cleri peregr. nam per acquisitionem, & prouectionem ad ma-
9 iorem gradum non præsumitur † acquisiuisse priorem, & ideo debet presbyter habere non tantum literas sacerdotij, sed priorum ordinum, tamen si forte persona, quæ ad sacerdotium ordinasset, fuerit persona grauis auctoritatis, pro qua sic est præsumendum, cap. nobilissimus distin. 97. tunc credendum est præcedentibus ordinibus fuisse insignitum. sicut si quis Doctoratus insignia ostendit, iam etiam ostendit & bachalaratus fuisse insignitum. nam posito subsequenti præsumendum est & fuisse antecedens ita Anchar. in d. c. 2. Et hæc salua, &c.

D. Iacob. de Graff a Cap.

DE TEMPORIBVS ORDINATIONVM, Consil. VI.

SVMMARIVM:

1 *Actio humana uoluntaria, vel inuoluntaria, aut mixta est.*
2 *Actio an sit voluntaria si stupretur virgo non consentiens, & non impediēs?*
3 *Actio inuoluntaria quæ dicatur*
4 *Ordinis sacramentum susceptum vi absoluta nullum est.*
5 *Fictio, quæ propriè dicatur, & dicitur hyppocrisis.*
7 *Baptismus, & ordo habet effectum sine consensu recipientis.*
7 *Rationis vsus non exigitur in suscipiente ordinem.*
8 *Mulier quæ se finxit monialem, an possit nubere.*
9 *Ordinatus fictè quando dicatur ratificare ordinem susceptum,*

INterrogatus vtrum ordo sit iterandus, si accendentem ad suscipiendum ordinem sacrum pœniteat accessisse, intendatque nolle suscipere illum, sed solum exterius peragere pro tunc, quæ per alios fiunt, sperans, & credens purgata conscientia in melius ordinem susceptum per ratificationem validare, vt breui negotium constringatur, inuocatis prius Iesu, & Mariæ nominibunis

omnibus vno tantum præmisso deueniemus ad decisionem quæstionis propositæ. Igitur sciendum est, quod
1 omnis humana actio † volútaria est, aut inuoluntaria; vel mixta. Sed voluntaria dupliciter considerari potest; quia vel est directa, vel indirecta. Directa est, qñ voluntas positiuè est causa actionis, vt qñ quis quod agit, facit, quia vult agere: At voluntas indirecta dicit, qñ homo aliquid agit inuoluntariè, quod tamen impedire potest, & non impedit: nã hæc actio voluntaria ẽt dr, quia potest voluntas non agere, si voluisset; vnde imputatur agenti quasi actus ab ipso existẽs. & hoc modo omnis actus volũtarius dr, siue fiat recta ratione, siue non, siue ex animo, siue ex metu, aut tristitia. Vt si puellæ stuprum inferatur non quidem consentienti, si tamen non impediuit resistendo cum potuit, voluntarium indirectè
2 dr, & peccat † mortaliter, cũ ad nullum cauendum periculum etiã mortis, peccare debet quis 32. q. 5. cap. ita ne, de his, quæ vi. c. sacris: nam dum permittit se stuprari, & non resistit etiam clamando cum Susanna, videtur tacitè consentire: nã mauult magis stuprari, quam recedere, & clamare, quod constat esse mortale, & volũtarium, sicut proiectio mercis in mare, Caiet. 2. 2. q. 148. art. 5. actio
3 verò inuoluntaria † est, quando nullo modo vult, sed per coactionem absolutam actum perficit, vt si quis ligatus manibus, & pedibus nolens ordinaretur: quia quod violentum est, voluntarium esse non potest, ad hoc optimus tex. in cap. presbyteros dist. 50. D. Thom. 1. 2. q. 6. art. 5. sed actio mixta componitur ex voluntario, & inuoluntario, vt actio per minas, & metum facta: nam est voluntaria simpliciter, & inuoluntaria secũdũ quid etenim licet quis agat: quia tamen per metum, non dicitur libenter agere, sed quia non vult pa-

ti, vt sup. diximus, nu. 2. & hæc actio quamuis nõ excuset a peccato mort. attenuat tamen culpã, facit tex. in d. c. sacris, & facit casum dispensabilẽ, vt dixit Gemin. in d. c. presbyteros. col. 2. versic. oppono. Quo præmisso dico, quod cum actio hæc clerici nõ fuerit inuoluntaria, scilicet absoluta, & præcisa: quia sic sacramentum ordinis nullum fuisset, arg. text. in c maiores, § fi. extra de bapt. sic nec con-
4 dionata; quia nullo impellente, & comminantè accessit, quæ etsi conditionalis fuisset, voluntas tamen fuisset, c. meritò 15. q. 1. & sufficiens ad susceptionem characteris, non tamẽ gratiæ, d. §. fin. c. vbi ista dist. 74. c. de Iudæis dist. 45. c. quod quidam 1. q. 1. S. Doctor in 4. sent. dist. 25. sic itaque sufficiens fuisset, vt cessante violentia, rectificataque conscientia possit executioni tradi, & cogi. d. § fi. cum simil. ergo colligitur, quod fuerit ficta voluntas: nam ille fictè accessit: vnũ quippe ore, & opere explens, scilicet faciendi, quod alij ordinandi faciebant, & aliud in mente tenens, hoc est: quia non intendebat ordinẽ suscipere, & hæc propriè dr fictio, quæ alio modo vocatur hypocresis, quando scilicet ex actu extrinseco ostendit aliquis contrarium eius, quod in mente gerit, vt notat Archid. in ca. nolo 12 q. 1. Gemin. in cap. quod interrogasti dist. 27. Verum quia ille non habebat voluntatem absolutam non suscipiendi ordinem, sed solum vitandi peccatum, ductus ab errore perplexæ conscientiæ, corde gerens vitandi quod sibi maius damnum videbatur, per quod incidit in Syllam, cupiens vitare caribdim, idest non peccandi, per quod peccauit: & quia tandem volebat taliter agere, vt fructum sibi seruaret per ratificationem peracta pœnitentia, & purgata, & ita volebat, & non volebat: nam nolebat, quia timebat peccare, si non purificata conscien-

tia susciperet ordinem, sed volebat tempore purgatæ conscientiæ ratificare actum; Quare cum fictio ista non sit absoluta: nam videtur pro parte respondere actui peracto exterius, & in aliquo internè quoque, dicimus quod fictio ista saluo semper meliori iuditio non est talis, vt impediat sacramenti susceptionem, dicto cap. maiores, §. fin. & capitu. solet de consecr. distinct. 4. quare concludimus hunc saltem pro nunc suscepisse characterem, vt patet ex text. & glosa in d. cap. maiores, §. fi. vbi probatur, quod sacramentum baptismi,
6 & ordinis sortitur effectum † sine consensu recipientis: ergo hic peracta pœnitentia demandare potest executioni quod suscepit; Est enim ibi text. expressus, quod ubi non patet expresse; vt quia diceret se nullatenus consentire, non est curandum de intentione recipientis, dummodo conferens intendat conferre, Zabarel. in d. §. fin. numero 2. vt expresse etiam firmat S. Thomas in 3. par. q. 64. ar. 3. respons. ad 2. in fin. Quod bene roboratur per eundem D. Th. in 4. sent. dist. 25. q. 2. ar. 2. & per Syluest. verbo Ordo. qui volunt, quod
7 vsus rationis, †. & consequenter voluntas discreta non exigitur in suscipiente ordine ex ui sacramenti, sed præcepti tantum, cum illa ius, & characteris virtus, seu potestas diuinitus sit per prius ordini infra, sicuti quid naturale; ita ut non possit violari per superuenientiam posterioris voluntatis vitiosæ, confert ad hæc text. in cap. vel non est cum simil. de tempo. ordin. & in clem. generalem, de æta. & qual. iuncta gl. pen. ibi, & quæ per Sylu. in verbo ætas, §. 1. per quæ iura probatur, quod pueri carentes vsu rationis, si ordinantur, characterem suscipiunt, probatur a simili bono, quod habetur in d. c. quod interrogasti, & in d. c. solet, vbi habetur, quod
8 mulier, † quæ se finxit monialem sub velamine, nubere non potuit; sed coacta debet permanere in sacro velamine, alioquin ordo ecclesiasticus turbaretur, si non sortiretur effectum in sacramentis: posset enim quis ut vellet, fingere, & non vere faceret, ait tex. in cap. nam si consenserimus dist. 27. qui tex. quamuis sit palea, est tamen rationabilis. Igitur
9 talis sic fictè † ordinatus recipit characterem, & si semel solemniter indutus apparatu exercet ordinem sacrum, dicitur tacitè ratificare, vt dicunt Hostien. Zabar. & Io. Andr. in d. c. Maiores, §. fi. Et hæc salua, &c.

De Offic. Et Potest. Iudicis deleg. Consil. I.

Consilium hoc vnica difficultate absoluetur.

An inquam expiret commissio dispensationis facta a summo Pontifice ordinario super impedimento matrimonij, si ita est pro ut fuit expositum, dum literis ordinario redditis re integra defunctus fuerit Romanus Pontifex?

SVMMARIVM.

1 *Gratia facta per Papam quis in foro conscientiæ potest vti, non dum habitis literis.*

2 *Nomina propria, & appellatiua quæ sint.*

3 *Commissio, quæ fit sub nomine proprio non transit ad successorem. secus si sub nomine appellatiuo, vel vtroque nu. 4. & 20.*

5 *Mandatum re integra extinguitur per mortem mādantis, quando committitur iurisdictio ordinaria, secus si delegata.*

6 *Ordinaria iurisdictio vel per se subsistit, vel est accessoria alteri ordinariæ, vti est illa Vicarij Episcopi.*

7 *Executorum sex sunt species, tamen hic*

hic agitur de executione mixto.
8 *Executor merus tenetur exequi sine causæ cognitione fall t tripliciter.*
9 *Executor merus tenetur exequi sententiam iniustam, nisi sit manifesta iniustitia*
10 *Res quando integra dicatur, & quando non.*
11 *Contestatio litis quæ dicatur.*
12 *Iurisdictio ut perpetuetur, requiritur citatio, & non commissio ad citandum.*
13 *Gratia non expirat morte concedẽtis.*
14 *Gratia dicitur perfecta, si per Papam dicatur fiat.*
15 *Officium executoris gratiæ Papæ non expirat eius morte.*
16 *Mandatum quando per mortẽ mandatoris expiret nu. seq.*
18 *Dicto si causæ cognitionem requirit.*
21 *Delegatus in dispensatione matrimoniali an possit aliquid percipere pro laboribus?*
22 *Dispensatio facta a R Pontifi. e Vicario Episcopi an per eius obitum transeat ad successorem?*
23 *Vicariatus dignitas an sit permanẽs.*
24 *Vicarius habet quandam præeminentiam ecclesiasticam, quæ assimilatur dignitati.*
25 *Vicarius habet iurisdictionem nomine alieno actiuè.*
26 *Epilogus omnium, quæ dicta fuere.*

IRCA hanc præsentem difficultatem Redẽptoris crucifixi nomine inuocato, & Beatissimę meæ patronæ Virginis Matris implorato suffragio, dico primum nos loqui in foro conscientiæ: quia in eo potest quis
1 vti gratia † concessa per Papam, licet non habeat literas, secundum Abbatem in clem. Dudum ad finẽ de sepult. per illum textum, quem sic intelligit, & sequitur Felin. in rubr. extra de constit. nu. 6. vers. secundus casus. Igitur loquendo in foro exteriori notandum est, quod potest aliquid committi a summo Pontifice, vel sub nomine proprio, vel appellatiuo, de quibus habetur per tex. in l.
2 si quis in fundi vocabulo, ff. de legat. primo: nam nomina propria sunt, quæ significant vnum indiuiduum, vt Petrus, Paulus, vel quid simile. At appellatiuum significat plura, quæ continent sub se, tanquam genus, vel species, vt animal, vel homo. Et quandoque appellatiuum est nomen singulare, vt si dicatur Abbas talis loci: nam comprehendit vnum Abbatem, & non plures eodem tempore, sed successiuè sic: quia comprehendit vnum viuentem, & successiue alium, qui subrogatur eo mortuo. Quando ergo
3 committitur aliquid alicui sub nomine proprio, commissio † non transit ad successorem, sed sic, si committitur sub nomine appellatiuo. Ita ad hoc sæpè allegatur decretalis, quoniam Abbas tit. nostro: & ratio est, quia quando committitur sub nomine appellatiuo, committitur dignitati, & dignitas non moritur, de rescript. in 6. c. si gratiose, 12. q. 2. c. liberti. Innoc. & Ioann. Andr. quem sequitur Boic. in d. capit. quoniam. Abbas ibi num. 10. & ita successor tenetur ad id, quod præcessor, facit tex. in cap. 1. de solut. 11. q. 3. c. si Episcopus 12. quæstio. 2. capit. hæc huius placiti. 18. q. 2 c. dudum, quæ singula procedunt quando mors interuenit ex parte mandatarij; quia mandatũ re integra non extinguitur, quando fuit facta sub nomine dignitatis, quando autem sub nomine appellatiuo, extendit Henricus B ich. ut etiam sub utroque nomine accipiatur, proprio scilicet, & appellatiuo, quod est, cum dicitur. Titio Episcopo Parisiensi, licet quidam subtilitatem legalem sequentes dicant, quod si nomen proprium præcedit, tunc idem est, ac si nomẽ proprium solummodo esset expressum, ita

quòd morte cuiuslibet eorum mandantis, & mandarij expiret. Si uero dignitas præcedit nomen proprium, tunc idem est, ac si nomen dignitatis solummodo exprimeretur, argumen. pro utroque membro, ff. de stipul. seru. l. si seruus communis, ipse uero credit indistinctè quod expresso utroque nomine † expiret com-
4 missio, ita quod non transferatur ad successorem: nam ubi unum propter alterum utrobiq; tamen unum, & capit. extra de præbend. capit. extirpandæ § qui uero, eod. tit. capitu. super eodem, & cap. quia sæpè lib 6. & si iuxta in clement. Sed hic dignitas exprimitur propter personam, non econtra, quare, &c. Quod probatur sic: quia commissio nunquam fieret dignitati nisi propter personã præsidentem: quia ipsa dignitas non posset cognoscere, uel iudicare, sunt & aliæ rationes, quæ afferuntur, per dictum Henric. Boch. in dicto cap. quoniam, numero decimotertio, & respondet ad text. in dicta l. si seruus communis; quia ibi nomen appellatiuum est ignotum, & incertum, sicut & proprium, & ideo non apparet, quod illorum apponatur ad determinationem, siue specificationem alterius, quod & in casu nostro secus est. Secundo præmitto accedendo ad dubium, mandatum re integra extinguitur per mortem
5 † sequutam mandantis, capitu con tractum, capitulo relatum titu. nostro, quod intellige verum, quando committitur iurisdictio delegata, secus si ordinaria, per id, quod habetur in capitulo secundo, titulo nostro in sexto, vbi notatur ex illo textu iurisdictionem ordinariam non expirare morte concedentis, & ratio est, quia iurisdictio ordinaria non dicitur esse ex iure alieno, sed ex iure proprio, ideo cum facta est commissio, censetur gratia perfecta, & pro tanto gratia non expirat morte committentis, argument. text. in capitulo si super gratia infra eodem in sexto. Sed delegatus nihil habet proprium, sed iure delegationis vtitur, l. prima. ff. de offic. eius, cui mand. est iurisdictio, & ideo illa expirat morte mandantis re integra. Et quod diximus de ordinaria iurisdictione, verum est de ordinaria per se subsistente, & principali, quia si esset accessoria alteri ordinariæ, vt est iurisdictio, quam habet Vi-
6 carius Episcopi, † illa expirat mortuo Episcopo, vt notatur per Ioan. Andr. in capitulo penult. de offic. Vicar. & in clement. prima, eod titulo quamuis iurisdictio Vicarij sit ordinaria, vt notatur in capitulo secundo, de offic. Vicar. in sexto. Tertio magis propriè accedendo ad dubium, potest aliquid alicui committi vt executori, qui quidem executor licet multipliciter considerari possit, vt Hostiensis, quem refert Ioann. Andr. & Ancharan. in capitulo pastoralis, §. quia vero tit. nostro, & Melius Panormitan. ibi numero tertio, qui considerat sex
7 species executorum, † nam alius est iudex, & alius executor latæ sententiæ, alius executor mixtus, alius conseruator, alius referendarius; Alius nuncius, siue executor alicuius articuli. Tamen duas sufficit explicare in præsenti executorum species, scilicet quòd executor, alius est purus, & merus, & alius mixtus. Executor merus est ille, qui habet purum, & nudum officium exequendi, qui procedit absque causæ cognitione, & tenetur exequi sententiam, licet sciat illam esse iniu-
8 stam, † ita glosa 1. in c. vniuersitatis de sent. excomm. quæ allegat tex. in c. pastoralis, §. quia vero titu. nostro, fallit tamen in exceptione notoria, quia illa potest admitti ab executore mero, glosa in capitulo, & si non

25.

25. quæstio. 2. item in exceptione excommunicationis propter periculum communionis, glos. in cap. primo, de except. in 6. Item fallit in causa criminali, dicto capit. pastoralis, §. quia uerò vbi Felinus, numero 17. de offic. deleg. quod intellige, quando sententia contineret intolerabilem errorem, aut manifestam iniustitiam: quia tunc in causa crimina-
9 li non tenetur obedire, † alias excusarentur Carnifices Martyrum occisores. At si non contineret manifestam iniustitiam, non peccaret exequendo, quia superioris sententiam discutere non debet; quia non ipse occidit, sed iudex D. Thomas 2. 2. quæst. 64. art 6. in fine. Syluester in verbo iudex 2. quæst. 6. Executor vero mixtus idem est, quam delegatus in foro contentioso, vt dixit Io. Andr. in d. cap. quoniam Abbas, Panorm. num. 15. Boich. num. 10. & ibi Doctores. Vltimo præmitto, quando res dicatur integra, & quando
10 non. † Hoc enim ad hoc deseruit. vt uideamus. An sit per commissionem perpetuata iurisdictio in ordinariũ morte Romani Pontificis, vel non. Vnde Baldus in cap. gratum tit. nostro dicit. in hoc esse duas opiniones altera legistarum, qui dicunt, quod tunc res est integra, donec lis contestetur. Vnde ante litis contestationem reuocatur mandatum mortuo mandante. Et dicitur litis contesta-
11 tio principalis † negotij apud competentem iudicem facta narratio, & ad eam sequuta responsio; ita colligitur ex cap. de litis contest. & capit. dudum 2. de elect. Robertus Maranta de ordin. iud. tit. de litis contestat. At opinio Canonistarum est, vt perpetuetur per citationem, ut notat Abbas in d. capit. gratum, & ibi Baldus dicit hanc opinionem esse rationabilem. per text. in dicto capit. vbi habetur quod res non est integra, si geri repetit, quæ fit per citationem.

Vnde Baldus concordando vtramque opinionem dixit, quod quo ad ipsas partes vera est opinio legistarum, vt per litis contestationem res desinat esse libera, l. si conuenerit, ff. de iurisd. omn. iudic. Quo uero ad iudicem tunc per solam citationem solemnem perpetuat sibi iurisdictionem, sicut, & quemadmodum alia iura citatione perpetuantur, seu firmantur, C. de præscript. triginta annorum, l. sicut; licet quandoque requiratur contestatio litis, ut plene notatur, ff. de rei uendic. l. si post acceptum, & C. eod. l. more litis. Quare cum casus noster sit, non quo ad partes, sed quo ad ordinarium, cui facta est commissio, requiritur, vt inceperit capere informationem. An vero dicatur apta informatio, si præparauerit se ad illam, uocando Notarium, videndo dispensationis commissionem? credimus quod nõ. facit a simili, quod dixit Ancharan. in cap. gratum titu. nostro, numero primo, quod ad perpetuandam iuris-
12 dictionem delegantis † requiritur citatio, non tamen sufficit commissio facta de citando, vel quod citatus fuerit, sed aduersa pars non comparuit, si dictam contumaciam non accusauit, vt ff. de in ius uocand. l. quamuis, in authent. qui semel, C. quando, & quom. iudex Gulielm. de Cun. in l. sicut, C. de præscript. triginta annorum. Ita Ancharan. in dicto capit. gratum. Quibus sic præmissis, quod non expiret; facit, quia dispensatio dicitur gratia, sed gratia non expirat morte conce-
13 dentis, † capitulo si super gratia titulo nostro, in sexto, vbi habetur, quod executor super gratia datus a Papa, mortuo Papa etiam re integra gratiam exequitur, & ratio est; quia sicut ipsa gratia morte non perimitur concedentis, sic etiam nec re ipsa perimitur executoribus data potestas, quam veluti gratiæ

prędictæ accessoriam naturam sequi congruit principalis, & ita accessorium sequitur perpetuitatem a suo principali, sic de connexis, vt perpetuatio super vno inducat perpetuitatem in alijs, Anchar. in capit. cum plures, in 1. notab & in d. cap. si super gratia. Ad idem est tex. in cap si cui de præben. in 6. Vbi habetur gratiam non expirare per mortem concedentis, etiam re integra, cum illam deceat esse mansuram, sed gratia, statim quod dicit Roman. Ponti-
14 fex fiat, dicitur † perfecta, vt dixit Bal. in l. humanum, C. de legibus in fi. & in l. fin. in princip. C. commun. ser. manu. Decius in rubr. de constit. in 1. lect. num. 39. ergo cum illa per mortem Papæ non expiret, fit, quod ordinarius procedere possit; secundo facit tex. in capit. si gratiose de rescript. in 6. Vbi non expirat mandatum morte mandantis, si ergo non expirat, potest is, cui commissa est dispensatio, illam expedire, et mortuo dispensante. Tertio facit glosa in l. & quia, ff. de iurisd. omn. iud. vbi per solam commissionem est perpetuata iurisdictio, & non requiritur exercitium alicuius actus, quare fit, quod cum sit commissa ordinario potestas, possit dispensare etiam mortuo Romano Pontifice re integra, hoc est nondum inchoato aliquo exercitio alicuius actus. Quarto facit quod notat Ancharan. Bald. & Barbat. in d. capit. relatum, vbi officium executoris gratiæ Papæ non expirat eius morte. Sicut neque inquisitoris hæreticæ prauitatis, sed iste videtur
15 executor gratiæ factæ: ergo † post mortem potest exequi. Quinto, & vltimo tunc expirat mandatum per mortem mandatoris, quando per dationem mandati datur noua potestas ad actum; ita quòd in exercitio eius mandatarius gerit vicem mandantis, at secus videtur in casu nostro, vbi non datur noua potestas,
16 sed potius excitatur antiqua, † vt in cap. licet, & capit. penul. de offic. deleg. ita Abb. in dicto cap. relatum, numero nono. Verum his non obstantibus, & similibus, contraria sententia mihi videtur verior esse, & tutior, & primo, quia vbi requiritur ali
17 qua causæ, cognitio, † mandatum expirat morte mandantis re integra. Hinc dicunt Domini de Rota in nouis deci. 349. quæ incipit. Si Papa mandat alicui, quod si Papa mandat conferri beneficium vacās, si ita est, pro ut exponitur, expirat mandatum morte sua, re integra: quia gratia non est facta, pro ut in dicto capitu. si super gratia: & committitur causę cognitio per verbum: si ita est. Ita Gozad. consil. 2. 17. & 19. refert Felinus in dicto capit. relatum, numero 13. dictio enim, Si, cognitionem significat, l. prima, vbi
18 Bartol. ff. de cond. & † demonstrat. vbi talis commissio facta uidetur esse conditionata, & conditio in forma specifica adimpleri debet, l. Menius, & qui hæredi, ff. de conditio. & demonstrat. Vnde ad implendum requiritur causæ cognitio: quare fit, quod is, cui committitur, dicatur executor mixtus: quia Papa mandat, & committit, ut possit dispensare, si ita est, & largo modo iste executor mixtus dicitur iudex delegatus, vt a simili dixit Decius in rubr. titu. nostro, numero decimoquinto. Cardin. consil. 63. Decius in capitu. sciscitatus, col. prima, de rescript. Et tenendo hanc opinionem, non obstant in contrarium adducta; Et primo, quòd gratia non expirat morte concedentis; quia respondet Decius in dicto capitulo relatum, numero vigesimosecundo, illud procedere, quando aliquid conceditur per viam
19 gratiæ, † & ita procedit text. in dicto capitulo si super gratia, secus si per uiam commissionis, ut in casu nostro. Vbi committitur a Summo Pon-

Pontifice, vt dispenset, si ita est: quia tunc videtur gratia esse in suspenso, si vera sint narrata in precibus. Vnde cum moriatur Papa, antequam fuerit facta inquisitio per ordinarium, videtur gratia expirare. Sic nec obstat tex. in capit. si gratiose de rescript. in sexto, vbi gratia nō expirat per mortem mandantis: quia ille loquitur de commissione sub nomine dignitatis, & dignitas nunquam moritur, vnde Abb. in dicto capitulo relatum, numero tertio dixit; sic limita omnia iura, quæ dicunt morte mandatoris finiri mandatum, quando fit delegatio nomi-
20 ne personæ, † & non nomine dignitatis. Tertio nec obstat, quod per solam commissionem sit perpetuata iurisdictio, per text. in dicta l. & quia; nam ad illam legem respondet Panormit. in dicto capitulo ratum, numero quarto, quod loquitur in iurisdictione ordinaria, quæ non expirat morte concedentis etiam re integra, vt notat Hostien. in dicto capitulo quoniam Abbas, & est ratio: quia iurisdictio ordinarij radicatur in personam illius, cui conceditur; Vnde per concessionem immediate inhæret ossibus istius: quia id, quod nostrum est, a nobis euelli non potest, l. id, quod nostrum de regul. iur. quod tamen fallit in Vicario, ut supra diximus, & infra melius discutietur. Sic nec obstat, quod officium executoris gratiæ non expirat mortuo Papa; quia intelligitur de executore mero, non autem mixto, de quibus supra numero septimo: nam executor mixtus cum habeat causæ cognitionem, vt in casu nostro, eius officium re integra expirat per obitum Pontificis. Pariter nec vltimum obstat, quod hic non datur noua potestas, sed potius executioni ponitur antiqua; Vnde mandatum non expirat morte mandantis: nam respondetur, quod datur noua potestas quo ad causæ cognitionem: & ita cum sit executor mixtus, hoc est iudex delegatus, morte mandantis re integra expirat iurisdictio. Restant modo duo consideranda, circa præsentem consultationem, quæ contingere possunt, & primo, an huiusmodi delegatus, cui commissa est dispensatio matrimonialis, qui ante morte Pontificis cæpit capere
21 informationem † si ita est, ut fuit expositum, possit percipere aliquid pro labore impenso in capienda informatione, & alijs actis dispensationis? Respondetur, quod nihil potest percipere, ut patet ex claris verbis Breuis ibi. Cuiuscunque muneris, aut præmij etiam sponte oblati: neque esculéta, & poculenta, neque pro accessu ad examinandum testes commorantes in alijs locis, cum id tendat ad capiendum informationem: Si tamen delegatus esset pauper, crederem, quòd ratione interesse, quod pateretur in accessu prædicto pro uecturis equorum possit aliquid accipere, cum id in breui non continetur, sed tantum munus, & præmium; ita quidam Modernus insignis in praxi Archiepisc. facit dictum Franch. in capit. statutum, §. pro ferendo de rescript. in sexto. Rursus, an delegatio facta a Papa Vicario expiret per obitum ipsius Vicarij, vel per remotionem ab Episcopo? Respondetur, quod licet magis communis opinio uideatur esse talem delegationem expirare per obitum, vel remotionem ab officio, ita ut non transeat in Vicarium successorem; ita Anton. de Butr. Abb. Felin. Dec. Mantuan. Berous in capit. quoniam Abbas tit. nostro: cum Vicariatus dignitas uideātur esse in eo non iure proprio, sed alieno, facit tex. in l. Augustæ, ff. de legat. secundo. Vbi legatum factum Augustæ non debetur alteri Augustæ: nam dignitas Principis

est in eo iure proprio, sed in Augusta iure alieno scilicet ipsius principis: quia vxor corruscat radijs mariti, ff. de senat. l. fœminæ, C. de dignit. lib. 12. l. mulieres. ergo sic etiam videtur in Vicario, vt intelligatur in commissione facta habenti dignitatem iure proprio, & non alieno. Cum Vicarius fulgeat radijs Episcopi, & Augusta radijs principis. Tum, quia Vicarius est dignitas non permanẽs,
23 † cum natura dignitatis ecclesiasti cæ sit, quod sit perpetua 55. distinct. c. præcepta 7 q. 1. c. pastoralis, Vicarius autem Episcopi non est perpetuus, sed ad libitum Episcopi, Item expirat per obitum Episcopi, vt notatur de procurat. clem. vlt. in glosa. vlt. qui habet iurisdictionem per participationem, quam habet cum Episcopo, vnde quando expirat iurisdictio Episcopi, expirat etiam illa Vicarij: quia sublato principali tollitur accessorium, regula accessorium li. 6 Tamen multi graues Doctores tenent contrarium, vt transeant ad successorem, quãdo ei committitur sub nomine dignitatis. Vt si dicatur. Cõmittimus Vicario, &c. & ita dixit Zabarel. in clem. 2. q. 5. de rescrip. quod cõmuniter obseruatur propter glossam in d. c. quoniam Abbas, cui propter auctoritatem standum est. Pariter idem dicit additio ad Zabar. ibi in verbo desijt, vbi dicit quod sic indistincte tenendum est. Quod multo magis procederet, quando sic se haberet stilus, & obseruantia in aliqua curia Episcopali: nam Vicarius licet non propriè habeat dignitatem, tamen habet quandam
24 præeminentiam, † quæ comparatur dignitati, ita vt possit fieri ei delegatio per Papam, & hæc præeminentia, seu officium est de se perpetuum, quamuis mutetur per se, quia continuatur de vno ad alium per mortem, aut remotionem. At Augusta non habet dignitatem, vel præeminentiam, quæ continuetur per aliam Augustam, sed quælibet ipsarum singulariter considerata recepit fulgorem suum a Principe non per medium alicuius præeminentiæ, vel officij, quod continuetur de vna in aliam. Tum; etiam, quia etsi Vicarius habeat iurisdictionem nomine alieno, illam tamen habet actiuè, & non passi-
25 uè. Hoc est, quia agit, & exercet ea, quæ spectant ad officium, & hoc ratione officij, quod habet; & hoc respectu videtur agere iure proprio. Scilicet ratione Vicariatus, & ex his Dominus Cardin. in dicto capit. quoniam Abbas in duodecima oppositione tenet opinionem glosæ, quod per mortem Vicarij transit delegatio ad successorem. Sed modo
26 breuiter † hæc omnia restringendo habuistis, quod quando aliquid committitur sub nomine proprio, commissio non transit ad successorem, sed sic si sub nomine appellatiuo; quia tunc committitur dignitati, & dignitas non moritur, quod idem dicendum est, quando committitur sub nomine proprio, & appellatiuo: Et hæc, quando mors interuenit ex parte mandatarij: Quæ tamen sint nomina propria, vel appellatiua, vide supra, numero secundo. Secundo mandatum re integra regulariter extingui morte mandantis; si committitur iurisdictio delegata, secus si ordinaria, ratio ponitur, numero quinto, ordinaria inquam per se subsistens, non autem accessoria ordinariæ, vt illa Vicarij, quia illa morte extinguitur. Tertio potest aliquid committi, vt executori, cuius quidem species sunt sex, vt numero septimo. Sed in casu nostro si est mixtus, hoc est, quòd debeat exequi sententiam cum causæ cognitione, idem est, quod delegatus. At si est purus, & merus, & tunc tenetur exequi sententiam etiã iniu-

iniustam, nisi sit manifestè talis; fallit tamen, quod teneatur exequi sententiam iniustam absque causæ cognitione, nisi in exceptione notoria, & excommunicationis, & causa criminali. Quarto; quod res desijt esse integra quoad partes per litis contestationem, & quoad iudicem per citationem; vt a numero 10. vsque 13. quinto in præsenti consultatione mandatum expirat per mortem Papæ re integra, quia dispensatio fuit commissa ordinario tanquam executori mixto per dictionem, si ita est; quę requirit causæ cognitionem, quare si moritur Papa, antequam incœperit informationem, expirat iurisdictio, vt numero 17. & 21. Qui quidem mixtus executor, seu delegatus nihil potest recipere pro labore impenso in capienda informatione, vel alijs actis dispensationis, nisi vt arbitrer in accessu ad examinandum testes pro interesse suo, vt pro vectura equorum. Vltimo, quòd delegatio facta a Papa Vicario sub nomine appellatiuo transit ad successorem: quia tunc videtur concessa dignitati, quæ non moritur. Verum an dignitas insit in Vicario iure proprio, vel alieno, & Quid differat dignitas Vicarij ab illa Augustæ? vide supra à numero 22. vsque ad 25. Et hæc salua &c.

D. Iacobus de Graff. a Cap.

De Officio Delegati.
Consilium II.

Huiusmodi consilium duabus absoluetur difficultatibus.

I. An possit iudex quem Papa ex certa scientia delegauit, recusari?

II. An talis recusatus debeat se reputare offensum?

Prima Difficultas.

Summarium.

1 *Clausula ex certa scientia idem operatur quod clausula motus proprij.*

2 *Papa de quibus præsumatur habere notitiam.*

3 *Causæ, ex quibus quis possit allegari suspectus quæ sint?*

4 *Iudex recusari potest, licet rescripto principis exprimatur, quod recusari non possit.*

5 *Princeps ex solo rescripto recusationem quæ species est defensionis, tollere nequit.*

6 *Operatio expressi potentior est, quam taciti.*

7 *Recusatio non tollitur, & si princeps dixerit in rescripto quod contra non possit opponi exceptio.*

8 *Iudex recusatus an se debeat reputare offensum si recusetur?*

Circa præsentem consultationem Diuino prius inuocato nomine, & Beatissimæ Mariæ semper Virginis implorato suffragio, duo breuiter præmittenda sunt. primum quod clausula ex certa scientia idem importat quod clausula motu proprio, ita colligitur ex additione glossæ in c. 1. verbo dubitare dist. 94. qui allegat tex. in c. cum olim magister tit. nostro, quæ quidem clausula ex certa scientia secundum Abb. in c. ad hæc de rescript. habet uim clausulæ, de plenitudine potestatis, idem dixit Bal. in l. eos in prin. C. de appell. glossa in d. cap. ad hęc; nam quod iudex facit ex certa scientia, in dubium reuocari non potest Oldradus consilio 157. column. 3. factum tale est. Ioan. de Anan. consil. 81. viso instrumento colu. fin. Decius in l. in testamento num. 13. C. de milit. testamen. Hoc procedit in his, in quibus Papa præsumitur habere notitiam,

titiam, sicut sunt ea, quæ in iure consistunt, secus in his, quæ præsumitur
2 ignorare, † vt sunt facta, consuetudines, & statuta locorum, quia tali casu dicta clausula nihil operatur, ut notanter Baldus dicit in l. fin. colum. 1. versicul. dicit etiam, C. senten. rescind. non posse, ita Decius in d. cap. ad hæc num. 15. De hac etiam clausula videndus est Guido Papa consilio 83. in fine, vbi dicit, quod ualidat gratiam, aut rescriptum, aut priuilegium, quæ alias nō valeret, ad quod facit clem. 1. in fine, vt lite pend. & tollit omnem subreptionem cap. si motu proprio de præb. in 6. & tandem de hac clausula uide Felinum in cap. non nulli de rescript. secundo sciendum est, quod causæ, ex quibus
3 quis potest allegari suspectus, † ponuntur per glosam in cap. causam, quæ de offic. de legat. vt si iudex esset dominus aduersarij argum. 3. quæst. 5. cap. accusatores, & 2. quæst. 3. cap. quatuor, & titul. nostro cap. insinuante, Et idem esset, si iudex esset vassallus impetrantis, arg. 22. q. 5. cap. de forma si sit suffraganeus impetrantis, vt lite non contest. ca. accedens; item si esset consanguineus, vel hæres institutus ex toto, vel ex parte, ff. de iudic. l. Iulianus 2. vel aduocatus extitit in eadem causa, pro eo extra de appell cap. postremo. idem videtur, si habet consimilem causam, de iudic. c. causam, quæ inter. arg. optimo; ad hoc de testibus cap. personas, sed de causa suspicionis tractatur in cap. suspicionis titul. nostro. & in c. cum speciali de appellat. sed modo deueniamus ad dubium. An recusari posset iudex, quem Papa ex certa scientia delegauit? & quod non, facit tex. in l. unica, ff. de offic. praf. prætorio non appellatur, & ratio ponitur per text. quæ facit ad rem nostrā, nam credidit princeps eos, qui ob singularem industriam explorata eorum fide, & grauitate ad huius officij magnitudinem adhibentur, non aliter iudicaturos esse pro sapientia, ac luce dignitatis suæ, quam ipse foret iudicaturus facit etiam text. in c. nouit extra de appellat. sed quod possit recusari, primo uidetur quod hoc uult æquitas, nam licet in rescripto
4 principis exprimatur, vt iudex recusari non possit, nihilominus ex iusta causa poterit recusari, ad hoc tit. nostro cap. super eo, & cap. ex parte 2. & in clem. pastoralis ad finem de re iudic. Recusatio enim species est defensionis, quā (cum sit de iure natu-
5 ræ) princeps ex suo rescripto etiam expresse tollere nequit, ita & si in rescripto remoueatur appellatio, nihilominus ex iusta causa poterit appellari, extra de appellatio. c. vt debitus & eod. titul. cap. cordi libr. 6. & appellatio, & recusatio quo ad hoc pari passu ambulant, & eod. tit. cap. super eo 2. si ergo expressio in rescripto iudicis recusationem non poterit tollere, multo minus taciturnitas, & sola Principis scientia, qua iudex est de ipsius certa scientia delegatus. hoc facit, quod talis iudex nequeat recusari, cum potentior sit operatio ex-
6 pressi, quam taciti, ff. de verbor. obligatio. l. eum, qui certarum in fine. De hac materia per Innoc. in cap. ex transmissa de foro compet. vbi dicit, quod licet Papa commiserit causam ex certa scientia, nihilominus tamen ille, cui commissa est potest recusari. Non enim dicit Innoc. videmus causam, uel rationem, quod Papa velit parti auferre suam exceptionem nisi dixerit, non obstante exceptione recusationis, Hæc Innoc. ita etiam tenet glosa singularis in cap. 1. distin. 94. vbi dicit quod semper iudex poterit recusari iusta causa interueniente etiam si sit legatus Papæ, Hoc etiam tenet Lucas de Penna in l. curialibus C. de decurionibus lib. 10. idem etiā habetur per Andr. Barbatium in d. cap. cum olim tit. Nota proprio motu

ctu vbi dicit, quos iudex datus a princi
7 pe motu proprio potest recusari † c. postremo de appellat. quod dictum extendit, etiam, si princeps dedisset iudicem, vt contra eum non possit opponi exceptio, quia intelligitur excepta exceptio recusationis; & allegat glosam singularem in cap. ad hæc de rescri. & tenet contra Innoc.

SECVNDA DIFFICVLTAS.

8 An iudex recusatus debeat se reputare offensum, si recusatur? Dic quod nō, quia nemini facit iniuriam, qui utitur iure suo, c. cum ecclesia vulterina, de const. Tamen negari non potest, ut sibi aliqualis iniuria non inferatur, si ab eo receditur, quamuis ex hoc non possit agi actione iniuriarum, C. de summa Trinit. l. 3. in princ. de arbit. l. litigatore, & l. obseruandum, ff. de iudic. l. omnem honorem, C. quando prouoc. non est necess. ita Petr. de Anchar. in c. suspitionis causa, versi. secundo oppono, tit. nostro. Et hæc salua, &c.

D. Iacob. de Graffijs à Cap.

DE OFFICIO DELEGATI.
Consilium III.

Tribus difficultatibus Consilium hoc absoluetur.

I. An sit credendum Episcopo accedenti ad visitandum monasteriū exemptum sine præsentatione literarum, ex eo solum, quod asserat hoc facere ex delegatione Sūmi Pontificis?

II. An Prælatus Monasterij possit resistere Episcopo nolenti ostendere literas suæ delegationis, & violenter visitanti monasterium.

III. An excommunicatio lata contra resistentes ex causa, quia nolunt admittere visitantem, qui noluit ostendere literas delegationis, sit valida?

PRIMA DIFFICVLTAS.

SVMMARIVM.

1 *Litera quid, & vnde dicatur?*
2 *Episcopus, qui est in possessione visitandi potest visitare & quando dicatur esse in tali possessione? nu. seq.*
4 *Literis Episcopi creditur in sententia excommunicationis promulgatoria.*
5 *Bonus quilibet præsumitur.*
6 *Obedire in dubio subditus tenetur.*
7 *Protestatio est declaratoria animi.*
8 *Quasi possessio non inducitur, quando aliquis patitur se visitari.*
9 *Episcopi dicto non creditur, nisi delegationem probet & 16.*
10 *Certificari quis pluribus modis potest.*
11 *Literæ sunt sigillandæ sigillo proprio & deputato ad hoc.*
12 *Sigillum, & subscriptio multis ex causis apponuntur.*
13 *Asserenti se venisse cum mandato Principis, credendum non est, nisi hoc in scriptis probauerit.*
14 *Clerici sine ordinariorum suorum literis ad alienam diœcesim non recipiuntur in suis ordinibus, & nec ad altero ascendunt.*
15 *Nuncio iurato an sit credendum.*
17 *Episcopo sine literis creditur quo ad eum suscipiendum & honorandum.*
18 *Officiales debent portare insignia officialium.*
19 *Facta non præsumuntur, sed opus est, quod probentur.*
20 *Assertioni vnius quando credendum.*

IRCA hanc difficultatem inuocato prius Dei nomine, & Beatissimæ Mariæ semper Virginis implorato suffragio, an sit credendū Episcopo accedenti ad visitandum monasterium exemptum sine præsentatione literarum, asserenti hoc facere

facere ex delegatione summi Pontificis: sunt à nobis aliqua præmittenda, & vnum pro curiosis; cum non possit hoc primum, quod præmitto, dici præfationem; nam præfatio pro prè euidentiorem præstat intellectũ. iuxta tex in l. 1. ff. de iurisd. omn. iud. c. sciendum est ergo literas esse in-
1 dices rerum, † signaque verborum, quibus tanta ius est, vt nobis dicta absentium loquantur sine voce. vnde dicit text. in l. inter claras; C. de sum. Trin. & fide catho. quod scriptura loquitur: Quare vt excõmunicatus est alloquens cum excommunicato verbis in præsentia, sic loquẽs per epistolam, glo. in cap. constitutionem de sent. excomm. in 6. Archid. in cap. cum excommunicato 11. qu. 3. vel dicta est litera, quasi legitera, quia iter legentibus præstat, vel à lituris, quod in ceratis Tabulis antiqui scribebant, vel quod in legendo iteretur, vel dicitur litera, quasi lineã terens. & secundum hoc debet scribi sine cap. secundo præsuppono episcopum non esse in possessione visitandi monasterium, de quo quæritur,
2 † quia si esset in tali possessione, quantuncunque Abbas monasterij allegaret se exemptum, & hoc ipsum afferret se esse probaturum, potest nihilominus se episcopus defendere armis spiritualibus, scilicet per excommunicationem, quæ est medicinalis, cap. multi 2. q. 2. cap. audi. 11. q. 3. & cap. 1. de sent. excom. in 6. si pertinaciter Abbas visitationi resisteret, ita Innoc. in c. venerabilis num. 3. & 4. de censibus. cum tunc non vt iudex, sed vt pars pro suo iure tuendo & conseruando procedat, quo casu potest nulla præmissa monitione excõmunicare, Ioan. Andr. in cap. dilecto de sent. excom. in 6. Et dicitur esse in possessione visitandi, quãdo ipse scit
3 † se visitasse personaliter dictum monasterium, & animum habuisse non amittendi dictam possessionem. vnde cum non potuit amitti possessio sine eius animo, fit, quod Abbate resistente potest excommunicare pro defensione iuris suis sine vlla monitione. Et hæc quo ad episcopum, qui visitare intendit, vt ordinarius. Potest etiam episcopus visitare tanquã delegatus, & tunc an simplici eius verbo sit credendum: dico quod hęc est quæstio nostra. Et pro parte affirmatiua, quod sic, facit primo glosa in cap. sicut nobis de sent. excom. in fine vbi statur dicto episcopi in his, quæ non generant graue præiudiciũ, quare potest credi episcopo quo ad ipsum suscipiendum, & honorandum etiam, quod non ostendat literas suæ commissionis, sic Doctores in cap. curæ 21. quæst. 3. dicunt, quod
4 creditur literis episcopi. † in sententia excommunicationis promulgatoria, hoc est, cum declaret aliquem excommunicatum, d. cap. curæ, & cap. debent 11. quæ. 3. & extra de treuga & pace cap. 1. & ratio est, quia non est ipsi declarato præiudiciale, sed medicinale propter periculum communicationis, dummodo non contemnat, 2. quæst. prima, cap. multi. Non tamen crederetur, si excommunicatio in forma literæ esset pure testimonialis, vt quando episcopus ad petitionem partis scriberet ꝙ excommunicauit talem: cum in hoc casu esset præiudicialis, ut Archid. Gemin. & Præpos. in d. cap. curæ. Secundo, quòd asserenti se delega-
5 tum sit credendum; facit, quia quilibet præsumitur bonus, † l. merito, ff. pro socio, c. vnico, de seruit. in ord. fac. cap. vlt. de præsumpt. & sic non præsumitur mentiri; facit etiã glosa singularis, in l. Titio fundus, ff. de cond. & demon. quæ dicit, quòd bono viro credendum est, facit textus in cap. quicunque, 11. q. 1. cum ergo iste fuerit bonus vir, quia episcopus, ergo sequitur quod assertioni illius absque ostensione literarum creden-

dendum sit. Tertio accedens Episcopus ad visitandum, & asserens se esse delegatum missum à sede Apostolica poterat verum asserere, vel non. Vnde hoc erat sub dubio, sed in dubio tenetur subditus obedire.
6 † 24.quæst. prima, cap. quod culpatur, in fine, l.si quis ex aliena, ff. de iudic. ergo non obediendo videtur posse excommunicari: cum poterat obedire præmissa saltem protestatione, cum protestatio sit de-
7 claratoria animi; quæ etiam in absentia Episcopi fieri potest, vt scribunt Bartol. & latè Iason in l. non solum, §. morte, ff. de noui oper. nunciat. & ibi Rubeus, num.183. Decius 229. num.3. Ripa in c.cum, M. Ferrariensis, num. 107. Extra de Constit. Menochius consil. 28. numero 21.& operatur, quod salua sint protestantis iura; Doctores in d.§. morte. Menoch. consilio 75. nu. 69. nam talis obedientia cum consistat in pati; hunc effectum operatur non videatur patiens fecisse animo patiendi, & nec ex tali uisitatione acquiritur quasi possessio iurisdictionis, argument. iurium, quæ sunt allegata per glosam in capit. olim iij. de restitut. spoliat. Ita Anton. de Butr. in dicto cap. olim numero vndecimo Rursus, quando aliquid patitur violenter, & ille patitur aliquid quia resistendo probabiliter timet
8 ne ueniant scandala, † tunc non inducitur quasi possessio, pro quo vide glosam notabilem in l. si mulier, ff. solut.matrimon. glosa in capit. Abbas extr.de his, quæ ui; vbi dicit non tenere iurisdictionem per metum extortam, nam qui ex timore aliquid facit, non dicitur libere facere, l. qui ex timore, ff.de regul. iur. Quare licet ea, quæ metu fiant, teneant, quamuis possint rescindi, vt plene notatur in dicto capit. Abbas. & in l.si mulier, tamèn fallit in acquirenda quasi possessione, quia metus inducit actum nullum ipso iure, argumento optimo in l. secunda, ff.de iudic. Panormit. in dicto capitulo olim numero decimo. Quarto facit dictum Bald. in capitulo cum à nobis numero tertio extr. de testib. vbi indistinctè credendum est Cardinalibus asserentibus sibi aliquid esse commissum a Domino Papa, ita glosa in verbo nihilominus in capit. nobilissimus distinct. 97. credendum enim est assertioni vnius, si persona sit honesta, & authentica cap. primo 8 quæst. tertia verbo viri. vbi glosa dicit, quod vnius testimonio creditur & allegat multa iura. Verum pro parte negatiua, quod episcopi dicto
9 nisi delegationem probet, † non sit credendum est glosa in cap. placuit versicul. sibi soli 6.quæst. secunda nisi in casibus ibi notatis tribus, & alijs per Archid. in cap. qualiter 7.qu. 1.& in cap. catinensis distinct. 61. & propterea quod non tenetur parere mandato asserẽtis se esse delegatum, nisi constet de literis, est optimus text. in cap. cum iure titul. nostro. vbi Baldus format. ibi casum, quod quidam tanquam delegatus processit in causa inter A. & B. & quia forte A. nolebat illi obedire, excommunicauit eum, mandans episcopo Baronensi, quod excommunicatum eum denunciaret. Quæritur vtrum non viso rescripto Papæ teneatur obedire huic mandato? Respon. quod non tenetur obedire, antequam sit certus de mandato sedis Apostolicæ, & dicit ibi Baldus. Pondera istud verbum, certus, quia pluribus modis potest quis certificari, de quibus in l. certum, ff. si certum petat. & in l. per diuersas, C. manda. 21. quæst. 3. cap. certum. Illa tamen est plenior, & sanior certificatio. quæ fit per ostensionem, vt in l. si quis iustificatus, ff. de positio. vt producendo originale, capitulo post cessionem extra de probat. vel

pro-

probando delegationem per literas
11 sigillatas sigillo proprio. † & vsitato, & deputato ad hoc cap. significante, de probat. Non tamen sigillatas sigillo alieno, sicut tabellio debet sigillum suum ponere in cartis, & non alienum, vt possit fieri vide compara tio, C. de assess. l. fin. Instit. de publicis iudic. §. Item lex; ita Baldus in d. cap. post cessionem num. 1. qui tenet contra Innoc. in dicto capitulo, dum affirmabat literis episcopi esse credendum, etiam alieno sigillo sigillatis, De hoc sigillo loquitur glosa singularis in cap. nobilissimus uerbo signatis, dist. 97. Et nota, quod si-
12 gillum, & subscriptio † multis causis apponuntur in literis. nam quandoque in signum consensus, 12. quæ. 2. cap. sine exceptione, extra de procur. cap. 1. quandoque in signum testimonij, ff. de pignor. acti. l. Gaius, quandoque in signum præstantis auctoritatis, c. cum Redemptor 12. qu. 2. & quandoque in signum confirmationis, extra de fide instrum cap. inter, ita Archid. & Gemin. in d. c. cum Redemptor, vel si est delegatus Papæ, per literas Apostolicas, hoc est per bullas debet constare, vt C. de diuer. offic. l. probatorias lib. 12. facit, C. de testam. l. omnium, ideo enim fiunt bullæ vt per eas probetur commissio, pariter si in processu insereretur forma mandati standum est, ita Bald. in d. cap. cum in iure de offic. deleg num. 1. & ibi Barbatius colu. sic asserenti se venisse cum mandato
13 principis † credendum non est, nisi hoc in scriptis probauerit, l. 1. C. de mandati principum. sic habetur in tex. in cap. licet ex quadam, de testi. quod vni testi non creditur, etiam, quod sit præsul, & addit tex. in c. cum a nobis de testi. qualiscunque præsulis, ad hoc etiam facit glosa fin. in verbo quorundam fratrum in cap. cum olim. 1. de priuileg. similiter clerici ad alienam diœcesim sine suorum or
14 dinariorum literis venientes † nec in suis recipiuntur ordinibus, & nec ad superiores ascendunt, extra de cler. peregr. c. 1. & dist. 98. per totum. Clerici quoque & monachi, qui de suis ciuitatibus ad alienam vrbem proficiscuntur, nisi muniti ueniant suarum literis prælatorum, non sunt clerici, vel monachi reputandi, dist. 71. c. hortamur, ita hæc habentur in extrauagan. iniustæ de elect. ubi tam ex ciuilibus, quam canonicis institutis colligitur euidenter non esse credendum asserenti se fore in officio, gradu, vel dignitate, nisi prius ipse quod asserit, legitimis ostendit documentis, sic excommunicato, qui di-
15 cit se absolutum, non creditur, † nisi literis, vel per testes ostendat se absolutum, quod si quis opponat glosam in cap sicut nobis de sent. excōmunic. ubi ex text. in ca. sancimus 1. quæst. 7. quod nemo præsumitur immemor salutis suæ, videtur esse credendum excommunicato dicenti se esse absolutum sine literis, respondetur illud procedere in foro pœnitentiali, c. significasti, 2. versi. item de cæteris extra de homic. secus in foro iudiciali, d. cap. sicut nobis, sic nec iurato nuncio est credendum, nisi o-
16 stendat literas citationis. † & portet signum aliquod distinctum ab alijs, Barto. in l. eum, qui numer. 4. ff. com mod. & in l. prohibitum, C. de iure fisci lib. 10. licet alij dicant de consuetudine standum nuncio iurato, quãuis Hostien. in summa de dolo, & contum. § qualiter, versic. quod si absens post multa argumenta concludat contrariam, & hoc Archidiac. dist. 83. c. proposuisti dixit audacter esse tenendum. Idem Zabar. consilio 10. Barbat. consil. 21. col. pen. lib 2. & consil 45. col. pen. in fine. Marsilius in l. quæstionis modum. numer. 26. ff. de quæst. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. quæst. 112. nu. 8. Guido tamen Papa decis. 628. dixit non debere de

iure

iure credi nuncio super opprobriosa responsione, vt sibi asserit facta per citatum, vel se fuisse percussum, vel per talem citandum verberatū, vt C. de accusat. l. ea, quidem, sed simpliciter ei credi debet super citatione. Vnde dicenti se non citatum incumbit onus probandi, argum. optimo, C. de contr. & committ. stipulat. l. optimum, in fin. vnde nisi claris probationibus, vel validioribus coniecturis probaret se citatum non fuisse non creditur ei, Ioan. Faber in l. ea, quidem de accusat. Guido Papa in cap. cum parati numer. 2. extra de appellat. Neapol. in consuet. Regni in quib. caus. liceat auctoritate propria pignorare, verbi non creditur. Rursus facit d. extrau. & iniunctę de elect. vbi dicit non esse credendum se esse in dignitate, nisi prius quod asserit, legitimis ostenderit docu-
17 mentis, sed propriè dignitas † est episcopatus, cap. inter alia de transl. episc. Cardin. in clemen. 1. in princ. quæst. 1. de præbend. ergo. Præterea facit text. in capit. cum a nobis extra de testi. vbi Anchar. nume. 2. notat, quod verbo iudicis non creditur cuiuscunque sit dignitatis, vel auctoritatis, nec de causis, & contractibus. immo num. 4. addit, quod nec creditur scripturæ suæ etiam cuiuscunq; episcopi, facit etiam in ca. quoniam, de præben. Vbi non est credendum verbo episcopi, nisi appareant eius literæ. Ita Gemin. in c. iuræ 11. quæst. 3. vltimo videtur decisus casus noster à Zabar. in c. uenerabili, colu. 3. extra de censi. Vbi habetur, quod si episcopus visitet taquam delegatus, etiam si sit vere delegatus, tamen si delegationem non ostendent, non potest excommunicare uisitando, & si fecerit, non valebit, quia non valet quid faciunt delegati, nisi probata delegatione, C. de mand. princ. l. 1. d. cap. nobilissimus, titul. nostro c. cum in iure. Ex quibus omnibus est multum corroborata hæc pars negatiua, non esse simplici verbo episcopi credendum, nisi ostendat literas suæ delegationis, & tenendo hanc partem non obstant contraria; & primum, quod non videtur præiudicium generare, si episcopus absque ostensione suæ delegationis recipiatur in monasterium, immo uidetur male se gerere superior monasterij non exercendo tale opus hospitalitatis. Resp. Credi posse episcopo sine literis quo ad suscipiendum eum, & honoran-
18 dum † quia non agitur in hoc de graui præiuditio alterius facit glossa in cap. sicut nobis in fine de sent. ex comm. tamen in his, quæ conferunt graue præiudicium alterius, non est credendum, nisi post præsentationē literarum, quæ sunt innotescendæ illis, quorum interest, c. prohibitum in fine, C. de iure fisci lib. 10. quamuis si mitteretur officialis in locum aliquē in eadem prouincia per principem dicit tex. in auth. de collat. §. eos col. 9. quod sufficeret, vt fieret notum in curia præsidis prouinciæ, quo facto crederetur illi officiali per totam prouinciam: & ratio est, quia in eadem prouincia præsumptio est, quod
19 officialis sit notus, d. §. eos, ita Bar. in d. l. prohibitum, vbi etiam nume. 4. dicit, quod dicti officiales debent portare insignia officialium, ex quibus cognoscantur, vt nuncij biretum rubeum, & similia, alias posset ei resisti, facit tex. in l. item apud Labeonem, apud fi. §. si quis uirginem ff. de iniur. iuncta. l. si quis ignorans, ff. de loca. igitur cum in casu nostro agatur de graui pręiuditio, nempe, vt episcopus exerceat, & dilatet iurisdictionem suam cum graui præiudicio monasterij exempti, fit, vt non sit credendum, antequam pręlati monasterij innotescant literæ, ita glos. 1. in d. c. nobilissimus, Ancha. in clem. 1. de probat. Zaba. in d. c. uenerabili, de censibus. Nec secundo obstat epi-

scopi.

scopi assertioni esse credendum, quia quilibet præsumitur bonus, & ideo non est præsumendũ, quod mentiatur Resp. quia sumus in materia facti; & facta non præsumundũ, sed o-
20 pus est, quod probentur, † & ad hoc allegari consueuit tex. d. cap. cum in iure secundum Card. ibi; facit quod habetur in l. quicunque, ff. de public. & in l. sciendum, & plene ibi per Bart. ff. de verbor. obligat. per Innoc, in cap. innotuit de eo, qui furt. ordin. susce. Rursus, vbicunque lex requirit probationem, & certitudinem, non sufficit iuris præsumptio, vide Bart. post glosam in l. 1. C. de fide instrum. sed tex. in d. cap. cum in iure dicit non teneri quem parere mandato asserentis se delegatum, nisi mãdatum probet, ergo non sufficit iuris præsumptio. Nec, & tertio illud obstat, qđ cũ poterat hoc esse in dubio, an episcopus haberet literas delegationis? ergo in dubio prælatus tenetur ei obedire d. c. quid culpatur, & l. si quis ex alieno. Nam Hostiensis d. cap. cum iure soluit. quod tunc est obediendum in dubio, quando conscientia non potuit certitudinariè ad partem aliquam applicari, quia tunc quod tutius est eligitur, cap. iuuenis extra de sponsal. sed in casu nostro loquimur de delegato, Vnde prælati conscientia informatur ipsum non esse delegatum, ex quo non probat, vnde cum hic agatur de præiudicio eius, contra quem facienda est visitatio non tenetur obedire; nisi certus sit de delegatione, ita residet Dom. Card. & Imola in d. c. cum in iure. vltimo non obstat illud Baldi esse indistinctè credendum Cardinalibus asserentibus sibi aliquid esse commissum a Domino Papa Resp. quia sunt quidam supremè dignitatis, & aucto-
21 ritatis, vt sunt Domini Cardinales, quibus creditur super iurisdictione simplici verbo tam in curia, quam extra curiam, & primo, si habent officium legationis de latere, d. cap. nobilissimus, distinct. 97. & ibi glos., & notatur extra de appellat. capit. cum parati. Vnde est argumentum, quod eodem modo credatur Ducibus habentibus legationem Imperatoris, qui factas sibi aliquas extra ordinarias commissorias asserunt, quod est notãdum. Cum tales Duces possunt dici de latere, quia semper astant principi, Baldus, in cap. a nobis numero 3. de testi. Rursus est credendum simplici verbo Cardinalium in omnibus, quæ Papa eis committit oraculo viuæ vocis, Bald. in d. cap. cum in iure, numero 1. commissoriæ, per tex. in l. Barbarius, ff. de offic. prætor. & quod notatur in l. 1. C. de testam. & in l. arbiter C. de sent. & interloc. omni. iudic. & in cap. nihil de elect. Verum si in alio loco præcipuè valde remoto hoc non esset notorium, debet probari, quod sic fuit habitus, & reputatus, & quod commissio ibi ostendatur. facit quod notat Ioan. Andr. in d. c. nihil & sic patet vera pars negatiua.

SECVNDA DIFFICVLTAS.

An prælatus monasterij possit resistere Episcopo nolenti ostendere literas suæ delegationis, & violenter visitanti monasterium?

SVMMARIVM.

1 *Prælatus monasterij an possit resistere Episcopo nolenti ostendere literas suæ delegationis, & violenter volenti visitare monasterium?*

2 *Consuetudine inductum est, ut oppressi exclament succurrite, succurrite.*

3 *Resistentia propriè dicitur, quando quis deuenit ad factum.*

4 *Resistere sicut licet latronibus, sic & principibus malis.*

5 *Intellectus ad tex. in l. prohibitum. C. de iure fisc. lib. 10.*

Circa

IRCA præsentem quæstionem Zaba. in c. venerabili, col. 3. extra de censi. dicit, ꝙ licitum est prælato, monasterij resistere Episcopo nolenti ostendere
1 literas suæ delegationis, † & violenter visitanti monasterium, per tex. in l. prohibitum, C. de iure fisci lib. 10. vbi Bar. nu. 4. & in l. deuotum, C. de metatis eod. lib. vbi pro defensione suæ possessionis, & multo magis vitę licitum est vlcisci, & talis vltio non est proprie ultio sed defensio, glosa in d. l. deuotum; & non solum prælati, sed omnes religiosi, quorum interest. Et ut alii religiosi existentes in monasterio, vel extra ueniant, est
2 de consuetudine inuentum † ut prelatus oppressus exclamet succurrite, succurrite: nam tunc videtur omnes audientes conuocare, l. prætor, §. si quis aduentum, ff. ui bon. rapto. l. vt vim, ff. de iustit. & iur. Bartol. in d. l. prohibitum. Ego vero non discedendo ab opinione Zabar. distinguerē, quò l. cum resistentia in iure multipliciter capiatur: nam resistentia propriè dicitur, quando quis deuenit ad
3 factum, † quod constat esse iniustū, ut C. de desert. lib. 10. l. 2. & ibi Lucas de Pen. 8. q. 1. cap. in scripturis in fine, ff. de re milit. l. milites, §. irreuerens, & hæc dicitur resistentia plena. Item resistitur quandoq; pertinaciter obijciendo manus, d. §. irreuerens. Et quandoq; resistitur uerbo, vt cum assessor resistit præsidi, C. de decur. libro 10. l. omnes in fine. extra de appellat. cap. quoniam. sic Paulus resistit in faciem Petri ad Galat. capit. 2. & talis resistentia dicitur expressa contradictio. Sic senior cū per nitiosum exēplum iuuenib. præbet, nō solū non est audiendus, sed districta increpatione feriendus, 2. q. 7. c. Paulus. Vltimo resistentia accipitur pro inobedientia, vnde is dicitur resistere præcepto superioris, qui non paruit. Igitur in casu nostro intelligerem posse prælatum monasterij resistere uerbo quando ex tali resistentia probabiliter posset sequi scādalū: nam nihil cum scandalo est faciendum, Fel. in c. nihil, de præscrip. Vnde Lucas de Penna in d. l. prohibitum, col. 3. dicit, ꝙ sicut licet resi-
4 stere latronibus; † ita etiam licet resistere principibus malis: tamē dicit hoc uerū, nisi ex tali resistentia scandalum sequeretur: quare in tali casu faterem protestationem, quæ dicitur declaratiua animi, ut dixi in consil. eod. in prima difficultate, nu. 7. non tamen deuenirem ad actualem resistentiam. Cum tex. in quo se fundat
5 Zabar. in d. l. prohibitum † loquatur de officialibus existentibus in tali officio, quibus est resistendum sine tamen scandalo, Non tamen loquitur de officialibus existentibus in dignitate, ut Episcopis, Lucas de Pen. in l. contra. C. de exactoribus lib. 12. Et hæc salua, &c.

Tertia Difficultas.

An excommunicatio lata contra resistentes ex causa, quia nolunt admittere visitantem, qui nolunt ostendere literas delegationis, sit ualida.

SVMMARIVM.

1 *Resistentia tripliciter capitur.*
2 *Resistere quis iuste potest officiali, qui excedit in officio.*
3 *In dubio est obediendum, & non obediens punitur.*
4 *Excommunicatio facta contra visitandos, qui resistunt Episcopo visitanti, & nolenti ostendere literas commissionis non tenet, nu. 6.*
5 *Epilogus.*

IRCA præsentem difficultatem præmitto primum
1 resistentiā tripliciter † cōsiderari posse: nam alia est manifestè iniusta; Alia vero iu-

sta, & alia dubia. Manifeste iniusta est, cum quis resistit officiali actu exercenti officium, qui nec excedit officium: quia solum se intromittit de his, quæ pertinét ad officium suũ, & nec excedit in officio: nam mandat tantum ea, quæ sunt iusta, & tũc nullo modo est resistendum, & non parens puniendus est, ff. de regul. iu. l. non potest videri, & de re iudic. l. contumacia §. final. Nam tunc esset resistere Deo, 11. quæst. 3. capitu. qui resistit. Iusta vero resistentia est, ut
2 cum quis excedit officium, † nam intromittit se de alio ad officium non pertinente, vel mandat ea, quæ sunt Deo contraria, distinctio. quinquagesima, c. si quis præpostera, 11. quæst. 3. cap. non enim, & capit. seq. vel quia vult visitare, dum non est in possessione, & non vult ostendere literas commissionis, cap. cum in iure, de offic. deleg. & tunc si procedit ad factum, licite resistitur. Legitimè tamen, & non effrenatè, l. contra, C. de exact. de iure fisci libro decimo, l. prohibitum de Metatis libro 12. l. deuotum: quia in eo, quod excedit, dicitur priuatus, ff. de iurisdic. omn. iudic. l. fin. de offic. præf. fid. l. tertia. Sed priuato ad actum precedenti resisti potest. Sed & alia est resistentia dubia, & dico dubia: quia dubium est an licite possit resisti vel non, & tunc non est resistendum, sed in dubio parendum, † &
3 non parens est puniendus. ff. de iudic. l. si quis ex aliena, ff. si ius dicen. non obtemper. l. prima, & ratio est, quia pro talibus semper est præsumendum, quòd bene faciant, & nec excedant, ff. de offic. præf. prætor. l. prima, ff. de offic. iudic. l. prima, facit tex. in capitulo Iulianus, 11. quæstio. tertia. Quibus sic præmissis dico, quòd Episcopus si delegationem non ostenderit, non poterit excommunicare visitandos, & si fecerit, talis excommunicatio non valebit:
4 † quia non ualet quod faciunt delegati, nisi probata delegatione, C. de mand. princip. l. prima, dicto capitu. cum in iure. Ita dixit in specie Zabarell. in dicto capitulo venerabili, col. 3. extra de censi. Quare talis excommunicatio erit nulla, quia lata est in non subditum, capit. vt animarum de constitut. in sexto, capit. a nobis, capit. de sentent. excommun. Cum non appareat legitima potestas in Episcopum contra resistentes, facit text. in capit. cui vndecima quæst. 3. & in proprijs terminis hoc affirmauit Innocent. in dicto cap. venerabili, numero 5. & Panorm. atque Felinus in d. cap. cum in iure, numero 3. tit. nostro. Quamuis Nauar. de senten. excommun. libro 5. consil. 9. dixerit excommunicationem latam a delegato, qui copiam commissionis suæ petenti noluit dare, esse iniustam, dixit tamen opinionem Innocen. esse æquam. Verum si excommunicatio fieret ab Episcopo, qui
5 non † admittitur ad visitationem, quæ sibi de iure debetur, & tunc illa fieri posset absque monitione, Innocent. in dicto capitulo venerabili. Cum per illam probetur manifesta contumacia, & in incertis, & nõ certis locus est coniecturis, vt nos diximus in appendice libro quarto, capitulo primo, numero vigesi-
6 mosexto. Igitur ex his † omnibus concludo quo ad primam difficultatem secundam, & tertiam Episcopum, qui non est in possessione visitandi, quod quando dicatur, vide in prima diffi. nu. 2. sed delegatum non posse visitare, nisi delegationem in scriptis probauerit: nam ipsi asserenti non creditur ut num. 13. vt multis correlarijs hoc probatur, vt num. 14. 15. & 16. licet Episcopo credatur quo ad eum suscipiendum, & honorandum, vt nu. 17. Et casu quo Episcopus voluerit visitare absque ostensione suarum literarum, secundum

Za-

Zabarell. licitum est resistere, quod ego intelligerem: vt resisteret verbo, faciendo protestationem, quæ est animi declaratiua: non tamen, vt deueniret ad actualem resistētiam, si talis resistentia fieret cum scandalo: vt habetur per totam secundam difficultatem. Episcopus vero nisi ostenderit literas commissionis non potest non admittentes ad visitandum excommunicare, & si excommunicat, excommunicatio est nulla, vt in 3. difficultate ratio ponitur nu. 4. verum si ostenderit, & petentes nec volunt admittere ex eo quia non vult illis Episcopus dare copiã commissionis, & ideo illos excommunicauerit, & tunc illa est timenda, quia iusta, & ita intelligitur consiliũ Nau. vt nu. 4. Et hæc salua, &c.

D. Iacob. de Grassijs à Cap.

De Transactionibus.
Thema Consil. I.

Quæsitum est à nobis, quòd cum cellararius cuiusdã Grangie sui Rectoris interueniente consensu, puplicisque cautelis locauerit Meuio Viridarium loci per triennium pro annua pensione aureorum centum soluendorum tertiatim prout moris est &c. Meuius capta possessione, & fructibus totius triennij respondit solum in aureis 150. remanente interim eidem debitori pro alijs tantundem, a quo nouus Rector, & alius cellararius cum debitum huiusmodi exposceret, ille se impotentem asserit ad soluendum tum ex inopiæ casu; tum ex liberorum onere cumulato, quid faciant ecclesiæ ministri, qui hæc optimè norunt, & vera probarunt, deliberant (pro ut faciunt cum debitore paupere misericordiam) conuenire, vt solutis infra biennium aureis septuaginta reliqui sibi in perpetuum condonentur, & remittantur?

Difficultas huius Consilij in vna consistit.

An superior monasterij, cum debitore sub prætextu paupertatis possit venire ad amicabilem compositionem, & concordiam debiti liquidi, ita quod possit remittere partem debiti.

SVMMARIVM.

1 *Transactio quid, & qualiter differat a compositione, & quotuplex.*
2 *Administrator ciuitatis potest de re dubia transigere.*
3 *Remittere debitũ est species donationis.*
4 *Episcopi, & Prælati non sunt domini rerũ ecclesiarum, sed dispensatores.*
5 *Prælatus monasterij non potest donare in magna quãtitate ẽt si sit cõsuetudo.*
6 *Prælatus potest in omittendo præiudicare ecclesiæ.*
7 *Prælatus habens administrationem liberam non potest donare.*
8 *Compositio facta a Prælato, vt valeat, an requiratur consensus capituli.*
9 *Episcopi auctoritas quando requiritur in actu, an sufficiat, si interponatur ante, vel post.*
10 *Successor in prælatura num teneatur stare contractibus factis per præcessorem. nu. seq.*
12 *Compositio potest fieri propter paupertatem debentis soluere tributa.*
13 *Administratores possunt se comparere cum debitoribus, etiam quod debitum sit liquidum propter paupertatem.*
14 *In instrumentis quietationum debet apponi causa, quando compositio fit ab ijs qui donare non possunt.*
15 *Pauper secundum Archidiaconum quid ab inope differat.*
16 *Testator si mandat puellas maritandas, intelligitur etiam de his, quæ ex suo labore possunt se nutrire, si non habent vnde possint viuere.*
17 *Causa, quæ dicatur parua, vel persona, quæ miserabilis, statur arbitrio iudicis.*
18 *Pœna collationis remittitur alicui pro*

pter paupertatem & num.22

19 *Legatum factum in ciuitate B. Mariæ ecclesia, si sunt plures, debetur pauperiori.*

20 *Carceratus pauper si non habet vnde se alat, est ab eo alendus, qui facit eum detinere.*

21 *Aduocatus recusans patrocinari pro paupere an peccet mortaliter.*

23 *Negligentia pralati non imputatur, si aliquando non exigit debitum.*

24 *Iudex non debet facere citare testes, quando tantum distant, quod plus expenderetur in adeundo, quam sit valor causa.*

25 *Res propria quãdo ab aliquo surripi potest ꝓpria auctoritate, et sine peccato.*

26 *Epilogus eorum & sententia auctoris circa casum propositum.*

CIRCA hanc difficultatem inuocato prius Dei nomine, & Beatissimę Virginis implorato suffragio, præsuppono hoc vnum, quod hic non agitur de transactione. Nõ enim deuentum erat ad litem: nã transactio est de re dubia, & lite incerta pactio nõ

1 gratuita, † ut per glosam, & Host. in rubr. de transact. sed agitur de compositione, quæ licet multipliciter dicatur, ut notatur per glosam in capit. 1. verbo simplex. extra de Sum. Tri. & fi. cat. tñ hic capimus compositionẽ pro amicabili concordia, q̃ fit inter creditorẽ, & debitorẽ nondum ĩchoata lite. Igit᷑ pro parte negatiua, ꝙ superior monasterij non possit venire ad amicabilẽ concordiã debiti liquidi, remittendo partẽ debiti; primo facit tex. in l. ꝓses, C. de transf. ubi administrator ciuitatis põt de re du-

2 bia transigere; qñ res esset litigiosa, quia dubius est litis euentus, l. quod debet᷑, ff. de const. pec. Dec. cons. 217. n. 4. in fi. qui allegat tex. in l. pactum curatoris, C. de pac. sed debitũ liquidũ non potest remittere, quod idem glosa extendit, & benè ad alios administratores, ut ad p̃latũ, tutorẽ, & curatorem, atque procuratorẽ, & ita est tex. clarus, ꝙ prælatus non põt remittere debitũ liquidũ, ratio, quia istud esset dilapidare, seu donare. Vnde in mandato quantũcunq; generali etiã cum libera nunq̃ venit, ꝙ quis posset donare. l. cõtra iuris regulas. §. fi. & sequẽ. ff. de pac. l. filiusfamilias in prin. ff. de don. & ꝙ remittere debi-

3 tum sit species donationis, † est tex. in l. si quis delegauerit, ff. de nouat. per quam legem notat ibi Bartolus, ꝙ procurator habens generale mandatum cum libera, non potest remittere exceptionem peremptoriã, idẽ dixit Baldus, & plenius in l. fi. ff. quę in frau. credit. Bald. Salic. & Moderni in l. pactum curatoris, ff. de pactis. Hinc etiam dixit Feder. de Senis cons. 2. quod incipit. Quidam habet potestatem transigendi, ꝙ habẽs mandatum ad transigendum, & cõponendum cum ampla, & libera facultate, non tamen potest debitum liquidum remittere gratis. Et ex istis collige rationem, quare procurator generalis cum libera non potest liberare debitorem per acceptilationem, ut est glosa, & ibi clarus Bartolus in l. per procuratorem, ff. de acceptilat; ratio est, quia acceptilatio est cum effectu donatio, quam quidem Episcopi, & prælati, cũ non sint

4 domini rerũ ecclesiasticarum, † sed procuratores, de quo 12. q. 2. cap. 2. & vlt. & 33. q. 2. c. quod autem non possunt facere deteriorem cõditionem ecclesiæ, quam facerent, debitum liquidum remittendo, cum remittere sit donare. Hinc fit, ꝙ ut iudici, cui merces de publico debet᷑, nõ potest aliquid donari, sic nec aliquod debitũ remitti, l. 2. cũ seq ff. de cal. Grãm. cons. 35. nu. 8. sed prælatus monasterij in magna quantitate donare non

5 potest, † etiam si esset consuetudo, argumen. tex. in cap. cæterum, de donatio. ubi habetur, quòd potest do-

nare

nare modicum: ergo a contrario sensu magna donare non potest: quia consuetudo, quæ est multum ecclesijs damnosa, non valet, c. 1. extra de consuet. Sed in casu nostro videtur donatio notabilis: nam donat dimidium debiti: ergo illam facere non potest. Cum remittere sit donare: & videtur facere rem ecclesiæ non meliorem, sed deteriorem, illam spoliãdo, facit textus in l. Lucius Titius, ff. de adminiſt. tut. gloſa in d. l. pactum Curatoris, vbi etiam habetur ex illo tex. quod Curator adulti non potest remittere debitum liquidum. Quod si quis obijciat totum titulum de pręscript. vbi prælatus facit rem ecclesiæ deteriorem, patiendo quod cõtra ecclesiam præscribatur. Respondeo, ꝙ potest prælatus in omittendo præ

6 iudicare † ecclesiæ, l. final. auth. quas actiones, C. de sac. san. eccl. l. de quarta, de præscript. At in faciendo non debet, nec potest præiudicando, saluo si modicum donando, quod potest, si est de consuetudine. Et in hoc differt prælatus a procuratore: quia quantuncũq; habeat generalissimã, nõ potest donare, ff. de procur. l. procurator. Secundo idem tenet Panor. vol. 2. cons. 15. nu. 2. vbi compositio fit de re dubia, alias non tenet, vt in l. prima, & l. post rem iudic. ff. de transact. & præsertim, quando fit per administrationem bonorum, qui non potest transigere, remittendo debitum sine cauta, ut probatur in d. l. præses, & l. pactum Curatoris; Tertio, quantumuis habeat administra-

7 tionem liberam aliquis, † vt est prę latus monasterij, Cynus & Bald. in l. prima, C. de procurat. non tamen consequitur potestatem donandi, vt habetur in l. contra iuris, ff. de pact. l. filius, ff. de donatio. sed remittere debitum liquidum est donare, l. si quis delegauerit, ff. de donatio. Panormit. primo volumine, consil 45. num. secundo, ergo. Accedit etiam alia ratio: quia tunc compositio facta valet, quando fit bona fide, & iusta causa, d. l. præses, & l. item magistri, ff. de pactis; & si est prælatus, qui venit ad compositionem, vt interueniat consensus Capituli, cap. contingit, cap. constitutus tit. nostro. Bald. in rubr. eodem tit. sicu sit Episcopus

8 esset † auctor transactionis ecclesiæ inferioris, tunc requiritur consensus sui Capituli, & ita intelligitur text. in capitulo primo, de his quæ fiunt a Prælat. & ibi Abbas, & adde quòd sufficit vt auctoritas Episcopi, vel alterius consensus auctorizabi-

9 lis interueniat in ipso actu, † secundum quod verbum sonat, vel modicum ante, seu immediate post, ita Abb. in capitu. cum vos de his, quæ fiunt a Præla. glosa in §. tutor de auctor. tuto. & ibi Ioann. Faber. & post eum Gemin. in capitulo dudum, de rebus eccles. non alienan. Stephanus Aufrer. ad Tholos. decis. 98. licet Baldus teneat, quòd debeat interuenire in ipso actu, l. quicunque, & l. fin. §. necessitate, C. de bon. quæ libe. sed modo rector illius Grangię cum dependeat a monasterio, vbi erat Abbas, non poterat facere hanc compositionem cum debitore, sed oportebat, quod ad ipsam faciendam interueniret consensus Capituli: ergo cũ consensus defuerit, oportet dicere ipsam compositionem fuisse nullam, & post se successorem venire contra illam: nam successor etiam in præ-

10 latura † non tenetur stare contractibus factis per prædecessorem, nisi facti fuerint in vtilitatem monasterij, sed debet eos reuocare, de rebus eccles. non alienan. capitu. Episcopi, de præscript. cap. 2. extra de rerum permut. cap. 2. Non enim obligatur successor, nisi pro vtilitate ecclesiæ contraxit prædecessor. de præben. capit. 1. pro hoc, quod not. ne prælat. uices suos, capitu. fin. in glosa 2. quæ dicit, quod successor tenetur stare locatio-

11 ni factæ per † præcessorem tunc tan
tum, quando præcessor locauit nomi
ne ecclesiæ, & vtiliter, Innoc. in d. c.
fi. ergo multo fortius videtur in casu
nostro, cum prælatus non reuocet fa
ctum præcessoris; sed sui subditi cũ
causa sua. Attamen pro parte affirma
tiua, quòd dicta compositio fuerit ri-
tè facta, facit aureum dictum Bar. in
l. si ab una, C. de anno. & tributis lib.
10. nu. 2. vbi dicit. Nota propter pau
12 pertatem debentis † soluere tributa
posse fieri compositionem, facit tex.
in §. eos in auth. ut iudices sine quo-
quo suffra. & ad hoc notat glos. in l.
omnes la 1. vbi idem Bartolus dicit,
quod officiales propter paupertatẽ pos-
sunt soluere collectas, siue tributa,
& in d. l. si ab una, nu. 3. dicit, Et sic
facit pro tutore, & curatore, vt pos-
13 sint se componere † cum debitorib.
pupillorum, vt minus soluant, non
obstante, quod debitum sit liquidum. et
hoc modo limitatur text. in d. l. pactũ
curatoris, qui dicit tutorem, & cura-
torem pupilli non posse debitum ip-
sius pupilli gratis remittere debito-
ri: quia ĩtelligitur, ubi debitor est sol
uendo. Sed ubi pauper est, potest se
componere pro parte, & facere de to
to remissionem, argu. tex. in d. l. si ab
vna, faciet tamen debitor in instru-
mento quietationis apponi, & inseri
causam, quare pro parte recepta tu-
tor, uel curator eum liberauerit a to-
to, alias non valeret in foro exterio-
ri, ut in l. 1. C. de apoch. pupl. lib. 10.
vbi Bar. n. 2. ubi dicit, quod in instrumẽ-
14 tis † quietationum debet inseri cau-
sa, quando fit ab his, qui donare non
possunt; ut est in tutoribus, & cura-
toribus, atque prælatis ecclesiasticis,
qui æquiparantur tutoribus; ut not.
extra de in integr. restit. c. auditis in
glosa in uerbo minoris. Immo etiam
maior est potestas prælati, quam tu-
toris. Arch. in c. pauper 11. q. 3. sic di-
xit Bar. in d. l. si ab una quod propter
paupertatem debitis potest fieri cũ

eo compositio, gl. in l. omnes, la 1. C.
de anno & tribu. lib. 10. Quis tamẽ
15 dicatur † pauper; Arch. in c. quo iu-
re dist. 8. dicit, quod pauper dicitur parũ
potens, uel parum valens, & sic po-
test sumi in d. c. pauper, uel quasi pa-
rum imperans; & differt secundum
ipsum inops a paupere: nam inops di
citur, qui nihil habet; & pauper dici
tur, qui aliquid habet. Vnde tex. in l.
nulli, ff de accus. dixit, quod est ille, qui
non habet in suis bonis aureos quin
quaginta. Verum Alex. in l. si cõstan
te, ff. sol. matrim. & in l. si ab arbitrio,
§. si. per illum text. ff. qui satisd. cogã.
reprobat differẽtiam Archidiaconi,
per text. in l. si creditores, in fin. ff. de
priuil. cred. vbi etiam qui pauper est,
appellatur inops; & per text. qui for-
tius facit in d. l. si ab arbitrio, §. fin. in
verbo, Magna inopia: nã si inops di-
ceretur, qui nihil habet, ab in, quod
est non, & ops, opis, non posset reci-
pere istam paruitatem magnam, &
paruam, cum non entis nullæ sint
qualitates, l. si eius, qui in prouincia,
ff. si certum pe. & frustra dixisset ma
gna inopia, si nihil pœnitus haberet.
Sic nec pauper dr̃ simpliciter, qui nõ
habet ĩ bonis quinquaginta aureos.
Cum alibi dicat text. cum gloss. in §.
sed nostra instit. de success. liber. quod
est ille, qui non habet in bonis au-
reos centum. Sic alibi dicitur pau-
per, qui non potest superesse oneri
iniuncto, puta tutelæ, cum habeat
necesse laborare, vt in §. sed & pro-
pter paupertatem cum glosa in ver-
bo impar rem instit. de excusat. tut. l.
paupertas cum glosa in verbo impa
rem, ff. eod. sicut etiam dicitur pau-
per, cuius facultates non sufficiunt
ad soluendum certum debitum, cu-
ius respectu non contemnitur, §. sed
neque in auth. de fideiuss. col. 1. Item,
qui vadunt discalceati, uel qui hostia
tim victum quærunt, Canonistæ in
cap. Odoardus extra de solut. Abbas
tamen in capitulo primo, de solut.

con-

cludit, quod standum est iuri, si ius exprimit, quis dicatur talis, alias in his, quæ sunt leuis præiudicij statur vulgi opinioni; at in rebus magni præiudicij hoc erit arbitrarium. Id enim bonus iudex secundum qualitatem personarum, & causæ dijudicabit, quod facit pro puellis pauperibus; vnde si testator mandat in te-
16 stamento † pauperes puellas maritandas, intelligitur etiam de illis, quæ suo labore possunt se nutrire, si non habent vnde possint viuere, secundum Bald. in l. paupertas per illum tex. cum glosa, ff. de excusat. tut. sic ueniunt nobiles, quæ habent vnde uiuunt, sed non habent dotem sufficientem secundum suam dignitatem: nam tales connumerandæ sunt inter pauperes quò ad subsidium dotis. Baldus in l. si quis ad declinandum, in fin. C. de Episco. & cler. idem in l. paupertas, in princip. ff. de excusat. tut. facit text. cum glo. in l. sed si susceperit, ff. de iudic. Decius in cons. 120. & tandem quæ sint pauperes, bonus vir arbitrabitur, Baldus in authent. præterea, C. unde uir. & uxor. Pariter eodem mo
17 do, an causa dicatur parua, statur † arbitrio iudicis, glosa in cap. fin. in verbo iudicium extra de re iudic. in 6. notat Bart. in l. admonendi, colum. penult. extra de iure iuran. Abb. in capitu. de appellationibus, extra de appellat. Similiter quæ dicatur persona miserabilis, arbitrio iudicis cõmittitur, vt notat Innocent. in cap. significantibus de offic. deleg. similiter quando dicatur paruum, uel magnum tempus, arbitrio iudicis committitur, ut per glosam in capitu. secundo, in uerbo non modicum de rebus ecclesi. non alien. in 6. & in clemen. 1. in fine, in glo. ff. de rebus eccles. non alien. Alex. in cons. 17. uiso instrumento col. 1. libro 4. facit glosa in cap. pro illorum de sentent. excommun. quod quando dicatur enormis læsio, arbitrio iudicis declaratur. Igitur ut ad rem nostram deueniamus, potest ex causa paupertatis compositionem facere cum debitoribus, etiam si debitum esset liquidum, & remittere dimidium debiti. Sic remittitur pœna collationis
18 alicui propter paupertatem, † qui conferre non potest, ff. de collat. l. 1. §. cum duobus, pariter si factum esset legatum Beatissimæ Mariæ in ciuitate, si sunt plures ecclesiæ illius
19 nominis, debetur pauperiori, † & cæteris paribus, locus erit gratificationi Episcopi, glosa, Ioann. Andr. Abb. in cap. iudicante extr. de testamen. Hostiens. in sum. eodem titu. §. fin. uers. Et not. Pedemont. decis. 57. numero 3 sic carceratus nõ habens; unde se alifaciat, ille qui fecit eum detinere, ministrabit expensas, Bart.
20 in l. sanctum, de rerum diuis. † facit text. in l. iudices, C. de episc. audien. Aretin. in §. 1. institut. de actio in fin. Quinimò Ioann. Faber in d. §. si dixit, quod si ille, qui facit eum detinere, noluerit expensas ministrare, bene faciet iudex, si permiserit eũ abire, nisi ex eleemosynis nutriri posset. d. l. iudices. Sic Aduocatus nolẽs
21 patrocinari pro paupere † peccat mortaliter, quando scit talem pauperem impotentem ad soluendum, & incurrere notabiliter damnum ex defectu aduocati, si requisitus eũ non adiuuat gratis, secus si leue dãnum; quia tunc ueniale, & similiter iudex peccat mortaliter, sicut aduocatus, si sciens talem impotentem, non prouidet sibi de aduocato, præcipiendo alicui, quod gratis aduocet. Abb. in capit. 1. de offic. iudic. Et Hostiens. idem in medico circa ægrotum pauperem, glosa 83. dist. in summa. Quamuis hodie, & bene constitui soleat salarium aduocato pro defendendis pauperibus, & medico pro ægrotis pauperibus. Sic doctor ad consulendum cogi potest,

glosa in l. 2. uersic. consensum, C. de proximis sacrorum scriniorũ lib. 10. Anton. in cap. si pro debilitate extra de offic. deleg. Felinus in cap 1. de offic. iudic. Aufrer. ad decisio Tholos. 441. Item remittitur alicui pauperi
22 pœna pecuniaria, † quæ alias non remitteretur, sic etiam propter paupertatem remittitur satisdatio, quæ alias non remitteretur, ut ff. si cui plusquam per l. Falcid. l. si non Falcidiæ: sic propter paupertatem remittuntur expensæ, quæ alias non remitterentur, ut ff. de re iudic. l. in fundo. Archid. in d. cap. si pauper, sic etiam potest prælatus compositionem facere, quando debitum esset liquidum, si in debito consequendo fierent maiores expensæ, quam esset debitum principale, per text. in l. Mediterraneæ, C. de ann. & trib. lib. Hinc fit, quod non imputatur negligentiæ prælati, & nec aliorum admi-
23 nistratorum, † si non exigant debitum, in quo oportebat eos plus expendere, quam inde percepissent, vel si non refecisset domum, in quã plus expendissent, quã valeret, pariter non debet haberi recursus ad superiorem, si in habendo recursum ad illum, expenderetur plusquam sit valor causæ, vt dixit Bar. in d. l. Mediterraneæ. Sic iudex non debet facere citare testes ad locum iudicij, quando tantum distant, quòd
24 plus expenderetur in adeundo, quã sit valor causæ, argum. d. l. Mediterraneæ. Sed tunc iudex debet delegare examinationem, l. generaliter, §. his præsentibus de iure patron. de iure instrumen. in authen. quod eloquentissimum. Hinc etiam facit a simili quod diximus in 1. par. nostrarum dec. c. 93. n. 12. posse surripi rem
25 propriam † ab alio iniustè detemptũ absq; peccato, modo ad hoc concurrant aliquæ conditiones, & inter cæteras si res esset modica, & expensæ iudiciales multæ. Quare ut, hæc oĩa in breui restringã, in hac sumus sententia iustè Rectorem fecisse compo-
26 sitionem hanc, ex causa paupertatis, quamuis debitum esset liquidum, verum, quia fuit facta absq; assensu capituli, ideo censeo illã esse inualidã, nisi sequatur ratihabitio prælati, simul ac capituli stante ipsa paupertate. & ita fuit executum. Vnde non obstant in contrariũ adducta; quia illa procedunt, quando sine causa fieret cõpositio debiti liquidi, quia tũc illa non valeret; nam prælatus debet res ecclesiasticas meliorare, & non deteriorare. Et hæc salua, &c.

D. Iacobus de Graff. a Cap.

De Transactionibus.

Consilium II.

Quia sæpè contingit defunctos viros vxoribus seruantibus lectũ viduale, relinquere alimenta, ideo cõsiliũ hoc duab. dissoluebit difficult.

I. An si fiat transactio super alimentis relictis a viro defuncto vxori cum iuramento, illa validetur.

II. Quid si fiat melior conditio alimẽtarij, an requiratur solemnitas, de qua in l. cum hi, & l. de alimentis ff. eodem.

SVMMARIVM.

1 *Transactio & pactum in duobus inter se differunt.*
2 *Transactio componitur quasi trans, & actio hoc est transitus.*
3 *Alimẽta dupliciter alicui pñt deberi.*
4 *Transactio alimentorum non extenditur ad habitationem & vestiũ.*
5 *Renunciari an possit super alimentis cũ iuramento.*
6 *Transactio super alimentis est prohibita ob publicam vtilitatem.*
7 *Legi prohibitiuæ põt renũciari cũ iuro.*
8 *Reipublicæ interest testamenta executioni mandare.*
9 *Iuramentũ, quod seruari põt sine interitu salutis æternæ, est seruandum.*
10 *Vita hoĩs pendet ex alimentis futuris.*

Ap-

11 *Appellare quod non liceat in causa alimentorum, qualiter intelligatur.*
12 *Alimenta quæ alicui debentur, an sint tradendæ ipsi species, vel earum æstimatio.*

IRCA primam hanc difficultatem Redemptoris crucifixi nomine inuocato, & Gloriosissimæ Virginis Matris Mariæ suffragio implorato, præmitto primum quod transactio, & pactum
1 differant inter se, † nam ad hoc, vt sit transactio, duo copulatiuè requiruntur, primò, quod aliquid detur, vel retineatur, & sic non potest esse gratuita secundo. quod fiat de re dubia, vbi scilicet est, vel subesse potest dubium, l. 1. cum glosa, & l. 2. ff. eod. gl. in c. exposita extra de arbitr. at pactum esse potest gratuitum, item vbi nullum est dubium, quia nulla lis.
2 componitur autem transactio † qua si trans, & actio, quasi transitus, hoc est recessus ab actione intentata, vt declarat Barto. in l. siue apud acta in pen col. eod. tit. & ideo actor est ille, qui propriè dicitur transigere, reus vero largè, & impropriè, ita dicit gl. in l. 2. in glosa 1. & 2. vbi Docto. notant eod. tit. secundo notandum,
3 quod alimenta dupliciter alicui possunt † deberi, vel quia vxori debentur, quia fuerunt relicta in vltima voluntate, vel quia fuerunt relicta inter viues, l. cum hi, § plane, ff. eod. ex quo, notat Bartol. quod magis fauetur vltimæ voluntati, quam debentibus habere ex contractu, quod quidem intellige, vt in executione testamenti magis faueatur creditoribus, quam legatarijs, l. si §. licentiā, C. de iur. delib. sed in alia interpretatione magis fauetur legatarijs, vt in d. §. plane. Etenim filij non possunt transigere cum nouerca super alimētis, nisi interueniat decretum iudicis, & cum causę cognitione. Tertio nota, quod in transactione alimentorum debet exprimi de habitatione, & vestiario, alias transactio ad ea nō extēderetur: nam licet legatis alimētis debeantur vestes, & habitatio, l. legatis de alim. & cibar. leg. glos. in c. episcopus verbo victu 10. q. 2. tamen hoc fallit in transactione, & hoc fauore alimentorum, d. l. cum hi. § qui transigit. & ibi Bart. quibus sic præmissis, quod transactio super alimentis iuramento non firmetur, fecit d. Bar. in d. l. cum hi, n. 7. vbi dicit, quod super alimentis renūciari non potest
5 † et cum iuramento, per duo fundamenta, quorum primum est, quia trāsactio super alimentis debiti ex vltima voluntate prohibetur fauore alimentorum, & vltimæ voluntatis, itē quia fauor publicus videtur esse, vt testamenta executione mandentur, vt l. vel negare, ff. quemadm. testam. aper. & ne tenues, seu pauperes fame moriantur, d. l. cum hi, §. sed & personarum, secundum, quia illa lex videtur dare formam ipsi transactioni, & procedere prohibendo sibi, ne aliter fieret, & ideo non videtur firmari iuramento. Idem latius tenet Baldus in l. pactum, quod dotali in vltim. quæstio. C. de collatio. Raph. Fulgos. in l. qui fidem in princip. per illum text. in verbo literæ iuncta glosa 1. ff. titul. nostro. Tamen contrarium est tenendum, pro vt tenet ipsemet Bartolus in l. si quis, pro eo numero 17. ff. de fideiuss. & ratio est, quia tranlactio super alimentis est prohibitam ob priuatam
6 vtilitatem, † ne propter modicum datum de præsenti quis renunciet futuris alimentis, ergo conualidabitur iuramento, idem tenet Imola in cap. cum contingat, numero 95. de iureiur. vbi etiam tenet a simili, quod tex. in l. de his, ff. eod. potest renunciari cum iuramento, & valet transactio iurata non obstante illa lege. item tenet Raph. Cuma. in dicta l. si quis pro eo in princip.

Alex.

Alex in l. qui Romæ, §. duo fratres, in 56. col. super quinta n quæstionem Bartoli, ff. de verbor. obligat. facit bene quod regulariter tenet Ioan. Andr. in addit. Specul. in titu. de instru. editio. §. porro in additione magna; quod legi prohibitæ potest renunciari cum iuramento, vt per Iason in l. pen. nume. 16. ff. de pact. Baldus In l. antiquæ, §. fina. C. ad Velleia. Alex. in l. si constante, §. quoties ff. solut. matrim. Et hæc pars est tutior, quia iuramentum, quod potest seruari sine interitu salutis æternæ, seruandũ est, cap. cum contingat extra de iureiur. & cap. licet mulieres eod. titu. in 6. vnde non obstant contraria, & primò, quod transactio prohibeatur fauore alimentorum, & vltimæ voluntatis, nam per hoc nõ sequitur, quod non potest renunciari saltem cum iuramento per ipsum, cui sunt relicta, licet sine iuramento non valeret. sic non obstat secunda ratio, quia licet intersit Reipublicæ testamenta executioni mandari, † illud intelligitur, quando illi, quibus facta sunt legata, non renunciant, alias nulli legato facto in testamento posset renunciari, quod est falsum, & ideo dicendum, licitum esse renunciari saltem, quando iuramentum interuenerit, non autem simpliciter, quando in testamento ea sunt relicta. Item non obstat, quod fuerit prohibita transactio, ne tenues, seu pauperes fame moriantur, nam licet fuerit prohibitum, vt tolleretur occasio transigentibus alimenta, ne fame parirent. Hoc tamen non semper, & directè contingit, sed perraro, & aliunde, & ideo non per hoc videntur impediri vires iuramenti, ita Imola, qui supra. nu. 95. sic nec Bart. in d. l. cum hi est sibi contrarius in l. si quis pro eo, quia si bene inspiciatur in d. l. si quis pro eo intellexit d. l. cum hi attento iure ciuili, sed in l. si quis pro eo locutus est, iuxta iura canonica, quibus cauetur, quod iuramentum quod potest seruari sine interitu salutis æternæ, † est seruandum, dicto c. cum contingat, & ita semet saluat Barto. in d. l. si quis pro eo. Adnotandum tamen est, quod hæc quæ diximus transactionem fieri non posse super alimentis, nisi cum solennitate, de qua in l. de alimentis de transact. vel nisi sit iurato, intelliguntur super alimentis de futuro relictis in ultima voluntate. tamen secus est super alimentis de præterita: ratio diuersitatis est, quia ex alimentis futuris pendet uita hominis, † secus ex præteritis, & quod etiam dicitur in causa alimentorum esse procedendum summariè & de pleno; l. si quis a liberis, §. 2. ff. de lib. agnoscen. limitatur per tex. in l. de alimentis tit. nostro si esset quæstio super alimentis de futuro, secus si de præterito, quia tunc debet ordinariè procedi, idem tenet Alberic. de Rosa. ibi in dicta l. cum hi in princip. sic quod in causa alimentorum possit procedi etiam in diebus feriatis, l. secunda, de ferijs, intelligitur in alimentis futuris, & non in præteritis. item quod in dicta causa alimentorum non liceat appellare, † intelligi debet, si petantur alimenta futura, secus si præterita, ita dicit Ioan. Andr. in addit. Specul. in titul. de appellatio. §. in quibus versiculo, sed nunquid Franc. de Aretin. consilio 97. incipiente causa, & puncto in vltim. colum. quando tamen fit transactio, debet etiam exprimi de vestiario, & habitatione, vt supra diximus, numero quarto. An uero alimenta, quæ alicui debentur, sint tradenda in ipsa specie, puta frumento, uino, & oleo, & lignis. An in ipsarum æstimatione? Dic quod si ista, quæ pro alimentis soluuntur, breui tempore corrumpuntur, vt frumentum, uinum, & similia, tunc debent solui de mense, in mensem ipsæ species non æstima-

Margin numbers: 7, 8 (left column); 9, 10, 11 (right column).

matę; Anchar. in clem. 1. nu 6. de iure part.

SECVNDA DIFFICVLTAS.

Quid si fiat melior conditio alimentarij, an requiratur sollennitas?

SVMMARIVM.

1. *Solemnitas an requiratur si fiat melior conditio?*
2. *Solennitas duplex, leuis, & substantialis.*

CIRCA hanc quæstionem glosa in ca. cum hi §. eam transactionem, ff. de transact. dicit, quod non & inducit argumentum, quod si minor uendit ex causa non concessa, & solennitate non seruata, quòd tenet, si suam conditionem non fecerit deteriorem argum. text. in l. si fundus, ff. de reb. eor. sed glosa in dicta l. si fundus tenet contrarium, nam non dicit, quod valeat, sed quod fundus potest teneri donec restituatur pretium, ex quo factus est locupletior, Et hanc opinionem tenet Bartolus, in dicto §. eam. Rursus, licet omissio solennitatis non uideatur vitiare, l. prima, ff. de ventre inspiciend. illud habet locum, quando amittitur solemnitas leuis, non autem substantialis. Est autem substantialis, qua omissa potest contingere mutatio circa substantiam eius, de quo agitur, leuis est, quæ id non habet immutare, exemplum in signo crucis, quod ponitur in Inuentario, quod si omittatur, non uitiat, nec mutat substantiam eius, secus si omitteretur citatio partis, in dicto §. cum prætor, l. cum hi, de transactio. se de hac materia multa dicemus infra de rebus eccle. non alien. libro tertio consilio primo ad secundum dubium, vbi multa circa hanc materiam. Et hæc salua &c.

D. Iac. de Graff. a Cap.

CON-

CONSILIORVM SIVE RESPONSORVM, LIBER SECVNDVS.

DE IVDICIIS, Consilium Primum.

Consilium hoc tribus difficultatibus absoluetur.

I. An tuta conscientia parte concordata possit offerri pecunia à causarum patrono, vel ab altero pediti, aut officiali, vt occultet, vel laceret processum, vel informationem captam contra aliquem.

II. Vtrum possit aduocatus defendendo clientem in causa criminali facere positiones pro reo. Dicendo ipsi, quòd si tenet fuerint, qui possint testificari iuxta illas, venerit absoluendus.

III. An aduocati, qui concordata parte, & officiali delictum, quod non poterat componi, faciunt componibile, procurantes, quod actuarius ita accommodet dicta testiũ, vt asseuerent reum interfecisse Petrum, ad sui defensionem necessariam, quia recepta alapa illum percussit, ex quo ictu postea ille perijt. vel quod homicidium non fuerit præmeditatum, & voluntarium, sed casuale.

PRIMÆ DIFFICVLTATIS.

SVMMARIVM.

1 *Iudici pecuniam offerre ad occultandum processum nullo modo licet.*

2 *Processus semper debet manare pœnes curiam, vt possit dari copia omnibus, quorum interest.*

3 *Vtilitas publica praeferenda est vtilitati priuatae.*

4 *Audaciam ad perpetranda delicta nihil ua ministrat, quam facilitas veniae corporalis euadendae.*

5 *Audacia humana est comprimenda.*

6 *Iudicium humanum quatuor modis peruertitur.*

7 *Sententia ob pecuniam data est nulla, ideo non tenenda.*

8 *Iudex solum supremus potest concordata parte pœnam remittere.*

9 *Pacta non sunt seruanda, ob quae aliqui inuitantur ad malum.*

10 *Peccatum est mortale dare pecuniam iudici, vt non iudicet.*

CIRCA præsentem difficultatem, inuocato prius Dei nomine Beatissimæ Mariæ semper Virginis implorato suffragio: Respondeo nullo pacto hoc licere, & peccatum esse mortale tã aduocato offerenti, quam iudici recipienti; & primo, quia si posset pecu-
1 nia offerri † eo fine, vt occultet, & laceret processum, qui semper debet remanere pœnes Curiã apud actuarium, vt dixit Dom. Anton. de But. in cap. quoniam, nu. 7. de probat. ad hoc, ut possit edi, & demonstrari, &
2 dari copia, † iuxta eundem in c. cum olim, nu. 3. de offic. deleg. cuicunque petenti, cuius interest, per tex. in l. is apud quem, ff. de eden. qui textus generaliter loquitur Bart. in l. 2. §. editiones, nu. 3. eo. tit. & in l. in fraudem, §. neque instrumenta, ff. de iure fisci, & hoc, vt veri fides haberi possit, d. l. is apud quem, & l. non est nouum, C. de edendo facit text. in l. si cum in princ. ff. si quis caut. ibi

vt

ut ueritas inquiratur,& in l.fin.ff.de probat.ibi ueritati semper locum fore,sequeretur quod ob lacerationẽ, & occultationem processus non punirentur delicta, & excessus delinquentium, quod est contra publicã utilitatem, l.si ita uulneratus, ff. ad L.Aquil. c.ut famæ extra, de senten. excom. & l.3.de C.de Episc.audien. quæ præferenda est priuatæ ipsius
3 rei.† c.scias,7.quæst.1 ubi ibi notat Bartolus in l. unica, §. fin. C. de caduc.tollen.gl.in l.actione, §. Labeo, in 2. & 3. glosa,ff. pro socio. gl. si in c. licet, verbo utilitas extra de reg. iur.Tum quia sic delinquentes audaciores efficerentur ad delicta perpetranda,cum uideant auro posse uiolari iustitiam, facit tex in c.vt clericorum,de vita & honest.cler.vbi facilitas ueniæ incentiuum tribuit delinquendi, & sic uiam faciliorem iudices ipsis delinquentibus aperirẽt, 35.q.9.c.loci, & 93.dist.c.peruenit, glo.in d.c.ut clericorum,verbo facilitas,facit etiam tex. in c.irrefragabili,§.fin.de offi. ordin. ubi cauere debent iudices a quæstu pecuniæ, & tex. in c.illud, 16.q.1. dixit,quòd nihil ita ad perpetranda delicta tãtum
4 † subministraret cõfidentiam,ac audaciam,quam facilitas veniæ corporalis pœnæ; tum etiam, quia talis occultatio processus, nec non accommodatio dictorum testium, vt ex delicto punibili componibile fiat, est contra intentionem, & finem legis. Sic enim non comprimeretur
5 humana audacia, † non esset tuta inter improbos innocentia, non refrenaretur nocendi facultas supplicii formidine, iuxta tex. in capitulo primo, distinct. quarta, sed magis, magisque augeretur. Tum etiam, quia res est mali exempli videre hominem vltimo supplicio dignum non semel, sed pluries post hominis cædem, post grauia illata vulnera, illinc paucis diebus sine defensionibus, penè sine carcere concordata parte, & forte non nisi minis, & terroribus pecunia iudice corrupto per ciuitatem impune ambulare. Vnde ad euitandam hoc scãdalum nullatenus id est permittendum, facit text. in capit. nihil, extra de præscriptio. vbi Felin.in capitulo secundo, de noui operis nunciat. Tum, quia sic fieret iustitia venalis contra text. in capitulo quatuor, 11.quæst.3. ubi habetur, quod quatuor modis peruertitur humanum
6 iudicium, † timore, dum metu potestatis alicuius veritatem loqui pertimescimus; odio dum contra quem libet aduersarium molimur: amore, dum amico, uel propinquo complacere contemnimus; & cupiditate, dum præmio animum alicuius, corrumpimus. Quæ quidem venalitas adeo iuri Pontificio exosa est, ut tales sententiæ, quæ à iudicibus cor-
7 ruptis proferuntur, nullæ sint, † vt dicit text.in l.ei qui §. venales, secunda quæst. sexta, & notatur in cap. primo de sent. & re iudic. in 6. Quare quis salua conscientia potest, illis non parere: facit quod notatur per Innocen.in cap. quia plerique de immunit.eccles.de restit.spoliat.cap.literas,& cap a nobis el 2.extra de sententen.excommun.quod tamen limita in sententia censuræ: quia siue iustè, siue iniustè timenda est cap.1.11. quæst.1. Tum etiam, quia hoc tantum superioris est iudicis, non autem inferioris remittere pœnam parte concordata, Sotus in 4. sentent. lib.5.de iustit.& iure,quæst.4.artic. quarto Iason in l. rescripta numero octauo. C.de preci.imper.offer.ubi notat illum text.ad hoc, quod illud, quod princeps possit remittere pœnam delicti, procedit, in pœna pecuniaria applicanda fisco, sed si pœna pecuniaria esset applicanda parti, tunc princeps non potest per rescriptũ tollere, vt est gl.sing.& ibi Doc. in

l.2.C. de in ius vocan. vbi Iason. numero decimo multa infert. At si pro delicto veniret imponenda pœna corporalis, tunc pro delictis futuris non posset per rescriptum remitti, quia inuitaret ad delinquendum contra text. in l. conuenire, ff. de pact. dotal. vbi pacta illa seruanda non sunt, † ob quæ mulieres inui-
9 tarentur ad furandum, item esset contra publicam vtilitatem, quod delicta remaneant impunita, si autem esset delictum de præterito, pro quo venit imponenda pœna corporalis, tunc potest per rescriptum remitti, & ita propriè loquitur textus in dicta l. rescripta. sic etiam solus princeps, vel ab eo auctoritatem habens potest reo impunitatem delicti ad eruendam veritatem, non tamen alius, vt dixit Iulius Clarus in sua praxi Crimin. libro quinto quæst. 55. versicul. circa primum. Quamuis in hoc præcipuum sit iudicis officium ad inuestigandam veritatem, 30 quæst. quinta cap. iudicantem, & 5. quæst 5. cap. illi, qui, & 7. quæst. 1. cap. fin. Tum etiam, quia Dominus Antoninus in sua summula defecerunt cap. 4. de peccato auaritiæ dicit
10 † esse peccatum mortale dare pecuniam iudici, vt non iudicet, quod est in casu nostro, nam dum occultatur processus, vel laceratur, fit vt iudex non possit deuenire ad veram diffinitiuam sententiam, Tum, quia nulli debet esse in dubium peccata reiterata magis seuerè esse punienda, sed in casu nostro per occultationem processus nunquam inueniretur aliquem pluries deliquisse, ergo sequeretur quod delicta non punirentur, ut essent puniendi, & ita est responsum ad tertium dubium.

SECVNDA DIFFICVLTAS.

An possit aduocatus defendendo clientem in causa criminali facere positiones pro reo, dicendo ipsi, quod si testes fuerint, qui possint testificari iuxta illas, venerit absoluendus.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus non debet instruere clientem in interrogationibus.*
2 *Reus an debeat tacere crimen si certo sciret damnandum esse ad mortem, si fateretur.*
3 *Epilogus circa dubia proposita.*

IRCA secundam difficultatē diximus nullo modo licere, quia sic est instruere clientem, & aperire illi oculos ad malum, & inuitare ad delinquendum, quod nullo pacto licet, d. l. cōuenire de pac. Hinc dixit glosa in l. cum & iudices in verbo vtrųsque, C. de iureiur. per hoc apparet aduocatos non debere partes in interrogationibus, vel re-
1 sponsionibus instruere, † & Gulielmus Durandus Speculator tit. de aduocato dicit, quod prius aduocatus debet subtiliter q̄rere probationes, quas habet, quo facto consulat sicut debet clientulo, Alias facile clientulus ad euitandum pœnam corporalem posset incidere in periurium, vel alios inducere ad negandam veritatem, & asserendum falsum, C. de viduit. tollen. l. 2. ibi periurium committatur magis consulendo corpori, quam animæ, quod esse non debet, cap. cum infirmitas extra pœnit. & & remiss. in fine, cum maius sit periculum animæ, quam corporis, hinc
2 nec si certo sciens reus, † quod fatendo crimen esset damnandus ad mortem, debet crimen suum iudici cellare, si iuris ordine a legitimo iudice, & secundum idoneam formam inter-

ter-

terrogaretur, & si crimen negaret, nullatenus esset in foro animæ absoluendus, vt diximus in 1. par. nostrarum decis. libr. 3. cap. 7. numero 16. Quare ad euitandum periurium quod maxime iura abhorrent, & nec clientulus magis consulat corpori, quam animæ, nullo modo est ab aduocato instruendus circa interrogationes, & responsiones faciendas, etenim ad euitandam pœnam corporalem posset præsumi quod contempto iuramento peieraret, & ita aduocatus dans causam damni, quia instruendo posset clientulus verificare illas positiones, quæ veræ non sunt, ipse damnum dedisse videtur. Debet ergo aduocatus cautè, & diligenter scire ex ore clientis factum, & iuxta illud formare positiones. Quare ex his omnibus concludendum arbitror aduocatum offerre
3 non posse pecuniam iudici, † vt occultet, vel laceret processum, quia sic non punirentur delicta, & delinquentes audaciores efficerentur ad delinquendum, pariter nec potest dicta testium accommodare, vt ex delicto incomponibili fiat componibile vt numero 3. cum seq. diximus. Item nec facere positiones, vt secundum illos testes deponant, ne sic sit causa inducendi clientulũ ad inducendos testes falsos pro euitanda pœna corporali: Et hæc salua &c.

Tertia difficultas, fuit satis explicata in prima.

D. Iacob. de Graff a Cap.

De Iudiciis.
Consilium II.

Consilium hoc vnica difficultate absoluetur.

An carceratus à carceribus aufugiẽs fracto carcere habeatur pro confesso ita quod possit condemnari.

SVMMARIVM.

1 *Fuga tripliciter opponi potest contra fugientem.*
2 *Fuga post accusationem non facit indicium ad torturam.*
3 *Comparitio spontanea purgat indicium ad torturam, quod facit fuga.*
4 *Fuga cum effractione carceris facit contra fugientem plenam probationem.*
5 *Fugere quid proprie sit.*
6 *Fugiendi causa in fugiente magis consideranda, quam ipsa fuga.*
7 *Redimere licet vnicuique sanguinem suum.*
8 *Præsumptio, quæ procedit ex iniquitate iudicis semper durat.*
9 *Fuga, vt habeat fugientem pro confesso, multa requiruntur.*
10 *Carceris effractio comprehendit etiã murum, vel ostium.*
11 *Conspiratio est multorum conuentio in vnum ad illicitum.*
12 *Fugere tentans, sed non fugiens qualiter puniri soleat.*
13 *Fugiens non habetur pro conuicto fracto carcere per alios, non data opera carcerati*
14 *Fugiens a palatio potestatis, vel a camera assignata pro carcere habetur pro confesso.*
15 *Inquisitio specialis requiritur, vt fugiens habeatur pro conuicto.*
16 *Licitum est priuatis eripere de manibus familiæ iniustè detemptos.*
17 *Familia potestatis non tenetur de occiso, si interficit eum, qui non permittit se capi, secus si iniustè.*
18 *Iniustè carcerato an liceat occidere custodes carceris, si non possit aliter euadere.*
19 *Litis contestatio quid, & qualiter fiat.*
20 *Fugiens fractis carceribus publicis an possit statim condemnari, ut confessus.*
21 *Et an sit puniendus pœna delicti, si postea de innocentia appareat, cum epilogo.*

CIR-

Irca hanc præsentem difficultatem, An Carceratus aufugiens a carceribus fracto carcere habeatur pro confesso, ita quod possit condemnari, ad quod prius diuino nomine inuocato, & Beatissimæ Mariæ semper Virginis implorato præsidio, vt lector habeat de materia fugæ plenam notitiam sciendum est, quod fuga potest opponi contra fugientem
1 tribus modis, † videlicet ante accusationem, post accusationem, & post in carcere missionem. Ante accusationem, sed post delictum commissum communis uidetur esse sententia, quod fuga faciat indicium sufficiens ad torturam, ita Barto. in l. 1. ff. de bonis eorum, qui mor. sibi consciu. Angelus in l fi. ff de quæst. in pen. col. Matte silanus suo sing. 153. incipi quod nota. Angelus de Aret. in tract. suo Malefic. in verbo fama publica, uersic. an fuga sit suspectus, Hyppolit. de Marsil. in rubr. C. de probat. nume. 259. Socin. in suis fallent: Reg. 163. ibi Limita. Quod intelligit, quando delictum esset capitale, ex quo aut debetur mors, aut membri mutilatio, secus si esset imponenda pœna pecuniaria. Secundo quis potest fugere non solum post delictum commissum sed etiam, postquam fuerit
2 accusatus, & inquisitus, † nam tunc talis fuga non facit indicium ad torturam, sed solam suspitionem, Bald. in l. admonendi, ff. de iure iur. Hyppol. ubi supra. Iulius Clarus lib. 5. §. fin. in verbo fuga, qui dicit hanc esse communem opinionem, vt dixit Aegidius Bossius in sua praxi Criminal. de indic. num. 149. & ratio differentiæ inter primum, & secundum casum hæc est, quia quando aufugit, antequam sit accusatus, conscientia delicti eum inducit ad fugiendum, at secundo casu, quando est accusatus ad eum fugiendum, inducit timor accusationis, & uexationis. Verum in hoc secundo casu faceret talis fuga indicium contra eum, si alia indicia, & suspiciones laborarent contra eum, qui aufugisset, ita Ludouicus Roman. quem sequitur Iason in repetit. d. l. admonendi, numero 169. attamen in eo casu, quo fuga faceret indicium ad torturam, illud e-
3 uacuaretur, si postea citatus † compareret, & uaderet sponte ad potestatem: nam tunc prior fuga nullum indicium faceret, tanquam purgata per sequentem comparitionem, ita singulariter limitat Bar. in l. quis sit fugitiuus, §. 1. per illum textum, ff. de ædili. edicto. Ludouicus Roma. in d. l. admonendi in colum. 24. in fin. facit quod dixit Baldus in l. 1. in 6. col. in versicul. quæro quid, C. de seruit. fug. ubi si statuto punitur fugiens à carcere, non comprehendit eum qui aufugit, & postea in breui riuersus est, adde bonum text. in cap. uulgaris, §. diuortium de pœnitent. dist. 1. & cap. præsenti de præben. in 6. igitur fuga post accusationem non facit indicium, quia licuit sibi sanguinem suum redimere, Bart. in d. l. 1. in fine. Tertius casus est, quando fuga non solum facit inditium, sed etiam
4 probationem, ut quando effractis carceribus aufugit carceratus, nam tunc habetur pro confesso, ff. de custodia reorum l. fin. Non enim de custodia publica licet exire, etiam si posset, ff. de postlim. reuers. l. si captiuus in fine. & notatur, ff. ex quibus caus. maio. l. succurritur in fine. sed ut de hoc melior instructio habeatur, sciendum est, quod fugere est de
5 loco trepidando secedere, † secundum Papi. & maxime instantis, aut futuri periculi metu, ut ff. de edil. ędicto, l. quis sit fugitiuus, §. idem apud, iuxta quod Hieron. contra Vigilantium, si fugero, gladium euitaui. Et infra ideo fugio, ne uincar, item fugiendum est, quod in fugiente magis considerandus est animus,

&

6 † & causa fugiendi, quam propria fuga, d.l.quis sit fugitiuus, §.1 & 2. cum multis alijs, §§.sequētib. Quare si quis non metu pœnæ, aut accusationis de prouincia fugiat, non potest sibi ad culpam, vel reatum ascribi: quia non factum, sed faciēdi causa in his est potius consideranda, ff. de furt.l. verum in prin.cū concord. de iniur.l.iniuriarum, §.1. Quid autem si quis in carcere positus timēs sæuitiam iudicis, quia ī eo nulla est iustitia, sed omnis impietas, vt vel in corpus suum sęuiat nequitia, vel in bonis rapinam p voraginē agat, ille vero licet innocens metu ne talia patiatur, ex carcere aufugit, An habeatur pro confesso? Lucas de Pēna, C.de agr.& cens.l.si coloni li.11. col.3.concludit quòd non: quia licet
7 vnicuiq; redimere † sanguinē suū, qualitercunque potest, ff. de bonis eorum, l.1. in princ. fortius fugere, arg.in quibus caus.resti. non est necess.l.fin. quia sufficit saltem timere probabiliter, etiamsi nō iustè, ff.q.d met.causa.l.recte cum ibi not. facit quod not.ff.de neg.gest.l.si pupilli, §.si Titium, de malo quidem iudice malum est de facili pręsumendum, quod met.caus.l.pen.Cōiectura igitur, & præsumptio, quæ procedit ex iniquitate iudicis semper durat, vt si semel grauauit eum, vel alios, sem-
8 per grauare p̄sumitur: nā de † præterito præsumitur in præsens, sicut dicitur in iudice, a quo est a grauamine appellatum: quia si præsumitur iustam fuisse appellationem, priuatur iurisdictione ī tota causa principali, & refertur ipsius causæ cognitio ad iudicem, ad quem fuit a grauamine appellatum, præsumptio.n. est, ꝙ primus iudex grauaret alias appellantem, extra de appellat. cap. cum cessante, & cap.sit debitus, hoc notat Luc. de Pēna in l.facultas, C. de iure fisci libro decimo. Igitur ex his liquidè apparet quod quoties fugiens non metu pœnæ, vel accusationis, sed ex alijs causis habuit causam probabilem fugiendi, nequeat culpa ad grauem culpam imputari. Quare vt ex fuga habeatur fugiens pro confesso, multa a doctoribus necessaria proponuntur. Et primo vt
9 fugiat fractis carceribus, † ita Hyppol.de Marsi.qui supra, & in sua praxi crimin.§.diligenter, nu.43 Folle. in verbo Et si confitebuntur, numero 41.& est communis opinio, vt dixit Ripa in d.l.admonendi, numero 170 Iulius Clarus, qui supra versic. Tertio, vt est tex.in l.in eos, ff.de custo.reo.secundum communem Doctorum sententiam, vt testatur Boerius decis.215.numero 9. & ideo potest pœna ordinaria condemnari, si citatus post fugam, vt compareat, non comparuit, & esset effectus contumax: At si post fugam captus sit, vel sponte compareat, grauius solet torqueri, & ita dixit Grammar. seruari in curia voto 37. Et quod dixi effractis carceribus, idem extende, si esset effractus murus carceris,
10 vel ostium. Iason in d.l.admonendi.numero 173. Quod secus esset, si aufugeret de carcere aperto: nā tūc non habetur pro confesso, si fugit, dum reperit ostium carceris apertum, secundum Iacobum.Bu.Guil. de Cun.Albe.de Ro.& Bal.in l.succurritur, ff.ex quibus cau.maior. Angel.in l. verum la seconda, in princ. ff.de furt.& in l.prima, ff.de effrac. qui dicit, quod exiēs a carcere, quia inuenit ostium apertum, non tenetur pœna fracti carceris, & nec pœna illa, ff.de effract.pariter nec habetur pro confesso, si fugeret non de carcere, sed de palatio prætoris, vel camera ibi assignata pro carcere. Ita Iason vbi supra, numero 173. Diax. in reg.303.igitur primum requisitū est, vt fugiat fractis carceribus, & licet aliqui requirant cum fuga, & fractione ostij, vel parietis carcerū con

spirationem, vt verè pro conuicto, & confesso habeatur carceratus aufugiens, vt Follerius vbi supra videtur annuere, & Menoch casu 301. numero vigesimosecundo, declarat quid significat conspirare, & dicit,
11 quòd conspiratio est multorũ † conuentio ad illicitum, ex Archid. in capit. conspirationum 11 quæst. 1. vt illa, quę fit inter plures carceratos existentes in eodem carcere: nam isti omnes puniuntur pœna capitali secuta fuga cum fractione ostij, vel parietis: Tamen contrarium est dicendum, vt scilicet etiam non existente conspiratione aufugiens eadem pęna puniatur. At si carcerati non aufugerint, sed tentauerint fractis car
12 ceribus aufugere, † tunc solet senatus Mediolanensis eos publice torqueri facere, & ita seruari vidit Iulius Clarus, vbi sup. sed quid si carcer esset fractus per tertiam perso-
13 nam † non data opera carceratorũ? Dic quòd tunc carcerati non habẽtur pro conuictis: nam eadem est ratio quæ in ostio dimisso aperto. ita tenet Lanfranc. in l. fugitiui, C. de seruis fug. quem refert Socin. in regula 162. in vltima fallentia. Secundo, vt fugiens fractis carceribus habeatur pro confesso, requiritur, vt carceres sint publici, ita Luc. de Pen. in d. l. si coloni, col. 2. circa finem. Iason qui sup. numero 173. qui tandem numero 174. dicit quod veritas est, quod
14 detentus in palatio, † vel in camera, & non in publico carcere, si inde aufugiat fracto, non propterea habetur pro confesso, & conuicto secundum Doctores in d. l. in eos, & ratio est: quia cum sumus in pœnalibus, verba sunt intelligẽda in proprio significatu, vt intelligantur de vero, & proprio carcere, & non de similibus locis, quæ largè, & impropriè loco carceris succedunt. Item, quia in pœnis mitior interpretatio accipiẽda est ad absoluendum reũ, l præses, §. si de interpretatione, ff. de pœn. Et hæc est communis opinio, vt dicit Boerius decisio. 215. numero 13. pro ut illum refert Viuius lib. 1. commun. opinionum in verbo fugiens a carcere, Iulius Clarus, qui sup. Tertio, vt sit carceratus pro speciali inquisitione, id est, vt specia
15 liter † sit inquisitus de certo crimine, non autem si sit in carcere pro generali inquisitione, secundum Felin. in cap. nullus, de præsump. Hippol. de Marsi. in sua praxi crimin. in §. diligenter, numero 45. Ber. Diaz, in regula 303. versicu. Tertio sublimita. Quarto requiritur, quod aufugiẽs iustè detineatur in carceribus, Etenim si licitum est priuatis homi
16 nibus † eos, qui contra iustitiam detinentur, de manibus, & potestate ipsorum detinentium excutere violenter, cum tale iudicium simile sit violẽtiæ latronum, vt plenè scripsit Luc. de Pen. in l. prohibitum, verbo Manus, C. de iure fisci libro 10. ergo fortius licitum erit ipsis detentis effringere vincula, & sic de carcere liberare, etiam si scandalum exinde nasceretur, iuxta ea, quæ notat Archidic. 23. quæst. 4. cap. cum homo. Igitur fugiens iniustè detentus in carcere non debet haberi pro confesso, cum licita sibi fuerit fuga. arg. eorum, quæ dixit Bar. in d. l. prohibitum, vbi iudici exequenti, de facto potest resisti: quia licet familia pote
17 statis non teneatur † de occiso, quando capiendus non vult permittere se capi, vt est tex. & ibi Bartol. in l. si seruus, C. de his, qui ad eccl. confug. in l. quemadmodum in §. fin ff. ad l. aquil. Angel. de Aret. in tract. malefic. verbo fama publica. in versic. verum, tamen hoc locum habet, vbi talis familia iustè procederet, secus si iniustè: nam tunc tenetur de occiso, sicut quilibet alius. ita Hippol. de Marsil. in l. prima, in princ. in 2. col. ff. de quæst. facit etiam Paris de Puteo

reo in tract. syndic. in 25. char. in 3. col. & in eo tract. in 81. char. in 4. col. vbi iniustè carceratus pro causa cri-
18 minali † si non potest aliter euadere, licitum est sibi occidere custodes carceris, & non tenetur de occiso in foro exteriori: quia licet quomodocunque redimere sanguinem suum. Facit etiam, quia si indebitè tortus occidit iudicem, non debet puniri pœna mortis, sed alia mitiori pœna, l. si adulterium cum incestu, in §. imperatores, ff de adulter. Par. de Pute. in tractat. suo syndic. in 21. char. in 2. col. in fi. Hyppol. de Marsil. qui supra, qui multa etiam alia similia congerit in d. § diligenter, a numero 51. vsque 59. Quinto requiritur, vt post litem contestatam aufugiat, tex. est in l. ne diu, ff. de pœn. Est igitur contestatio litis principalis negotij apud competentem iudi-
19 cem facta narratio, † & ad eum sequuta responsio, ita colligitur ex ca. primo, extra de lit. contest. & capit. dudum 2. extra de elec. & capit. pro vult, extr. de dolo, & contum. Quæ quidem fit vel per cõfessionem, vel negationem, vel verbum negatiuũ, vt hoc plenius habetur per peritissimum Maran. in par. 1. de ordine iudic. de litis contesta. sexto, vt fugiat metu pœnæ, vel accusationis, non autem si fugeret ob sæuitiam iudicis, vt sup. numero sexto. His igitur sic existentibus carceratus si aufugit a carceribus, tunc contra eum proceditur tanquam contra confessum de crimine, per d. l. eos in fine, ff. de custo. reo. & ibi glossa no. vnde potest condemnari tanquam confessus, Socin. in regu. 62. Nam triplex
20 est confessio † per vocem, per rei euidentiam, & per fugam, seu contumaciam, 3. quæst. 9. cap. decernimus. de præsumpt. cap. nullus, cum not. in eis, quod verum est post litẽ contestatam, Luc. de Pẽ. vbi sup. col. 2. Vnde talis aufugiens potest citari ad audiendam sententiam diffinitiuam edicto peremptorio, ut infra certum tempus compareat, quo elapso, & non comparente iudex poterit ferre sententiam contra absentem, l. properandum, C. de iudic. l. si apparitor, C. de cohorta. libro duodecimo, Paulus Girlandus in tract. de relax. carcer. numero 13. Immo vt colligitur ex dictis Felini in capitulo nullus, numero 3. de præsump. hic aufugiens est puniendus pœna delicti, pro quo in carceribus deti-
21 nebatur, † etiam si de innocentia postea appareat, quod secus esset, si uere fuisset confessus: quia probata innocentia nõ punitetur. l. inde Neratius in fine, ff. ad l. aquil. capitu. secundo, & ibi Innocen. de purg. vul. Et ita plus operatur ficta confessio, quam vera, ut ibi per Felinum. Habet igitur casum, quando quis habeatur pro confesso, ut aufugiens a carceribus publicis post litem contestatam metu pœnæ, & accusationis, & vt iustè detineatur. Alios uero casus, in quibus fugiẽs habeatur pro confesso, Diximus nos in 1. parte libro 3. nostrarum decis. capit. septimo, numero 9. quos etiam effectus operetur fuga, uide Luc. de Pẽna, ubi supra col. 3. & pulchre Diazium regu. 303. uerbo fuga. Et hæc salua, &c.

DE TESTIBVS COGENDIS.

Consilium Vnicum.

DVBIVM vertitur, An sit absoluendus, & absolutione dignus testis, ille, qui a iudice cogitur repetere q̃ primo deposuit: ipse vero clã iudici ecclesiastico reuelauit hoc agere non posse, eo, qđ falsum deposuerit, iudex vero illius dicto nolens acquiescere, vult omnino repetat ea, quæ primo deposuit. Respondeo affirmatiuè, si testis ille paratus sit corrigi hoc est dicere se falsum dixisse idque sub iuramento promitteret confessario, qui quanti sit ponderis hoc falsitatis crimen, debet ipse

pœnitenti detegere. Dixi cum iuramento: nam licet absoluendus non debeat iuramento astringi, vel alia promissione ad faciendum aliquid, sed sufficit, vt firmiter proponat, tamen in magnis criminibus solet iuramentum iniungi a confessario ad faciendũ id, ad quod tenetur, vt nos in 1. parte nostrarum dec. li. 1. c. 32. n. 15. diximus, sed modo ex hac qõne cõsequũtur & aliæ difficultates, quę sunt numero quatuor, quarum

I. An contrahat irregularitatem iudex, si pro hac retractatione testis ab ipso torqueatur, & confitendo se falsum dixisse, ueniat morte plectendus.

II. An possit absolui huiusmodi testis, si animum habet confirmandi falsum in iudicio ad mortem euitandam.

III. An a iudice ecclesiastico, qui animæ illius est pastor, sit ei adhibenda fides.

IV. Vtrum eiusdem testis dicto stare debeat iudex, vt hac de causa non repetatur, sicque peccatum mor. deuitet.

PRIMAE DIFFICVLTATIS

SVMMARIVM.

1 *Testes coram quo sint repetẽdi ad instantiam partis.*

2 *Testium depositiones contra reum, nisi repetantur, non faciunt fidem.*

3 *Testis si reperitur varius a prima depositione, non facit fidem.*

4 *Irregularitas quãdoq. sine culpa cõtrahitur.*

5 *Irregularitas vt effugiatur a iudice, tres casus enumerantur, vt nu. seq. cum duobus alijs.*

6 *Iudex ecclesiasticus an debeat concedere iudici laico licentiam ad exhumandum ab ecclesia cadauer pro informatione capienda.*

7 *Exhumans absque licentia superioris est excommunicandus.*

8 *Iudex ecclesiasticus dans copiam sententiæ degradationis secuta morte non est irregularis.*

9 *Testimonium dicens in causa criminali, si ex eo sequatur mors, est irregularis, licet præcesserit protestatio.*

IRCA primã difficultatem inuocato prius Diuino noĩe, a quo bona cuncta procedũt, & sine quo nihil, beatissimęq. semper Virg. suffragio implorato, dico breuiter, ꝙ cum
1 de iure sint repetendi † testes ad instantiã partis super datis interrogatorijs corã iudice, & non corã actuario, vt notatur ĩ auth. de testib. §. & qm̃ iuncta glossa in verbo obseruationibus, de testib. & in auth. apud eloquentissimũ C. de fi. instr. legendo suã depositionẽ vnicuiq; separatã ab alijs testibus, & in secreto, ut dixit Fol. in sua praxi crim. in verbo Et demũ repetantur testes nu. 2. & 4. & si testes non repetuntur, nullã faciũt fidẽ eorũ depositiones cõtra
2 reũ, † ut dixit Bar. in l. fi. ff. de quæst. Follerius in uerbo. Et si confitebũtur. nu. 40. & per Bal. in l. fi. C. de re iudic. & tandem sic refert peritissimus admodum Reuerendus Abbas Villagut meus comprofessus in suo Spec. crimi. cap. 17. numero 19. sit, ut iudex non debeat reo repetitionẽ testiũ recusare, quod est contra ius naturæ, l. ut cũ, ff. de iul. & iu. Vñ si testis repetitus reperiatur uarius a prima depositione, tunc non
3 faciat fidẽ, † quare nec primo, nec secũdo eius dicto standũ erit, ita Bal. in l. fi. C. de re iud. Foll. in verbo, Et demũ repetantur testes in fine: nisi dictũ suum firmet in tortura, Iulius Clarus in sua praxi crim. lib. 5. §. fin. ver. itẽ testis. fol. mihi 427. & inf. q. 53. vers. quartus est casus, vbi dicit, ꝙ illa depositio, q̃ testis firmat ĩ tormentis, solet attendi, & ipse ex quo est periurus punitur crimine falsi. Quamobrem si tortus diceret, se falsum dixisse, & hac de causa morte

mul-

multandus a iudice adiudicaretur, ipsum irregularem esse fatemur, cum irregularitas contrahatur, quãdoque etiam sine culpa, † dist. 30. c.
4 si quis viduam, Quare ad euitandam irregularitatem debet iudex ecclesiasticus constituere iudicem secularem, qui audiat causas sanguinis in genere, & illi demandare, vt iustitiam faciat, ꝙ si postea iudex dignũ morte aliquem adiudicet, effugiet iudex ecclesiasticus irregularitatem. Quod idem procedit, quando Episcopus, vel quicunque prælatus, aut clericus capax iurisdictionis temporalis ratione patrimonij ab aliquibus in iurisdictione sua commisso alicui iudici laico iniungat, vt super hoc speciali homicidio commisso veritatem inquirens iustitiæ debitum exequatur, ita text. est singularis in cap. Episcopus, ne cler. vel mon. lib. 6. iuncta glossa in verbo super hoc. Et ita nota secundum Gemin. ibi, ꝙ pôt ad euadendam irregularitatem per aliud, quod non potest per ipsum. Et ita habes casum, quando ecclesiasticus sequuta morte effugiet irregularitatem. Alium etiam casum habes in clerico, qui pro iniuria sibi illata, vel suis iuxta tex. in c. prælatis, de homic. in
5 6. facit etiam in cap. de cætero, extra de testibus. prosequitur iniuriam coram iudice laico obtenta licentia in scriptis a iudice ecclesiastico, iuxta conc. prouinc. Neapol. de uita, & honest. cleric. capit. 22. mediante protestatione, iuxta tex. in d. c. prælatis. Vbi Doctores: Nisi protestando habeat in animo, quòd reus moriatur, quia secuta morte, vel mutilatione irregularis erit secundum veriorem opinionem, Ioan. Andr. Gemin. & Franc. in d. c. & non obstat, quòd irregularitas sola voluntate non contrahitur, quia modo non solum adest sola voluntas, sed concurrit querimonia, & accusatio exterior, & hanc opinionem sequitur Igna. Lopez super c. 98. praxis Diax. quàm nos in 4. par. nostrarum de il. lib. 2. c. 62. nu. 41. sequuti fuimus in foro poli, non autem fori. Sic & aliũ casum habes, qui solet contingere in regno in iudice ecclesiastico, qui concedit, & concedere debet li-
6 centiam iudici laico † exhumandi cadauer ab ecclesia, ad finem capiendi informationem in genere, quòd fuerit ille occisus, vel venenatus nam tunc hoc potest absque metu irregularitatis, cũ actus iste, qui fit, nõ sit causa proxima in mortem, vel truncationem, quæ requiritur ad incurrendum irregularitatem, sed causa est remota non directa in mortem, Nauar. in Manu. c. 27. num. 22. Tum, quia Episcopus, aut alius superior nihil operatur, sed tantum permittit exhumari corpus, & capi informationem. Non tamen iuxta conc. prouinc. Mediol. tit. de ecclesijs, & eorum, cultu c. 5. sunt inspicienda Cadauera occisorum in ecclesijs, sed debent exportari, & procul fieri a paucis locis, & qui exhu-
7 maret absque licentia superioris, debet excommunicari, cum nullam iudex laicus iurisdictionem habeat, vel exercere possit in ecclesia, c. decet, vbi omnes de immun. eccles. lib. 6. Tum, etiam, quia vt laicus tenetur Episcopi iurisdictionem adiuuare, cap. 1. de offic. ordin. ita & econtra. Communis in d. cap. 1. cum præ omnibus desiderare debeat episcopus, vt puniantur delicta, & ciuitatem malis hominibus expurgari, c. ut famæ, de sent. exc. pariter iudex
8 Ecclesiasticus dans copiam † sententiæ degradationis verbalis, & renunciationis habitus clericalis cuiusdam clerici inquisiti de homicidio allegantis se esse clericum, sequuta morte non erit irregularis, si

quidem aliquem esse clericum, vel non, non est causa propinqua mortis, facit tex. in c. si iudex laicus, de sent. excom. in 6. Quod secus esset dicendum de eo, qui testimonium dixerit in causa criminali, si ex eo mors fuerit illata, etiam præmissa
9 protestatione, † quod non intendit testimonium perhibere, ad hoc, vt reus pęna sanguinis afficiatur, quod Felinus post alios notat in c. postulasti, de homic. glossa ad hoc optima, quæ in laico loquitur in c. 1. dist. 21. & in clerico glos. in c. testimonium 11. quæst. 1. notat Abb. in c. de cætero, col. 1. de testi. Et ibi Felinus, & est communis omnium Doctorum sententia. Idem notat Ioan Crotus in tractatu de testi. nu. 69. Couar. in clem. si furiosus §. 5. nu. 5. versic. Decimotertio. Iulius Clarus in sua praxi lib. 5. §. fin. versicu. sed quid si. Vbi dicit, quòd clerici debent abstinere a testificando in causis criminalibus, quibus inferri solet pœna sanguinis, vt ibi, Vlterius quæro,

SECVNDA DIFFICVLTAS.

An possit absolui huiusmodi testis, si animum habet confirmandi falsum in iudicio ad mortem euitandum.

SVMMARIVM.

1 *Deponere falsum propter sui salutem an liceat.*
2 *Absolui non debet animo paratus ad confirmandum falsum in iudicio.*
3 *Accusatus peccat mortaliter si timens condemnari, negat veritatem nu seq.*
4 *Licitum ponitur in foro exteriorio pro impunibili.*
5 *Pater occidens filiam in adulterio deprehensam, peccat mortaliter.*
6 *Inquisitus negans veritatem, si postea appareat esse periurum, non punitur, vt periurus.*

CIRCA hanc secundam difficultatem, An possit in foro conscientiæ absolui, si huiusmodi testis est animò paratus ad falsum confirmandum in iudicio ad euitandum mortem, & quod sic facit dictum Andr. de Iser. in constit. si damna clandestina, in 7. col. quem ibi refert Afflictus in 4. par. num. 63. vbi dicit, quòd si principalis variet, non propterea torquebitur, quia li-
1 cet contraria † dicere, vel deponere ad sui salutem. ff. de except. l. nemo, cum glossa, ff. de bonis eorum. l. 1. nam in causa criminali licet celare veritatem. Hæc Afflictus iuxta glossam 11. q. 3. c. quisquis. Verum hoc non obstare, contrariam opinionem credimus veriorem, nempe quod absolui non possit, si animo est paratus falsum confirmare in iudicio
2 ad euitandum † mortem. Et ratio est, quia cum anima pretiosior sit corpore. c. cum infirmitas, de pœnit. & remiss. & confirmando falsum sit in statu damnationis, & retractando se sit in discrimine vitæ corporalis, debet in hoc discrimine potius eligere malum corporis, quam malum animæ. ex regula illa, quòd de duobus malis minus malũ sit eligendum, quando unum ex illis esset necessario euenturum, dist. 13. c. nerui, c. duo, & c. seq. 22. q. 2. c. quã Dauid, & c. si aliquid. Vnde cum iste sit animo paratus ad confirmandum falsum, quia iam est in continuatione peccati mortalis, nullo pacto est absoluendus ex defectu contritionis, si confiteretur. Hinc dixit in c. 1. tit. nostro, quòd peccat ac-
3 cusatus, † si timens condemnari, negat veritatem, & ratio est: quia in casibus, in quibus iudex potest iuris ordine seruato iuridice interrogare non respondendo, immo negando, vel

vel subticendo veritatem, peccat mortaliter: quia debet quilibet obedire suo superiori in spectantibus ad officiũ ipsius, de maio. & obed. c. 2. c. qui resistit 11. q. 3. secus si quis non interrogatur circa non spectantia ad officium sui superioris, vel iudicis. Quare dixit Sotus de iust. & iur. q. 6. art. 2. col. 5. reum iuridicè interrogatum teneri sub peccato mortali crimen confiteri, etiam si merito ob eandem confessionem esset ad mortem damnandus, & si negat, nullo pacto est absoluendus, tanquam perseuerans in peccato mortali. Vnde non obstat contrarium, quòd in causa criminali licet principali celare veritatem, & quòd licet contraria dicere ad sui salutem: quia respondeo illud licere in foro fori. Ita dixit Andr. de Iser. in c. 1. § Sacramentum, de consuet. relatus per Afflictum vbi sup. num. 63. sic glo. in l. si familia. ff. si famil. furt. fecis. dica. ait quòd licitum est. Id est impunibile. Vnde inquit, si

4 seruus meus paruit, periturus, nisi paruisset, hoc nullum est delictum: sic illud licere inuicem contrahentibus se decipere. l. in caus. §. idem Pomponius. ff. de minor. non est idẽ ꝙ sine culpa, sed impune in humana foro. ita Inno. in c. in ciuitate, ext. de usu. Abb. in c. quia pleriq; de immunit. eccle. sic quamuis dicat Bar. Circa principium in l. Imperator Adrianus. ff. de stat. hom, ꝙ pater potest interficere filiam prægnantem in adulterio deprehensam, ac etiam adulterum, glossa in l. nec timorem in verbo occidere. ff. quod met. causa, tamen secundum canones peccat mortaliter pater, & maritus occidẽs

5 † deprehẽsã in adulterio, c. admonere, c. inter hæc 33. q. 2. Imola in l. qd ergo. §. si hæres. ff. de leg. 1. Verum adde omnino D. Thomam in 4. sen. dist. 36. q. 2. art. 2. circa medium, ubi concludit, ꝙ neq; secundum leges ciuiles, uel leges cõscientiæ licet marito propria auctoritate interficere vxorem adulterantem, quamuis posset eam causa iusta accusare ad mortem in iudicio seculari. Et idem D. Thomas sẽtit in fine de filia adultera. Et dicit, ꝙ nullus pater familias potest in aliquem de sua familia infligere pœnam corrumpentẽ personam. Ita Additio ad Abbatem in c. si uero, verbo nullus, de sent. exco. igitur ut ad rem nostram deueniamus verbum licere, aliquid significat quod fit in foro exteriori impune quod tamen in foro conscientiæ est peccatum mortale. Quapropter dixit Additio ad Abbatem in c. 1. de testi. cogen. litera. C. ibi quod sic. scias, ꝙ inquisitus, qui respondendo

6 inquisitioni iurat non fecisse, † si postea apparet contrarium, non per hoc punitur tãquam periurus, illud est dictum solẽne, quod pauci sciũt, de quo per Alex. in addit. ad Bar. in l. 1. ff. de bonis eor. qui mortem sibi consci. & per peritissimum Vinc. de Franchis decis. 271. nu. 9. qui etiam addit periurum non puniri pena corporali, sed tãtum ad interesse partis, qui tamen in foro poli peccat mortaliter negando veritatem, ita late dixit D. Thomas 2. 2. q. 69. art. 1. Additio ad Abbatem in verbo de mendacio in c. fin. de solut. Et hæc quo ad secundam.

Tertia Difficultas.

An huic testi, qui ne repetatur, sacramento adiuit iudicem ecclesiasticam, qui animæ suæ est pastor, dicens se deposuisse falsum, & a nobilibus seductum se fuisse, sit adhibenda fides.

Summarium.

1 *Cogere, vel non cogere ad iuramentum est in potestate iudicis.*

2 *Confessario necessario attestanti de innocentia viui, non est necessario credendum.*

3 *Immo nec assertioni cuiusquam in extremis agentis cum alijs correlarijs nu.7. Fallit nu 4. idem in notario nume. 5. Idem in electionibus pralatorum. nu.6.*

8 *Malitia semel commissa præsumitur perseuerata.*

IRCA hanc tertiam difficultatem respondeo, quòd hęc similis quęstio ponitur per Ancha. in c. clericos, de cohabit. cleric. & mulier. nu.4 vbi dicit, Ecce quòd in inquisitione, quæ debet præcedere purgationem, vult iudex cogere ad iurādū, dicit Reus, Domine secretè dico vobis, ꝙ me ad iurandum non cogatis, quia deierabo, & eris auctor periurij, quid faciet iudex? Coget eum ad iurandum vel non? Non enim debet iudex statim credere, quia posset hoc dicere, vt effugiat iuramētum, extra de accusat. c. inquisitionis. Concludit tamen Petr. de Anchar. ꝙ in his, quæ pendent ex iudicis potestate, vt purgatio, & inquisitio, est in potestate iudi
1 cis † cogere, vel non cogere ad iurandum, attenta qualitate personæ sic dicentis. Sed quando procedat iure ordinario, & tunc nec actorem, nec testem potest a iuramento repellere. arg. extra de testi. c. significarunt, & c. ex parte. Igitur in casu nostro cum iudex procedat iure ordinario, dicendum est, quòd non debet credere, alias facilis daretur, via, & aditus ad peruertendum iudicium. Hinc diximus in nostris decis. in 4. par. li. 4. c. 15. quòd nec etiam necessario cre-
2 dendum est confessario attestanti de innocentia uiri, qui forte in tormentis cōfessus est homicidium, quia sic facile pęnitentes attentarent confessarios mittere ad iudices qui eos excusarent. Et tex. in c. nuper, de testi. dixit, quòd nullius testimonio, quantuncunq; religiosus existat, nisi iuratus deposuerit, adhibenda est fides in præiudicium alterius: sic in libro secundo nostrarum decis. c. 132. nu. 34. diximus quòd nec necessario adhibenda est fides in assertioni cuius-
3 cunque in extremis agentis, † cum non omnis moriens credatur iustus, Grammat. decis. 42. num. 9. & decis. 36. nu. 16. pariter Follerius in d. verbo. Et si confitebuntur, nu. 91. dixit quòd testis in mortis articulo si confitetur se falsum testimonium tulisse, vel iudex venalem iustitiam, & contra ius dedisse, non est ei credendum, ita Bar. in l. si quis in graui. §. si quis moriens. nu. 1. ff. ad Senatus cōsul. Syll. Hinc dixit Ias. in l. iusiurandum. §. procurator. nu. 25. ff. de iureiur. quòd testis, qui tulit testimoniū, si postea in extremo vitæ cōstitutus confitetur se tulisse testimonium falsum, quia fuit pecunia corruptus, nō statur confessioni suæ in præiuditiū tertij, ita Angelus cons. 308. incip. factum est tale, & est tex. in c. sicut, extra de testi. Verum hoc procedit quā
4 do deposuit, † & sic post ius quæsitū parti. Sed ante ius acquisitum, id est dum examinatur, si diceret se corruptum pecunia, præiudicaret parti, & ratio est, quia licet testis istis interrogatorijs non debeat respondere, tamen si responderit, pręiudicat parti. c. 1. de except. Barto. in l. si duo patroni. §. idem in fine. ff. de iureiu. simile diximus in Notario, qui postquam dedit instrumentum in publicum,
5 & authenticam formam, † postea dicit ꝙ illud instrumentū est falsum, & quod pecunia corruptus illud fecit, non statur eius confessioni in pręiudicium illius, cui edidit, Speculator in tit. de instr. edit. §. postremo, verbo nunquid, & ad literam Paulus de Castro in l. Seia in prin. per illum tex. ff. ad Vellcia. simile dicimus in
6 arbitris, & electoribus † prælatorū,

qui

quî si postea dicerent se pecunia corruptos elegisse, non statur eorum dictis, secundum Ange. in d. cons. 308. qui allegat Inn. in c. dilectus, in glossa, quæ incipit nullam, de elect. pariter Felinus in c. sicut, num. 1. de testibus, dicit, quòd si testis dicit primũ vnum in iudicio, & aliud extra iudicium, secundum dictum non exerceat primum, etiam si illud dicat in articulo mortis. Idem dixit Baldus in auth. si dicatur in 2. col. C. de testam. sic Iulius Clarus li. 5. §. fin. vers. Assertio, dicit quòd assertio vulnerati dicentis se ab aliquo fuisse vul
7 neratum, † si moriatur, & vsque ad mortẽ in tali assertione perseueret, non facit indicium legitimum, nisi & alia concurrant indicia, & refert ex Vilipando hanc esse communem opinionem; licet de consuetudine practicatur, quòd sit sufficiens indicium ad inquirendum, & ad capturam secundum communem, & ad excusandũ a calumnia hæredẽ mortui, qui motus est ad accusandum eum, qui fuerat diffamatus a vulnerato moriente secundum glossam in l. mater. C. de calumniat. Non tamẽ talis assertio est sufficiens indicium ad condemnandum, & est communis opinio vt ibi per Clarum. De eo vero, qui moriens dixit, Non fui vulneratus a Titio, vide singulariter Baldum in l. 1. verbo sed pone testatur ita dixit circa vltimam. C. cóm. de leg. igitur ex his omnibus colligitur non esse huiusmodi testi adhibẽdam fidem, vt testatur Felinus in proprijs terminis in c. sicut, de testi. in 1. notabili, tum etiam, quia vt fatetur prima vice fuisse seductum, sic & modo potuit seduci, ex regula illa, quòd semel malus semper præsumitur malus in eadem specie mali, & malitia semel commissa præsumi
8 tur in præsens quo ad eandem speciem mali, glossa in dicta regula Malus.

QVARTA DIFFICVLTAS.

Vtrum eiusdem testis dicto stare debeat iudex, vt hac de causa non repetatur, sicque peccatum mor. deuitet.

SVMMARIVM.

1 *Testis vt repetatur, compellendus est per censuram ecclesiasticam à iudice ecclesiastico, & per mulctam a laico.*

2 *Iudex an etiam in causa criminali debeat iudicare secundum allegata, & probata, quamuis in conscientia certo sciat contrarium.*

3 *Epilogus eorum, quæ dicta sunt in præsenti consilio.*

CIRCA hanc vltimam difficultatem iudex ecclesiasticus viriliter agat, prosequẽdo causam, vt faciat ipsum repetere cum iuramento: iuxta glossam in ca. fina. extra de testi. Quod si fugit à facie iudicis, illum compellat per ec
1 clesiasticam censuram, † iuxta text. in c. 1. c. super eo. c. peruenit. 1. & c. c. cæterum, c. cum contra, in c. dilectorum, & notatur per Doct. ibi de testi. cogẽ. vel si est iudex secularis per mulctam, hoc est pœnam pecuniariam, vt ff. si quis ius dicent. non obtemper. l. 1. vel capiat pignora, sicut in tutoribus, & curatoribus nolentibus satisdare, quorum officium est publicum; sicut & testium Inst. de satisd. tut. §. fin. Quod si timet censuram, & venit ad repetitionem, & asserit se falsum deposuisse, est torquendus, potest tamen iudex maiorem adhibere diligentiam in testium repetitione, facit text. in l. 2. C. de eden. maximè si testes deponerent aduersus reum, ne innocens condemnetur, & adhibita diligenti inquisitione iudicare secundum alle
2 gata, & probata, † cum hoc procedat ẽt in causa criminali, quãdo iudex ex certa scientia priuata sciret reũ esse

inno-

innocentem, si tamen in iudicio probaretur sufficienter nocens. Ita D. Thom. 2. 2. quæst. 67. articu. 2. per tex. in l. illicitas §. veritas. ff. de offic. præsi. 3. q. 7. c. iudicet 11. q. 3. c. summopere. Exemplũ ponit Ias. in l. siue nostrum. ff. de iureiur. de iudice, qui vidit ꝙ Seius occidit Caium, & probatur p duos testes, ꝙ fuit Sẽpronius, & Sempronius metu tormentorum confitetur, & ratificet, & licet Theologi, & Canonistæ in c. 1. de offi. ord. discordent, vt dixit Sylu. in verbo iudex 11. q. 3. ea tamẽ videtur sanior sententia, ꝙ iudex faciat se remoueri ab officio, & alius iudex subrogetur, & ꝙ ipse postea sit testis, nam si iudicaturus esset, vt iudex, non posset sequi conscientiam propriam, sed deberet iudicare secundũ allegata, & probata, hoc est, iuxta illud, quod constat ipsi ex actis causæ, vt est gl. sing. in l. 2. in prin. verbo atrox. vbi Doctores ff. de ferijs Canonistę in c. pastoralis §. quia vero, de off. deleg. gl. & Doct. in c. 1. de re iud. in 6. & in c. 1. de offic. ordin. Verũ iudex ecclesiasticus ad euitãdam irregularitatem, si aliquis esset morti adiudicandus, vel mẽbri mutilatione plectendus, substituat iudicem secularem, iux. tex. in c. eps, ne cler. vel mon. lib. 6. Sed modo bre-
3 uiter quæ diximus perstringendo, habuimus in primo dubio depositiones testiũ ita demum valere, si repetãtur: quod si in repetitione reperiũtur uarij, illa depositio attenditur, quæ cõfirmatur in tormẽtis: quod si ex tali depositione quis ad mortẽ dãnetur, iudex morte sequuta erit irregularis, cũ illa cõtrahatur ẽt sine culpa. Vnde ad euitandã illam si iudex erit ecclesiasticus, constituat aliquẽ, qui veritate inspecta iustitiã exequatur. Sic ẽt effugiet ecclesiasticus irregularitatem, qui data licentia exhumandi cadauer occisi, & capta informatione veniret aliquis ex hoc morte plectendus, cũ exhumatio non sit causa propinqua, sed remota. Irregularitatem etiã effugiet Iudex ecclesiasticus, dans copiam sententiæ degradationis verbalis; Non tamẽ illã effugiet testificans in causa criminali, si ex depositione fuerit mors sequuta ẽt præmissa protestatione. Et hæc a nu. 1. vsq. 11. Circa secundum affirmauimus confessarium non posse absoluere testẽ, qui est animo paratus ad confirmandum falsum ad euitandã mortẽ, & quod diximus de teste, idem in reo, si sciret ob cõfessionem esse ad mortem iudicãdũ, modo sciat se iuridice a iudice suo interrogari. Et hæc a n. 1. vsq; ad 6. pariter ad tertium diximus non esse a iudice adhibendã fidem soli testi asserẽti sibi secreto se deposuisse falsum, ne eũ repetat, sed potest eũ cogere ad id per cẽsuram, vel mulctã, sic nec nullius testimonio credendum est quãuis religiosi, nisi sit iuratus in præiudiciũ tertij. Sic nec credendum assertioni cuiusquã in extremis agentis, ut se fuisse vulneratum ab aliquo, licet faciat sufficiens indicium ad inquirendum, & ad duos alios effectus, vt nu. 7. sic nec testi dicẽti se deposuisse falsũ, vel iudici se iudicasse ob pecuniã, vel notario se asserenti falsum fecisse instrumentũ. Vltimo diximus quid faciẽdum a iudice, qui certo scit reũ esse innocentem, ex actis tamen constat eum esse nocentem, vel contra, & quid faciet ad euitandam irregularitatem, vt in vltimo dubio. nu. 2. Et hæc saluo, &c.

D. Iacob. de Graff. a Cap.

CON-

CONSILIORVM SIVE RESPONSORVM, LIBER TERTIVS.

DE CLERICIS non residentibus.

Consilium præsens unica difficultate absoluitur.

An Episcopus habẽs canonicum seu clericum suæ ecclesiæ cathedralis, aut aliarum ecclesiarum ciuitatis, vel diœcesis suæ pro suo seruitio, cui interim subtrahit capitulum fructuum beneficij portionem, quæ eis contingit, possit præcipere canonicis, ut integrè ei dent, & assignent, quicquid ipse percepisset, si præsens esset, ac diuinis interesset.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest pro suo seruitio habere duos canonicos, Extende dupliciter absq; licentia capituli, non sic in alijs. nu. 3.*

2 *Episcopus potest canonicos cogere, ut sint in suo seruitio, modo sint duo, & nolentes uenire possunt puniri.*

3 *Seruiens episcopo dicitur seruire ecclesia sub nu. 3.*

4 *Canonicus non potest abesse absque licentia episcopi; absens tamen cum licentia potest reuocari, & si nolit reuerti, punit beneficio.*

5 *Præsentia differt ab interessentia.*

6 *Beneficia differunt a quotidianis distributionibus, sic & præbendæ, nu. 7.*

8 *Manualia beneficia an dicantur distributiones quotidianæ.*

9 *Distributionum quotidianarum appellatione ueniunt funeralia.*

10 *Clericus, qui principaliter interest pro denario, an sit simoniacus.*

11 *Residere uerbum multipliciter dicitur.*

12 *Celebrare assidue salua honestate qualiter capiatur.*

13 *Infirmitas iusta est causa ut percipiantur distributiones quotidianæ.*

14 *Casus superueniens recipit interpretationem secundum casum præcedentem.*

15 *Prælatus infirmus non repellitur, sed datur ei coadiutor.*

16 *Famulus infirmus an habere debeat salarium pro tempore infirmitatis, & quid de stipendiarijs, & Ambasiatoribus.*

17 *Infirmitas excusat a recitatione horarum & celebratione.*

18 *Distributiones quotidianæ dantur absentibus pro utilitate manifesta, & propria ipsius ecclesiæ.*

19 *Absentibus pro utilitate ecclesiæ an dentur aliqui dies ad quiescendum. num. 21.*

20 *Absens ex cã necessaria est priuilegiatus in ingressu, egressu, & regressu.*

22 *Canonicus, qui est in seruitio ecclesiæ fingitur residere.*

23 *Assidue celebrandi onus intelligitur, nisi sit in seruitio episcopi.*

24 *Episcopus potest præcipere capitulo ut assignet omnes fructus beneficij existenti in suo seruitio.*

25 *Priuilegium Apostolicum, ut quis integre percipiat fructus beneficij, qualiter intelligatur.*

26 *Priuilegium principis quod late sit interpretandũ qualiter intelligatur.*

27 *Infirmitas, & seruitium sedis Apostolicæ æquiparantur quo ad fructus beneficij.*

Epilogus eorum, quæ dicta sunt.

CIR-

CIRCA præsentem quæstionem an episcopus habẽs canonicum, siue clericum suæ ecclesiæ cathedralis, aut aliarum ecclesiarum ciuitatis, uel diœcesis pro suo seruitio, cui interim subtrahit capitulum fructuum beneficij portionem, quæ eis contingit, possit præcipere canonicis, ut integre ei dent, & assignent quicquid ipse percepisset, si præsens esset, ac diuinis interesset. Redemptoris crucifixi nomine inuocato, & Beatissimæ Mariæ semper Virginis suffragio implorato, præmitto primum, quod episcopus de iure cõmuni potest secum habere duos ca-
1 nonicos † iuxta tex. in cap. de cætero, ibi ne canonicis, donec in seruitio suo fuerint, & in c. ad audientiam in §. decernimus, ibi ut duo, vbi Host. & Doctor. de cler. non resid. Quod multo magis est hoc intelligendum de his, qui in seruitio Romani Pontificis morantur, ita textus in ca. cum dilectus, eodem titul. uel de his, qui beneficio iuris student in Theologia, qui integre per annos quinque percipere possunt de licentia sedis Apostolicę prouentus præbendarũ, & beneficiorum suorum. Qui omnes isti secundum Ioann. Andream possunt esse duo, & non plures, ne ecclesia patiatur defectum in ministris; secundo præmitto, quod idem quod diximus de canonicis ecclesiæ cathedralis, est extendendum ad alios clericos, uel canonicos aliarum ecclesiarum ciuitatis, vel diœcesis ipsius episcopi, ut possit illos cogere,
2 ut sint in seruitio suo, uel ad eum assequendum, qui solum sint duo: quare non posset cogere tres, aut quatuor, immo nec plures, quam duo possunt esse in suo seruitio, uel eum associari, ut diximus, idque ut præsentes in ecclesia habeantur, & ita suarum fructus integre percipiant præbendarum, ne in fraudem aliqui hoc faciant, uel procurẽt, & ecclesiæ seruitium diminueretur propter eorum absentiam, Ita, de hoc est glossa singularis, quam Panormitanus nõ meminit alibi aliã, seu textũ, quod de his mentionem faciat in d. cap. ad audientiam, uersic. ut duo in fine. Ita etiam tenet Anchar. ibi nume. 8. Quod si nolũt episcopo seruire absq; legitima causa, uidentur posse puniri arbitrarie, uel p subtractionẽ fructuum beneficij, uel per multam, aut alio modo. arg. tex. in cap. ex tuæ
3 §. 1. eod. tit. sed notandum quod potest episcopus inconsulto capitulo illos duos habere pro seruitio suo, & hoc secundum Hosti. in d. c. de cætero Habet enim episcopus ex priuilegio speciali, ut sibi seruientes percipiant præbendas: & ratio est: quia qui seruiunt episcopo, intelliguntur seruire ecclesię: Nam Ecclesia est in epõ, 7. q. 1. c. scire, & seruientes sibi eodẽ debẽt gaudere priuilegio, quo & ipse, xvi. q. 1. c. similiter. xij. q. 2. c. ecclesiarum seruos, arg. ff. de excusa. tut. l. iuris peritos, C. eodem. l. fin. Quod idem extende, si episcopus uellet alios clericos, qui non essent canonici. At in alijs plãtis inferioribus est capituli licentia requirenda, uel saltem probatio, quod propter necessitatem, uel utilitatem, ecclesię abfuerunt: tales enim interpretatione iuris residentes censentur, quamuis iurauerint personaliter residere, cap. ex parte tua in fine tit. nostro. Tertio, canonicus, qui nõ potest abesse ab ecclesia sua absque licentia
4 prælati sui † de consec. dist. 5. c. non oportet, ti. nostro. cap. relatum. §. 1. si abest ex iusta causa cum licentia, & pro utilitate ecclesiæ reuocatus redire nolit potest etiam priuari ipso beneficio, 7. q. 1. c. quia frater 16. q. 1. ca. qui uere ibi, neque communicare. Non tamen illud beneficium est alteri conferendum, quousque uacet de facto, cap. cum nostris, c. li

teris

teris de concess. præben. interim autem, quod noluit redire, episcopus, de fructibus beneficij faciet deseruire, de appellat. cap. peruenit 2. capit. cum ad hoc tit. nostro, & de eo, quod fuit absens ultra quam debuit siue in diebus festis, vel alijs puniendus erit, dist. 50. c. contumaces & 7. q. 1. cap. si quis presbyter. Quarto præmitto, quod aliud est quem esse præsentem, & aliud diuinis officijs interesseniem:
5 † nam præsens quo ad residentiam dicitur is, qui est in ciuitate, vel castro, ubi est ecclesia, licet non habitet in eius cęmeterio, facit tex. in cap. episcopus uilem, uersic. Hospitium dist. 41. At quo ad distributiones quotidianas ille dicitur pręsens, qui diuinis officijs interest, ut tenet Lapus alleg. 42. Gem. & Fran. in c. uni. tit. nřo in 6. Quinto pręmitto, q̃ beneficia differũt a quotidianis
6 † distributionibus, quæ proprie uocantur manualia beneficia. Hinc secũdum Gem. in d. c. vnico, §. 1. sequitur, quod licet quis ad beneficiũ canonice obtinendũ, & possidendũ debeat exprimere aliquod beneficium quod possidet, cap. ad audientiam el 2. cap. in nostra, de rescrip. Abb. Felinus, & Deci. in cap. ad aures tit. nostro, tamen si tacet distributiones quotidianas, non uitiatur, de quo, in cap. postulasti, c. si proponente, de rescript. sic nec huiusmodi quotidianæ distributiones computantur in ualorem præbendarum, latissime Oldrad. consil. 118. facit tex. in cap. fin. §. de illis, de concess. præb. Vbi istæ distributiones ponuntur ut diuersa ab eo, quod datur ratione præbendæ, Fel. in c. ad aures, uersi. Tertia decima conclusio, numero 14. de rescr. Hinc fit, quod fructus beneficij, uel præbendæ differunt a quotidianis
7 distributionibus, † quę uocantur per glossam in d. cap. de cætero, uictualia, & alibi per glossam 2. in cap. olim, de uerb. signific. manualia, & in cap. ultim. tit. nostro in 6. quæ dumtaxat dantur ijs, qui resident, & diuinis intersunt: nam hæ distributiones quotidianæ sunt tanquam stipẽdium eorum qui diuinis intersunt, cap. licet, de præben. & non ueniunt appellatione prouentum; quare si Papa dispenset, ut Canonicus absens percipiat prouentus suos, non poterit percipere quotidianas distributiones, ita Zabar, in d. cap. licet, numero 2. de præben. d. cap. vnico, uerbo fuerint. Ad hoc uide Archidiac. in cap. Sacerdos, 2. quæst. 1. verbo participant. Verum adnotandum secundum Panor. num. 6. Zabar. nu. 2. in d. cap. olim, quod licet glossa ibi dicat, quod manualia beneficia uocentur distributiones quotidianæ, tamen præfati, Doctores aliter sentiũt uolentes manualia beneficia ab illis
8 differre. † vnde pro intelligentia sciẽdum est, quod olim in aliqua ecclesia, ut erat in Padua, erant prębendę distinctæ, sicut hodie, sed ex omnibus redditibus certa portio dabatur cuilibet canonicorum pro uestimentis, & uictu, & illa appellabatur prębenda, & conferebatur resid ẽtibus, Arch. d. qui supra. Dabantur enim singulis diebus cuilibet canonicorũ tot libræ panis, & tot mensuræ uini, & certi denarij pro uictu. & ista appellabantur manualia beneficia, seu præbendæ pro uictu, & hæc dispensatus poterit habere, quamuis non residebat, ut uidetur uelle Zabar. in d. c. licet, q. 3. fuit, & postea distributiones quotidianæ pro interessentib. diuinis. An vero appellatione quotidianarum distributionum ueniãt
9 funeralia illa, † quæ inter eos manualiter diuiduntur pro interessendo illi actui, Lapus alle. 42. dicit quod sic concludens quod sicut consuetudo non facit, ut non interessenti debeãtur, d. c. unico, ita nec ualet consuetudo, ut interessenti non debeantur per locum ab oppositis: unde Gemin.

min.& Fran.in d.c.un.§.de distributionibus dixerũt,quod si capitulum canonicorum inuitatur ad sepulturam; non habebunt caeteros canonici, qui personaliter non uadunt ad funus,licet consuetudo contrarium disponeret,nisi in casibus in d. cap. exceptis,quod procedit secundũ eos etiam in his, quæ dantur septimo, trigesimo,uel alio die: sed cum distributiones quotidianę dentur tantum in singulis diebus,& singulis horis illis,qui solũ personaliter intersunt, ut melius ecclesiæ seruiatur, infertur dubium an scilicet is qui interest
10 pro denario, † qui non interesset pro Deo,& alius,qui ad horas canonicas,& exequias mortuorum,& similia potius pro denario, uel pro uẽtre implendo,quam pro Deo ad officium accedant, simoniam committant,uidetur quod sic,argumen.tex. in cap tua nos,de simonia &c. sicut pro certo. Ad hoc facit quod legitur, & notatur 1.q.1.cap. emendari.74. dist.cap.fin. in glos. sed argum.contra extra de præben. capit. significatum. Quare ad hoc respondet Hostiens. quod tales non committunt simoniam veram,cum nulla pactio, nulla conditio intercedat expressa, dicit tamen,quod tales peccant mortaliter,& simoniam commitunt mẽtalem, de qua sufficit sine dispensatione suo satisfacere Creatori, extra de simo.cap.ult.ita Hosti.in d. cap. olim,de uerbo. signific.& Nos in 4. par.nostrarum decis lib.2.c.96. nu. 38. & 39. vltimo præmitto, quod
11 uerbum residere † multipliciter capitur,ut etiam diximus in 1. par. nostrarum decis.lib.2.c.96.num.97. & 19. nam in constitutis in dignitate non ita amare est accipiendum, ut ab ecclesia nunquam discedant,iuxta textus. in lege si quid venditor, ff.de ędil. edict. de offic. Archidiacon.capitu.1. & 2.idem de his, qui habent diuersa beneficia,unum intitulatum, & alterum commendatum,de elect.cap. Dudum, quæ qualia sint,diximus ubi supra nu.20. & 22. & in his, qui habent beneficia prætendentia ad præbendas,de præben.cap.extirpandæ,& cap. exposuisti. Quandocunque hoc verbum strictius accipitur,ubi præbenda habet onus annexum (v. g.) ut quotidie celebret de sancta Maria,c.significatum,extra de præben. nam tunc non potest dimittere ecclesiam causa uoluptatis,uel alibi se transferre sine consensu illius,ad quem spectat collatio beneficij,sed assidue tenetur
12 celebrare † salua honestate, quæ in eo cõsistit, ut celebrare non obligetur uilibus uestimentis, uel calice æreo, uel ut bis, aut ter celebret in die,de consecrat.distinct. 1. capit. iudicet,uel in peccato mortali,uel si per somnium esset in nocte pollutus, dist.6.cap.1.Innoc.& Anton.in d.cap.significatum.sic strictius accipitur uerbum residere, ubi ecclesia habet unum ministrum solum, d.c. 1.Quandoq; latius, ubi sunt plures ministri,qui seruiunt per hebdomadas,distinct.54.c.consuluit.4. q.1.c. illud. Verum quoad distributiones quotidianas accipitur uerbum residere pro eo, qui interest diuinis, Franc.in d.c.unic. Anchar.& Zaba. in cap.ex parte,2 titul.nostro. Quibus sic præmissis. quos possit episcopus præcipere capitulo ut Canonico in suo seruitio existenti det integre omnes fructus,ac si diuinis interesset, comprehendendo etiam quotidianas distributiones,facit text. in c.ad audientiam,tit.nostro,ubi seruitium sedis Apostolicæ, & infirmitas æquiparantur, sed infirmitas iu-
13 sta,& rationabilis causa est,† ut quis possit percipere quotidianas distributiones,d.cap.unico,quem Archidia. Gemin.& Anchar.& Franc.sequuntur,modo infirmitas sit causa immediata non deseruiendi: nam si prius an-

ante infirmitatem non residebat, tunc infirmitas superueniens non
14 excusaret: quia casus† superueniens recipit interpretationem secundum casum pręcedentem, tex. est in c. maiores extra de baptis. Ita Anchar. in cap. 1. nu. 6. de clerico ægrot. ergo idem dicendum erit de seruitio siue sedis Apostolicæ, siue episcopo impenso, Cur autem infirmitas sit causa sufficiens ad percipiendas quotidianas distributiones, est, quia hoc ipso satis punitur, quod infirmus est: quia nō debet addi afflictio afflicto 7. q. 1. c. cum percussio, de cl. ægrot. c. 1. & cap. ex parte. Non enim ei debet pœna in culpam uerti, dist. 1. ca. 1. in fine, &c. ad eius c. Immo potius est miserendum, & compatiendum, 3. quæst. 9. cap. inducas, extra de censi. capit. licet nec duplici damno debet quis affici, ff. de iur. dot. l. iure succursum, Vnde fit, quod prælatus infir-
15 mus non repellitur, † sed datur ei coadiutor, 7. quæst. 1. cap. quamuis, & famuli ægri, quos curamus, seruire intelliguntur, ff. de statu liber. lege tertia, §. Stichus, & tempore infirmitatis pascendi sunt, ff. commod. l. in rebus, §. possunt. Nam seruire intelligūtur, qui propter aduersam ualetudinem impediuntur, d. §. Stichus. Quod intelligo secundum Bar. in l. si cum dotem, §. sin autem, ff. solu. matrim. & in l. si in rebus, ff. commod. quo ad expensas paruas, quia quo ad magnas, ut si egeret magna cura, & diuturna, & esset exponenda magna quantitas pecuniæ, secus esset, quatenus esset famulus, qa ut proximus est, si famulus nō habe ret, unde sibi subueniret, & Dominus esset diues, ad illas teneretur.

Quod est notandum contra diuites mittentes famulos inopes ad hospitalia, cum ipsi ex charitate debeant eis subuenire, immo etiam ex causa infirmitatis, (nisi famulus dederit causam infirmitati,) debet habere
16 salarium † pro tempore, quo fuit infirmus, cum seruire intelligatur, glossa in cap. ad audientiam, tit. nostro verbo infirmitas. Innocent. in cap. propter sterilitatem, extra loca. Gemin. in dicto cap. unico, vbi dicit, quod doctori, uel famulo nō est subtrahendum salarium propter infirmitatem, idem tenet glossa in l. de arboribus, § de illo, ff. de vsufru. Aufrer. ad decis. Tholos. 269. & 360 ubi etiam ampliat ad stipendiarios, & Ambasiatores. sic etiam infirmitas
17 excusat a celebratione missarum, quamuis onus sit præbendæ appositum, ut sacerdos quotidie celebret, cap. significatum, de præben. Item a recitandis horis, capit. 1. ubi Abb. de celebr. miss. Secundo seruitium ecclesiæ, & episcopi æquiparātur: nam vt dixit Hostiens. in d. cap. de cætero, qui seruit episcopo, dicitur seruire ecclesiæ. quia ecclesia est in episcopo, sed utilitas ecclesiæ causa est sufficiens, ut quis non priuetur stipendio debito pro seruitio personali, & ita distributionibus quotidianis, d.
18 cap. unico, modo vtilitas sit euidēs, & non occulta, contra illos, qui simulant se mitti pro negotijs ecclesiæ, ut interim distributiones recipiant, & utilitatem nolunt propalare: Et ut sit utilitas ipsius ecclesiæ, de cuius distributionibus quæritur, nam alterius utilitas non iuuaret, Gemin. & Ancha. in d. cap. vnico, vbi dicit, Gemin. quod absenti pro utilitate ecclesiæ consuetudo potest il-
19 li dare aliquos dies † ad quiescendum, non solum, dum proficiscitur, ut notatur de offic. ordin. cap. quamuis, quia si propter laborem itineris quis quiescit, dicitur continuare actum, Vnde absens ex causa necessaria priuilegiatus est in ingressu pro-
20 gressu, & regressu, ita notatur per Anchar. in cap. quia diuersitatem, nu. xi. de concess. præben. nam tempus absentiæ computatur pro serui-

tio,

tio,l.qui mittuntur §.pen. ff.(ex quibus cauſ. maior. Bal. in l.liberti, verſic. dubitatur etiam, C.de op.libert. ex quo collige argumentum, quod ſi eſt data alicui ſecuritas ueniendi in aliquem locum, intelligitur etiam data de ſtando, & recedendo, notat Bar.in l.1.ff.ad l. Iuli. Maieſt. facit, ff.ex quibus cauſ.maiores,l.ſi cui,§. tamdiu, & l.miles eod.titul. Bartol. in l.fi. ff.de ſepulcro uiola. ſic teſtes, qui debent uenire ad iudicem pro teſtimonio ferendo, debet illas habere in ueniendo, ſtando, & recedendo, Francus in cap. ſtatutum §. pro ferendo, de reſcript. in 6. quæ ſunt a principio ſoluendæ in pecunia, ut ſenſit gloſſa penult.in d.§.& ibi Anchar.nu.2.igitur non ſolum proficiſcenti ſunt aliqui dies aſſignati ad quieſcendum, ſed etiam poſtquam peruenerit, unde dixit Archidiac. in d.c.unico in princ. in uerbo improbantes, quod ſi alicubi eſſet ſpecialis conſuetudo, quod canonicus deſertis ueniens per tres dies, uel plures

21 † in ſua domo moram faciens percipiat quotidianas diſtributiones, quãuis non uadat ad eccleſiam, non uidetur cadere in pœnam illius conſtitutionis, in d.cap.unico, quæ intelligitur, quando continuè volunt recipere, vel recipiebant, ac ſi continuo deſeruirent. Igitur ut quis pro utilitate eccleſiæ poteſt percipere quotidianas diſtributiones, ita etiam uidetur pro ſeruitio epiſcopi, cum hæc æquiparentur: His tamen non obſtãtibus contraria ſententia uerior eſt, quod canonico donec in ſeruitio epiſcopi fuerit, nihil ſubtrahi eis debet, uel auferri quod de cõmunitatis beneficio debetur, niſi forte ſint uictualia, quæ non conſueuerunt abſentibus exhiberi. Vbi gloſſa in uerbo victualia dicit. id eſt diſtributiones, ita eſt tex. in cap. de cætero tit. noſtro: ratio autem, quare debeat habere fructus beneficij, eſt, quia canonicus, qui eſt in ſeruitio epiſco-

22 pi, fingitur reſidere: † nam ſeruiens epiſcopo dicitur ſeruire eccleſiæ: talis enim interpretatione iuris reſidens cenſetur, & quamuis iurauerit perſonaliter reſidere, non dicitur uenire contra iuramentum, eodem tit.cap.ex parte 2. uidetur enim abſens ex probabili cauſa, qui cum epiſcopo eſt, vel equitat, d.c.de cætero, & c.relatum ti.noſtro. Quare debet habere fructus ſui beneficij; quia cũ non ſit in culpa, non debet eſſe damnoſum, de elect. in 6.cap.cum eccleſia. Quod etiam procedit in canonicis abſentibus pro ſeruitio Papæ, nam ſunt aſſignandi fructus præbendarum ſuarum, cum dicantur præſentes, qui in ſeruitio Romani Pontificis ſunt, cap.cum dilectus filius, tit.noſtro. Immo dixit Anchar.in ca. ſignificatum, de præben. quod licet præbendæ ſit appoſitum onus aſſiduè celebrandi, tamen licitum eſt il-

23 li dimittere eccleſiam † ex aliqua rationabili cauſa, ut in ſeruitium epiſcopi, non obſtante pacto, quia ius & conſuetudo informant pacta, & ſecundum ius commune, & conſuetudinem recipiunt intellectum, l. quæro, §.inter locatorem, ff. locati, ut patet in d. text. in cap. ſignificatum. Vbi Aduerbium aſſidue interpretatur Papa ſalua honeſtate, & reuerentia. Sic uerbum reſidere interpretatur, ut dicatur præſens, qui eſt in ſeruitio epiſcopi, aut Papæ, non poteſt alterare diſpoſitionem iuris. etenim quamuis præcipere poſſit canonicis, ut aſſignẽt commoranti in

24 ſuo ſeruitio † omnes fructus, quos percipiebat, ac ſi eſſet reſidens, facit tex. 16.q.1.c.nos autem, 23.q.1.cap. ult. 11.q.3.c.quid ergo, non tamen, ut aſſignent quotidianas diſtributiones, quæ non debentur niſi reſidentibus, & intereſſentibus diuinis, ut ſupra diximus. igitur illud Aduerbium integre refertur ad omnes fructus

ctus beneficij, & non ad quotidianas distributiones. Nam si priuilegium Apostolicum, vt quis integre percipiat fructus, qui in ecclesia resi
25 dentibus dantur, † restringitur solum ad fructus beneficij, & non ad quotidianas distributiones, quamuis in ecclesia alij non sint, quibus propter seruitiũ distributiones quotidianæ essent debitæ, iuxta communem, quam testatur Ioann. Andreas in cap. ad liberãdum, de Iudæis: quia tunc dictæ distributiones applicabuntur alicui vtilitati ecclesiæ iuxta notata de rescrip. in 6. cap. fi. & glossa in clem. 2. de vita, & hon. cler. ergo multo magis non erit extendendum præceptum Episcopi, & licet indulgentia principis sit latè interpretanda, C. de sent. pass. l. 1. ff. de cõ
26 stit. pecu. l. fin. de verb. signifi. cap. olim, non tamen in graue præiudicium tertij, capit. ex tuarum extr. de auth. & vsu pall. & multò minus in præiudicium diuini cultus, extra de const. cap. pen. & vt per eam tollantur iura spiritualia aliorum, nisi de distributionibus quotidianis fiat specialis mentio, de const. in 6. c. fin. Et tenendo hanc opinionem, facile est respondere ad contraria, & primò ad tex. in d. c. ad audientiã, quod infirmitas, & seruitium sedis Apostolicæ æquiparantur. Respondeo, quod æquiparantur quo ad fructus
27 beneficij, † non tamen quò ad quotidianas distributiones, cum habeamus iura expressa, cap. de cætero, & cap. cum dilectus, quæ contrarium dicunt, & text. in cap. olim, §. adijcimus, & c. vnico volunt, vt duo coniunctim sint, vt quis habeat quotidianas distributiones, vt sit præsẽs, & intersit diuinis, & sic etiam respondetur ad secundum, quod seruitium ecclesiæ, & Episcopi æquiparantur quo ad fructus, non tamẽ quò ad distributiones quotidianas: nam illę debentur absentibus pro vtilitate manifesta, & propria ipsius ecclesiæ, de cuius distributionibus agitur non tamen pro seruitio ecclesiæ, sed modo breuiter reassumendo quæ diximus, habuistis posse Episcopum duos canonicos inconsulto capitulo, vel duos clericos secum habere pro seruitio suo, qui debent habere fructus beneficiorum suorũ, ac si residerent, & nolentes venire, possunt arbitrariè puniri. Sed in alijs prælatis inferioribus necessaria est vel fides de vtilitate, aut necessitate ecclesiæ, vel licentia capituli. & hæc à numero primo, vsque 4. Hi tamen duo canonici non habebunt distributiones quotidianas, quæ differũt a fructibus beneficiorum, vel præbendarum, vt numero 6. & 7. veniunt tamen earum appellatione funeralia, vt numero 9. Qui tamẽ principaliter intersunt ecclesiæ potius pro illis lucrandis, quam pro Deo, mentaliter sunt simoniaci, & mortaliter peccant: licet possint absque dispensatione Deo satisfacere per pœnitentiam, vt numero 10. Hæ igitur distributiones requirunt præter præsentiam interessentiam: nisi sit infirmus, modo infirmitas sit causa nõ interessendi: quod declara, vt numero 13. vsque 17. & nisi sit absens ob vtilitatem ecclesiæ suæ, & vtilitas sit euidens, vt num. 18. quo casu est priuilegiatus ĩ ingressu, progressu, & regressu, Immò etiam ex consuetudine per tres dies potest percipere quotidianas distributiones, vt nu. 20. & 21. Et hæc salua, &c.

D. Iacob. de Graffijs à Cap.

DE CLERICIS NON RESIDENTIBVS.

Consilium hoc secundum vnica difficultate absoluetur.

Cum ius commune pro residentibus habeat familiares Papæ, vt habetur

betur in capit. dilectus titu. nostro. Quæritur modo, Qui horum nomine comprehendantur.

SVMMARIVM.

1 *Familiares Papæ dicũtur, qui ex præcepto Papæ ibi morantur.*
2 *Tabelliones Curiæ Romanæ conductitij an inter illos numerentur.*
3 *Seruiens Papæ, vel Romanæ ecclesiæ omnibus seruire dicitur.*
4 *Roma mater est omnium, et magistra ecclesiarum.*
5 *Cardinales sunt magis familiares Papæ, quam alij.*
6 *Cardinales quare sic vocentur.*
7 *Cardinalium priuilegia 12. vide remissiue.*

CIRCA hãc quæstionem, Qui nomine familiariũ Papę comprehendãtur, dico prius inuocato Dei nomine, & Beatissimæ Mariæ semper Virginis implorato suffragio, quòd familiares Papæ ij sunt, qui ex præcepto Papæ Romæ morantur:
1 † Quare fit, quod si ibi morentur voluntate propria, carent priuilegio, d. cap. cum dilectus, argum. ff. ex quib. cau s. maior. l. sed etsi per prætorem, §. fi. in fi. & l. inter eos, §. 1. Hinc nedum Capellani, sed etiam superiores modo faciant Papæ obsequium, gaudent priuilegio dicti capituli, alias non. extra de cleric. coniug. ca. quod a te, & cap. fi. nam cessante causa debet cessare effectus, extra de apel. cap. cum cessante. extra de voto, cap. magnæ. Hinc etiam fit, quod ta
2 belliones curiæ Romanæ, & conducticij non debent hoc priuilegio gaudere, sed debent esse contenti suis lucris. Ita Host. & Anchar. in d. capit. cum dilectus. argum. tex. 23. q 1. ca. militare extra de vita, & honest. cleric. c. fi. Igitur non quicunque est in curia, dictum priuilegium habebit, sed qui ex præcepto Papæ ibi morantur. Atquare familiares Papæ hoc beneficio potiantur, est, quia qui seruit Papæ, vel Romanæ Ecclesię, omnibus seruit, d. cap. cum dilectus, extra de postulat. præl. c. bonæ, 1. ff. de excusat. tut. l. iurisperitos, de censib. capit. cum instantia: nam & Roma communis est patria, ff. ad munic l. Roma. de foro comp. cap. fin. Vnde qui moratur Romæ de præcepto Papę, singulis ecclesijs dicitur seruire, extra de postul. prælat. cap. 1. cum ip
4 sa sit mater omnium, † & magistra, & gerit sollicitudinem, siue curam omnium ecclesiarum, vt habetur in proœ. lib. 6. & in d. c. cum instantia. Nec etiam a familiaribus Papę sunt secernendi Domini Cardinales, qui
5 sunt † magis familiares, quam alij, & principalius seruitio ecclesię insistunt, qui etiam assumunt partem ponderis diei, & æstus, sicut & illi, qui in partem sollicitudinis sunt vocati, capit. ad honorem, de aucto. & vsu pall. & de quorum consilio summus Pontifex agenda ordinat, & disponit, extra de elec. cap. fundamenta, §. decet, & sunt sibi collaterales, extra de offi. de leg. c. excommunicatis, & c. officij eod. tit. lib. 6. Vnde vt pars corporis sui esse videntur, ff. de excusa. tut. l. iurisperitos. C. ad l. Iul. Maiest. l. quisquis. 6. q. 1. c. verum. de pœn. lib. 6. c. felicis: igitur cum Domini Cardinales seruiant sedi Apo-
6 stolicæ, quæ axis est, & cardo † aliarũ ecclesiarum, 22. distin. cap. sacrosancta, merito hoc priuilegio potiũtur, glossa in extrauag. vnica verbo Cardinalibus, de præben. & dignit. Io. xxij. Immo etiam cum Cardinali hoc habet priuilegium residens cum eo, & de hoc in curia expressa constitutio promulgata dicitur, & de consuetudine curiæ sic seruatur: ita Hostiens. in dicto capit. cum dilectus, circa finem. Et hoc est priuilegium speciale, si quis tamen curiosus

riosus vellet videre nouē priuilegia
7 †Dominorum Cardinalium, videat glossam in verbo sublimitatem in extrau. vnica Io.xxij. de præben. Et hæc saluo, &c.

D. Iacobus de Grassijs a Capua.

DE PRAEBENDIS.

Consilium I.

Paulus testamento iussit per suū hæredem capellam, seu altare construi in parochiali quadam ecclesia, atq; vt vnus eligatur presbyter per Episcopum loci, qui ter in hebdomada rem diuinam faciat pro anima sua, & suorum, presbytero relinquēs aureos 15. singulis annis, vnde testatore defuncto, atque constructo altari cum auctoritate Episcopi fuit electus quandoque presbyter, Nonnunquam clericus in minoribus ordinibus constitutus, maior tamen annis quatuordecim, & aliquādo presbyter duas, vel tres alias habens capellanias in diuersis ecclesijs: Quare cum fieri nequiuerit, vt personaliter ipse cuicunque capellaniæ satisfaceret, per alium faciebat deseruire, dans illi aureos, verbi gratia) vij. vel viij. & reliquos ipse capiebat, idemque faciebat clericus in minoribus ordinibus constitutus: Immò nec recitabat horas canonicas. Contingebat etiam quandoq; quòd presbyter missis celebrandis in altari prædicto alibi satisfaciebat pro anima testatoris; Modo dubitatur de multis, & ita

Consilium hoc quatuor difficultatibus absoluetur.

I. An appellatione beneficij ecclesiastici veniat altare, seu capellania: ita quòd Capellanus non existens in sacris, & faciens per aliū deseruire, teneatur ad horas.

II. An capellania requirat personalem residentiam, adeò vt ipse, & non alius deseruire teneatur.

III. An quis possit retinere plures capellanias.

IV. An Capellanus satisfacere possit oneri iniuncto etiam alibi, quam vbi fuerit constructa ecclesia.

Prima Difficultas.

An beneficij ecclesiastici appellatione veniat altare, seu capellania: ita quod capellanus non existens in sacris, & faciens per alium deseruire, teneatur ad horas.

SVMMARIVM.

1 *Capellania institutio inspicienda, An altaria, quæ dantur in titulum perpetuum, dicantur beneficia.*

2 *Hospitale auctoritate Episcopi erectū gaudet priuilegio clerici quo ad bona.*

3 *Laicus ex re prophana non potest facere sacram.*

4 *Hospitale sine auctoritate Episcopi fundatum potest redire ad humanos vsus eo viuente, non tamen post mortem, idem extende ad capellanias. num. seq*

6 *Ecclesia consuetudine potest præscribere contra laicum.*

7 *Beneficium, ut dicatur ecclesiasticum, multa dantur signa*

8 *Laicus licet possit præsentare ad beneficium, non tamen conferre, nisi solum ex priuilegio Apostolico.*

9 *Laicus etiam destinatus ad clericatum non est capax benefiii*

10 *Episcopi auctoritas requiritur in constructione rei religiosæ. numero 11.*

11 *Beneficium si testator dixerit se velle fundare fundatum non dicitur, nisi expresse Episcopus approbet.*

13 *Beneficium ecclesiasticum non potest tolli, nisi in casibus infra.*

14 *Capellanus qui non est in sacris, tenetur ad horas, sub pœna nu.16.*
15 *Obligatio recitandi horas est onus personale.*

IRCA præsentem difficultatem Redéptoris crucifixi nomine inuocato, & gloriosissimæ Virginis matris Mariæ suffragio implorato. An appellatione beneficii ecclesiastici veniat altare, seu capellania: ita, quòd capellanus non presbyter faciens per alium deseruire, teneatur ad horas. Respondeo quod inspicienda est institutio capellaniæ, vt altaria, quæ dantur in titulum perpetuum, dicātur beneficia ecclesiastica; nam
1 si institutione Episcopi † auctoritas interuenerit, hoc est, si Episcopi auctoritate erecta, & instituta fuerit capellania, pro beneficio ecclesiastico haberi debet: ita notat glossa ordinaria 1. in fine, in clemen. si beneficiorum, de decim. vbi habetur illa esse beneficia ecclesiastica, quæ sic sunt per Episcopum ordinata, prima quæstione tertia, cap. quæsitum, & cap. penult. extra de præben. cap. significatum. Sic locus auctoritate Episcopi deputatus ad hospitalitatis vsum religiosus est, & ad mundanos vsus redire non debet, capit. ad hæc, de relig. dom. Vnde sequitur magnus effectus, quod gaudet priuilegio clerici quò ad bona, vt dixit
2 Ancharan. in dicto capitu. ad hæc. Per quæ verba consului Rectori hospitalis constructi auctoritate Episcopi, qui iuxta dispositionem testatoris tenetur singulis annis tali die dispensare in panibus modios quindique frumenti pauperibus, non teneri ad solutionem gabellæ, quæ pro emptione panis imponitur: cum sit hospitale fundatum auctoritate Episcopi. Verum si sine nulla Episcopi auctoritate altaria erigentur, & tunc beneficij ecclesiastici rationem habere non poterit: ita glossa a contrario sensu in dicta clement. si beneficiorum: quia non potest priuata persona ex re prophana rem sacram facere. Immo nec reli-
3 giosam, dicto cap. ad hæc, licet de iure ciuili poterat facere religiosum locum, vt sepeliendo defunctum in alieno sepulchro de voluntate domini, l. 2. de religio. & sumpt. fune. Hinc fit, quod hospitale ædificatū, seu deputatum sine auctoritate Episcopi potest redire ad humanos v-
4 sus, quod intellige eo uiuente, qui ædificauit hospitale, & inde tractu temporis tollere lectos, & reducere ad statum pristinum, pro hoc capit. inter dilectos, & quod ibi notat Innocen. extra de donat. secus vbi decessit is, qui hospitale construxit, per authen. de eccles. tit. §. si quis ędificationem: ita Panorm. in dicto capitu. ad hæc, sed aduerte, quod licet hospitale ædificatum auctoritate Episcopi; dicatur locus religiosus, ita vt non possit transferri ad humanos vsus, non tamen dicitur beneficium ecclesiasticum, cum eius prouentus debeat conuerti ad sustentationem pauperum, vt dixit Zabarel. in clemen. quia contingit, quæstione duodecima, de relig. do-
5 mi. sic nec capellaniæ, † quę fundantur, seu donantur per laicum in suis proprijs fundis absque auctoritate diœcesani, non possunt libere conferri per hæredes talium fundatorū absq; & sine alia præsentatione diœcesani, vel alterius superioris facienda illis, quibus placet iuxta dispositionem testatoris, modo conferantur idoneis personis, ad hoc iuxta notata per Guilielmum de monte Lauduno in Clem. gratiæ, de rescr. & ratio est: quia ex quo non sunt auctoritate diœcesani institutæ, non sunt beneficia ecclesiastica, sed prophana, vt per Ioan. Fab. inst. de rerū diuis.

diuis.§.nullus.licet possit ecclesia cõ suetudine contra laicum præscribe
6 re.† Vnde si certo annorum tempore, videlicet quadraginta quater, ter- ue, aut etiam bis capellaniam Episcopus contulerit, aut in ea instituerit clericum nominatum, & oblatũ a laico, haberi debet pro ecclesiastico beneficio: vnde etiam si capellania prima sua institutione, & origine beneficium non fuerit, progressu tamen temporis in beneficium ecclesiasticum transire potest, si Episcopi auctoritate instituitur, vel conferri solet, alioquin minime: Hoc autem sic probatur: multa dantur signa, quibus cognosci poterit beneficium ecclesiasticum, vt notat Anto.
7 de Butrio. in cap. in nostra, † nu. 19. de præben. & primum ex qualitate personæ prouidentis, vt quia de tali non prouidet, nisi prælatus Ecclesiasticus, vel persona ecclesiastica: nam propter hoc cognoscitur, quod est ecclesiasticum: quia laicus realiter hoc non potest, licet præsentet, de concess. præben. cap. fin. de iure patron. cap. 1. & per totum, nisi hoc haberet ex priuilegio Papali, qui solus hoc concedere potest, vt notatur de hoc
8 cap. quod sicut, cap. Massana. capit. sacrosancta, extra de elect. Et ita est rex in hoc regno, qui ex priuilegio habet potestatem conferendi aliqua beneficia. Facit text. distin. 63. capit. Adrianus, & cap. seq. vbi ius spirituale competebat Imperatori secundũ Hostien. & Compostellam ex priuilegio sedis Apostolicæ, cui tantummodo spectat concedere hoc priuilegium, ita quod laicus efficiatur incapax spiritualium actiuè, & passiuè, vt notatur extra de iudic. cap. 2. de consuet. cap. quanto. Do. Anton. in d. cap. Massana. Zab. in d. c. quod sicut oppos. 5. quod tamen priuilegium in d. cap. Adrianus postea fuit reuocatum, vt distinct. 63. §. verum. Secundò cognoscitur ex qualitate actus, cui assignatur: quia ecclesiasticum beneficium non assignatur nisi clerico, de rescript. capitu. cum adeo, extra de transact. capit. ex litteris, immo dato, quòd laicus haberet propositum se ordinandi, & destina-
9 tus esset ad clericatum, † non tamen est capax beneficij, vt concludunt Innocen. Io. Andr. & Docto. in c. 2. de instit. Abb. in d. capit. cum adeò, quod sic obseruasse Bonifacium in persona sui nepotis dixit Archidiac. 12. quæst. 1. cap. pen. facit tex. in ca. religioso, de sent. excommu. in 6. vbi ante emissam professionem non potest quis dici religiosus, licet sit intra annum probationis. Tertiò ex qualitate beneficij: quia habet aliquid spiritualitatis annexum, & quid perpetuum, vt dist. 70. c. sanctorum. dist. 33. c. præcepta, glos. in clemen. 2. §. vt autem verbo committatur, de relig. Dom. Quartò, vt altare sit constructum auctoritate Episcopi, vt patet per Hostiens. in summa de ecclesia ædific. §. cuius auctoritate, vbi dicit, quòd in constructione
10 cuiuscunque rei religiosæ † debet interuenire consensus Episcopi, & auctoritas, alias nihil agitur: Hinc Felinus cons. 43. num. 3. dixit, quòd licet fundator beneficij exprimat se
11 velle creare beneficium, † non tamen per hoc est beneficium, nisi Episcopus expresse approbet, glossa 1. circa finem, in clem. 2. de dec. Abbas in c. recolẽtes, in verbo altaria, in glossa de statu monach. Dec. consil. 210. num. 4. Quare arbitror in tali materia non posse in conscientia tutum dari responsum, nisi prius visis, & ponderatis verbis testatoris, facit tex. in cap. porro, de priuil. cap. licet vbi Bald. nu. 1. de transl. Epi. Igitur cum hæc omnia reperiantur in huiuscemodi altaribus, dicuntur beneficia ecclesiastica: nã altare fuit fundatũ auctoritate ecclesiastica, eligitur persona ecclesiastica, cõfertur per-

sonæ ecclesiasticæ, & non ad libitū, sed in perpetuum, ergo. Ita Nauar. libro 3 de præben.cons.5.& 6. Hoc etiam habetur per glossam in d.clement.2.per Guliel.de monte Lau in extrauag. execrabilis,in glossa super verbo dispensatione,versi.quid erit, de consuet. probatur etiam per cap. secundo,de conces.præben.ita tenet Gemin.in cap.1.num.14. de conces. præben.in 6. Alias secus, vnde dixit Nau.in d.cons.5. quod si altare non fuerit erectū auctoritate iurisdictio-
12 nis ecclesiasticæ, sed solum auctoritate priuata laica testatoris, non dicitur beneficium ecclesiasticum, sic si altare non est datum in titulum perpetuum,quia potest presbyter amoueri ad libitum, non dicitur propriè beneficium ecclesiasticum,quia propriè dicitur perpetuum, quod nō potest tolli,c.inuentum,distin.51. nisi illud tollatur ob aliquod crimen,ob quod veniat illo priuandus, vt sunt homicidæ,simoniaci,†adulteri,con-
13 cubinarij,qui post monitionem non resipiscunt, excommunicationē substinentes per annum,vel vltra,iuxta Abbatem,& alios in cap.1.de iudic. periuri,Felinus in cap.ex parte,de rescript. Parisius de resignat. benefic. lib.5.q.6. Hinc infertur, quòd cum altaria dentur in beneficium perpetuum, & dicantur beneficia, teneatur Capellanus intitulatus, qui non est in sacris, recitare horas Canoni-
14 cas,quamuis deputauerit Vicarium, qui beneficio deseruiat, & est communis, & etiam si dederit ei partem beneficij,vel omnes fructus. Sic cæteri beneficiarij non releuantur ex hoc ab onere recitādi horas, per hoc quod Capellanos habeant,qui ecclesijs sibi collatis ministrent, sicuti nec ordinatus in sacris ab eodem releuatur onere, si alicui mandet, vt per se horas canonicas dicat, quorum ratio vna est: quia obligatio di-
15 cendi horas est personalis, † id est coniuncta personis ipsis, quæ ad ordinem sacrum,aut beneficium promotæ sunt;ideo cum onus sit personale, personam non transgreditur, argum.text.in l.quia tale,ff.solu.matrimon.Ideo nisi per seipsos eas persoluant,non satisfaciunt, ita Medi. c. de oratione quæst.7. versic. sequitur vltra. Qua tamen pœna punian-
16 tur beneficiarij † non recitantes horas,adest Concil.Lateran.sess.4 sub Leone decimo, quod priuat fructibus beneficij, & quandoque ipso beneficio, licet Sotus de iustit.& iure quæst.5.ar.6.libro 10.dicat constitutionem non fuisse vsu receptā quoad priuationem beneficij. Menoch. vero de arbit.casu 429.dicit arbitrio iudicis puniri omittentem recitare horas canonicas,& in curia Archiepiscopali Neapolitana vidimus clericum, qui vltra decem annos non recitauerit diuinum officiū, eo fuisse priuatum.

SECVNDA DIFFICVLTAS.

An Capellania requirat personalem residentiam, adeo vt ipse, & non alius deseruire teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Capellania an sit similis beneficio curato.*
2 *Residentia personalis in simplici beneficio non est necessaria.*
3 *Residentia personalis vbi non requiritur sufficit per alium deseruire.*
4 *Capellanus cum onere celebrandi,infirmus an teneatur per alium celebrare.*
5 *Dominus famulo tempore infirmitatis non tenetur ad salarium, sed sic ad modicas expensas.*
6 *Capellania quare principaliter videatur esse instituta.*

Cir-

IRCA præsentem difficultatem, quod requirat personalem residētiam, facit, quia licet capella non sit propriè curata, quia animarum curam propriè non habet, est
1 tamen similis curatæ, † quæ personalem residentiam requirit. Ad hoc enim construi mandauit testator, & in ea presbyterum eligi, vt in illa officiaret pro anima sua, & ad hoc reliquit dotem, vt presbyter possit viuere: hoc autem sine personali residentia fieri non potest. Si igitur personalem residentiam requirit, fit, vt ipse, & non alius deseruire teneatur. Sed in contrarium facit, ꝙ capellania, seu altare cum non sit curatum: quia nec populum, nec parochiam habet, nec iurisdictionem, & nec potestatem ligandi, vel soluendi, extra de elect. capit. dudum 2. fit, vt non requirat personalem residentiam: quia de iure hoc non est cau-
2 tum in simplici beneficio, † vt est capellania, quamuis ad alium finem non detur, nisi vt in illa ecclesia non curata diuina officia celebrentur: nā sufficit vt in tali ecclesia diuina officia per alium celebrari faciat, ita Lapus alleg. 116. & 117. facit glossa in verbo non obuiet, capit. super eo, de præb. in 6. vbi sufficit deseruire per
3 Vicarium, † quando a iure non exigitur personalis residentia, ita idem Lapus allegat. 36. num. 4. vnde non obstat contrarium, scilicet requiri personalem residentiam, ex quo ad hoc ędificata fuit, vt ibi missa diceretur pro anima testatoris per presbyterum ad hoc electum, quod fieri nequit sine personali residentia presbyteri: quia hoc idem esset in qualibet ecclesia non curata, quæ ad aliū finem non construitur, nisi vt in illa diuina officia celebrentur, & tamen ius in tali ecclesia non arctat rectorem ad continuam residentiam sacrificandi: sed sufficit vt inibi diuina officia celebrari faciat per alium idoneum: ergo pari ratione idem dicendum est, si celebrari faciat per alium æquè idoneum in dicta capella, Lapus in dicta allegat 117. Sed dubiū vertitur quotidianum in praxi. Ponamus, quòd huiusmodi sacerdos habens capellaniam, cum onere celebrādi missas, pro se illas celebret,
4 † an teneatur illas per alios celebrari facere tempore infirmitatis, cum infirmitas videatur esse iustum impedimentum, ita quod etiam tali tempore debeantur distributiones quotidianæ, cap. vnic. de cler. non resid. in 6. facit etiam tex. in cap. significatum, extra de pręb. vbi excipitur corporis infirmitas ab onere celebrandi quotidie missam de sancta Maria. Respondeo, quòd cum capellanus censeatur locare operas suas tanquam famulus, glossa in ca. significatum, verbo ita quod, arg. 10. quæst. 3. cap. relatum. & 12. q. 2. cap. charitatem. & cap. quicunq; 2. de simonia, & Dominus non teneatur
5 iuxta veriorem opinionem, † quam ponit Bart. in l. si vno, §. cum quidā, ff. locati, Franchus in d. cap. vnico, §. qui vero, famulo infirmo salarium dare, sed tantum cibaria, ac modicas, & tenues expensas per modicū tempus, nempe per hebdomadam, vel plus, Abb. in cap. 1. de cler. ægro. Couar. libro 3. var. resolu. c. 13. fit, ꝙ capellanus per octo, vel decem dies ad plus poterit recipere reditus capellaniæ per se, & postea tenetur ꝑ alios celebrari facere missas: ita tenet Petr. Nauar. de restit. lib. 2. c. 10. & ratio secundum eundem est: quia
6 capellania † videtur esse beneficium principaliter institutum ad onus celebrandi missam, & secundario ad sustentationem ministrorum pro tēpore, quo celebrant missas: vnde vt capellania habeat huiusmodi onus, non decet illas habentes, vt tempore infirmitatis dentᵉ reditus. Et non

obstat text. in d. capit. significatum: nam ibi aderat speciale statutum, quòd tempore infirmitatis non teneretur capellanus celebrare.

TERTIA DIFFICVLTAS.

An quis possit retinere plures Capellanias.

SVMMARIVM.

1 *Beneficia quæ dicantur vniformia, vel difformia.*

2 *Altaria cum sint beneficia simplicia compatibilia, potest quis in eadem ecclesia duo habere, sed tria non, nisi cum dispensatione Papæ, vt numero 3. & 4.*

CIRCA hanc difficultatem, An quis possit retinere plures capellanias, præmitto primum hoc vnum, quòd habemus beneficia vniformia, hoc est similia, & difformia, seu dissimi-
1 lia. Beneficia vniformia sunt duo canonicatus, duæ dignitates, & duæ præbendæ, Lapus allegat. 117. Nau. extra de præben. cons. 35. nu. 1. & 3. & hæc sub eodem tecto, etiam si sint simplicia, modo sint vniformia, retineri non possunt, cap. literas, de concess. præben. clemen. fin. eod. tit. cap. 1. de consuetu. in 6. vbi Francus, numero 8. Difformia vero sunt duę capellaniæ cũ onere celebrandi missas: Item rectoria, seu parochia, & capellania in eadem ecclesia. Vnde Lapus alleg. 116. concludit, quod in ecclesia non collegiata, in qua est situm altare, cui debet deputari perpetuus rector, poterit quis esse rector principalis ecclesiæ, & habere altare in eadem ecclesia. Idem Domin. de sancto Gemin. tenuit in capitu. cum in ecclesia, de præbendis, in 6. & ratio est: quia sunt beneficia difformia. Sic præpositura, & canonicatum in eadem ecclesia, capit. cum olim, de re iud. Archidiaconatum, & canoniam in eadem ecclesia, cap. eam te, de rescrip. sic canonicatum cum capellania, sic duas capellanias in eadem ecclesia licet habere, vt concludit Nauar. de præbẽ. consil. 35. Quo sic præmisso, dico, quòd cum dictæ capellaniæ, siue altaria dicantur beneficia simplicia, fit, quod non sint incompatibilia,
2 † & ideo posse aliquem dictas capellas habere, quorum altera non sufficit ad sustentandum, sicut ex Concil. Triden. inductum fuit posse aliquem plura beneficia simplicia obtinere, quorum vnum non sufficit ad sustentationem habentis illud, iuxta tex. in cap. gratia, de rescrip. in 6. clem. gratiæ, eo. tit. iunctis glossis, & annotationibus doctorum. & ita dit Panormit. in cap. extirpandæ, §. quia vero, num. 33. de præben. Lapus in prædictis allegationibus. Tum, quia potest quis retinere plura beneficia difformia, & dissimilia,
3 d. cap. eam te. & cap. olim, quatenus probatur difformia beneficia compatibilia esse, sed capellæ ita sunt, vt vna sit in uno loco, & alia in alio, & vna habet vnum onus, & altera aliud, ergo. Ita Nauar. in d. consi. 35. An vero plura, quam duo beneficia etiam difformia, vt tres capellæ in eadem ecclesia possint retineri: Dic
4 quòd non, sine dispensatione † Romani Pontificis, & ita seruari audiuimus in vrbe. Quæ vero beneficia dicantur vniformia ad effectum incompatibilitatis, dic quòd sunt illa, quorum numero, & onera naturalia sunt vniformia, & similia, exemplum in duabus canonijs, & duabus ecclesiæ eiusdem præbendis, ita Nauar. qui sup. & Francus in dicto cap. 1.

QVAR-

QVARTA DIFFICVLTAS.

An Capellanus possit satisfacere oneri iniuncto etiam alibi, quam ubi fuerit constructa ecclesia.

SVMMARIVM.

1 *Pacta in fundatione ecclesiæ qualiter fieri possint.*
2 *Onus annexum sacerdoti ad celebrandum tripliciter potest sumi.*
3 *Et quid si in beneficij institutione dicatur ut rem diuinam faciat per se, uel alium.*
4 *Beneficij institutio ut per se, uel alterũ celebret, qualiter colligatur.*
5 *Capellanus an satisfaciat, si alibi celebret, quam in loco a testatore designato.*
6 *Causa rationabilis excusat, si alibi celebret sacerdos. nu seq.*
8 *Sacerdotes omittentes celebrare in ecclesiis collegiatis cum scandalo populi peccant mortaliter.*
9 *Epilogus omnium dictorum in præsenti consultatione.*

IRCA hanc vltimam quæstionem: an possit quis alibi satisfacere, quam ubi fuerit ædificatum altare. Respondeo animaduertenda prius, quod in fundatione ecclesiæ, vel altaris possunt
1 fieri statuta, & pacta † super statu illius ecclesiæ, uel altaris per diœcesanum de voluntate eorum, qui fundant ecclesiam, vel altare. ita notant Doctores, & præsertim Baldus, in c. cum dilectus, numero 9. de consue-
2 tud. Item quod onus annexum alicui altari, tripliciter potest apponi, uel vt quotidie capellanus ibi celebret, & tunc ut uno ore fatentur, uelut Abbas in cap. significatum, de præben. Angelus in uerbo missa, quæst. 43. Syluest. in verbo Missa, 1. quæst. 7. Quintum, & Imola in d. cap. significatum, & complures alij, huiusmodi institutionem capellanię seu beneficij, seruata sacerdotis honestate, & debita deuotione, ut dicitur expresse, in d. cap. significatum, hoc est salua conscientia, & honore ipsius sacerdotis, & saluo cultu, & ueneratione, quæ ipsi sacramento debetur, hoc modo intelligendam esse, ut si sacerdos, uel capellanus fuerit legitime impeditus, aut commodè, diligenter, & religiose rem diuinam facere nõ possit, iure non cogatur sacrificium offerre, sed possit semel, & iterum in hebdomada a celebratione abstinere: At uero si commode quotidie sacris operari queat, & absq; iusta, & legitima causa non operatur, grauiter peccat, tum, quia pacta non seruat: tum, quia mortuos defraudat, & debito missæ fructu, atq; suffragio priuat. Quandoq; uero talis est beneficij institutio,
3 † ut per seipsum, aut alterum quotidie debeat rem diuinam facere, & tunc si legitimè impediatur, debet alterum suo loco substituere, qui sacris operetur, ita Nau. in Man. c. 25. n, 154. in fin. Hoc uero qualiter colligatur, Respondẽdũ hoc quandoq; exprimi uerbis perspicuis, & q̃ndoq;
4 ex adiunctis antecedentibus, & consequẽtibus, (v.g.) si capellaniæ fundator dixerit, uolo, ut quotidie res diuina fiat in certo altari, sacerdos huius capellaniæ præfectus quotidie sacrificare non cogitur, sed si uelit, aut non possit, potest alterum subrogare, qui eius vicem expleat: nam prædictis uerbis electus est locus ad sacrificandum, & non persona sacerdotis: si uero dixerit, volo vt presbyter ad hanc capellaniam electus, sacris quotidie operetur, tunc persona sacerdotis, non locus eligitur, ita acutè dixit summa Azor. lib. x. de horis canon. cap. 24. uersiculo septimo. Quandoque insuper onus est annexum capellaniæ, vt illam obtinens in tali altari quibusdam diebus sacrum faciat, & ita ad præsens. Ad

quod

quod resolutiue dico ex communi omnium sententia, ut per Syl. in uerbo Missa 1. qu. 10. in fine. ibi enim si promisisset. & per Nauar. in Manu. c. 25. nu. 134. quod capellanus institutus ad sacrum faciendum in certa ecclesia, uel altari quibusdam diebus non satisfacit fundatori, si alibi rem
5 diuinam faciat † absque rationabili causa, Quod si alibi rem diuinam faciat, cum in loco designato uel commodè facere possit, præter peccatum mortale, cum infideliter agat, & pactum, & promissum in re graui non seruet, ut per Nauar. ubi supra, tenetur aliqualem fundatori restitutionem facere, compensando alijs orationibus omni meliori modo: nam eo ipso quod certo die designato, & constituto loco rem diuinam non fecit, aliqui eum locum deseruerunt, alio se conferentes, qui si eo couenissent, ibi preces pro mortuis fudissent & missæ sacrificiũ obtulissent: Est enim electus locus, quem capellaniæ fundator uoluit frequentari, religiose honorari, & coli, & proinde menti eius, & uoluntati satisfactum non est, Sylu. & Nauar. vbi supra. At si adesset aliqua rationabilis causa, ut forte, quia capellanus reperitur absens a loco, ubi celebrari debet, uel etiam inundinatio aquarum uel aliqua huiusmodi, tunc potest,
6 & debet † sacerdos eo die alibi satisfacere, & ratio est: quia in huiusmodi casibus credendum est talem fuisse fundatoris mentem, & uoluntatẽ, ut si locus impediretur, alibi pro se, uel suis offeratur sacrificium: nã sic plus sibi, uel suis prodest, si simpliciter sacrificetur, quam si in totũ sacrificium omittatur ob loci designati impedimenta. Azor. qui supra Et ex his potest decidi alia quæstio de quibusdam Cænobijs, quę habẽt multas obligationes, (v.g.) vt in tali capella celebretur prima missa singulis diebus, in alia, secunda mis-
7 sa, & c. an religiosi sacerdotes, † qui per hebdomadam obligantur singulis diebus rem diuinam facere in illa capella, & in alia, si nõ celebrant ex legitima causa uera, vel apparenti, ut quia nocte passus est pollutionem, dist. 6 ca. testamentum, uel quia hẽt vestes viles, aut calicem æreum, uel quia est in peccato mortali, uel quia uidetur sibi non habere sufficiẽtem deuotionem, possit semel, aut bis in hebdomada abstinere a celebratione, & an tali casu debeat celebrare per substitutum, & quid si substitutum habere non possit: an sufficiat tempore congruo dicere sacristę, credimus quod sic. & quid si non celebrant nulla causa vera, vel apparente, sed ex mera negligẽtia, & nec ponunt substitutũ, & nec sacrista admittit excusationem, & tũc cum ex obedientia ad id teneantur, & cum mortuos defraudent, priuando illos debito missæ fructu, & suffragio, arbitramur illos peccare mortaliter, cum hoc faciant contra iustitiam, & dilectionem proximi, ut diximus in nostris decis. in 1. part. libr. 1. cap. 14. nu. 3. Sed an idem sit extendendum ad sacerdotes illos, qui ex mera negligentia omittunt celebrare in ecclesiis collegiatis regularibus, quando nullum habent obligationis uin-
8 culum, † vt si sacrum non faciant, ob populosam ecclesiam, scandalizantur gentes, & ab ecclesia discedunt absque auditione missæ. (v.g.) pulsatur tintinnabulum a sacrista, ut sacerdotes accedant ad sacrificãdum, uenit sacrista ad sacerdotem, ut rem diuinam faciat, quia adest multitudo populi, uel princeps, aut comes, sacerdos cum nullã habeat causam rationabilem, & nec apparentem, dicit se die illa non posse celebrare, An hic inquam peccet mortaliter, crederem ad hoc affirmatiue respondendum, si nullo omnino existente impedimento populus notabiliter scan-

scandalizaretur,& ab illa ecclesia cũ murmure discederet: quia si per solam negligentiam id recusat, dat operam rei illicitæ,& committit scandalum, immo etiam existente impedimento, nec confessoris copiam habendo, si in illa necessitate celebraret, excusaretur, si cum sola contritione accederet ad sacrificandum, qui postea tenetur quamprimum hoc est antequam die sequenti eucharistiam susciperet,confiteri, uel sublata omni suspitionis causa,& infamiæ: nam si subito absoluto sacrificio confiteretur, infamaret seipsum.etenim circumstantes in suspitionem uenire possent celebrasse cũ peccato mortali,argumen. eorum, quæ diximus in 1.par.nostrarum decis.libr.1.cap.12.numero 8 & quid de eo, qui obligatur dicere primam missam in tali altari, an alibi sacrificando peccet grauiter, diximus supra in tertia difficul.numero 5.cum sequ.& nos in 1.part. nostrarum decisio.libr.2.capit.53.numero 9. Sed hæc omnia breuiter perstringendo
9 habuimus † ex numero 1. quod appellatione beneficij ecclesiastici uenit capellania,seu altare, si fuerit erectum auctoritate episcopi, uel etiam sine illa,Modo episcopus præscripserit contra laicum, hoc est, quia bis,aut ter illam contulerit, ut numero 6. & quod Laicus non est capax collationis beneficij, nisi solum ex priuilegio Apostolico. Item quod ut dicatur beneficium ecclesiasticum,ex quatuor cognosci potest, ut a numero septimo,vsq.12. Verum si non fuerit erectus auctoritate episcopi locus,non dicitur sacer, & potest redire ad humanos vsus, viuente eo qui locum ædificauit,(v.g.)hospitale, nec gaudet priuilegio clericali quo ad bona, sed defuncto eo, qui erexit hospitale,non potest redire ad humanos usus,ex quibus consurgit, quod cum altare in casu nostro sit datum in beneficium perpetuum,& sint omnia signa,quibus apparet esse beneficium ecclesiasticum,tenetur capellanus in omni euentu recitare horas canonicas, & non recitando priuatur fructibus beneficij,non tamen beneficio, nisi omiserit per longum tempus. Item ut capellania, & ita deuenio ad secundam, sit beneficium simplex, sufficit ut capellanus faciat celebrare ibi per alium æquè idoneum, ut nume.3. Qui cum censeatur locare operas suus tanquam famulus,tempore infirmitatis tenetur etiam per alium celebrari facere. Non tamen negamus, quin per dies viij. uel x. possit percipere fructus beneficij,etiam non faciendo celebrare ad instar famuli infirmi, cui dominus tãtum debet dare cibaria, non tamen salarium. Rursus, & ita ad tertiam, cũ capellaniæ nõ sint beneficia uniformia, ut sũt duo canonicatus,duę dignitates, duæ præbendæ,ut nu. 1. sed sint difformia, & dissimilia cum onere celebrandi missas,fit,quod nõ sint incompatibilia, & ideo potest quis habere duas capellas in eadem ecclesia, non tamen tres sine dispensatione papæ. Item circa quartam. An quis possit alibi celebrare,quam in loco, vbi fuit ædificatum altare, sunt cõsideranda uerba fundatoris: nam si dixit, uolo ut res diuina fiat in certo altari & tunc capellanus potest per alium. At si dicat, Volo ut presbyter electus ad talem capellaniam quotidie celebret, & tunc secus. In primo casu, ut est casus noster absque rationabili causa non potest alibi rem sacram facere, & faciendo tenetur ad aliqualem restitutionem fundatori, compensando alijs orationibus eo meliori modo, quo potest. Et hæc salua, &c.

D.Iacob.de Gra a Cap.

Consi-

Consilium II.

Consilium hoc unica difficultate absoluetur.

An ordinarius loci tuta conscientia conferre possit beneficium simplex puero tantummodo attingenti annum quartum decimum, qui legere, ac scribere nouit, licet non sic sufficienter, ut nequeat absq; tædio socij officium persoluere.

SVMMARIVM.

1 *Multa melius oculis perspiciuntur, quam locutione.*
2 *Factum alterari solet ex multiplicitate circumstantiarum.*
3 *Ordinarius an possit puero non bene legenti simplex beneficium conferre.*
4 *Annus quando profertur cum dictione ante, sufficit inchoatus.*
5 *Minoribus ordinibus initiari potest, quem scientiæ spes ad maiores ordines idoneum ostendit, uide nu. 7.*
6 *Illiterati non sunt ordinandi.*
8 *Minor xxv. annis acuti ingenij non præsumitur deceptus in contractu, & ideo non restituitur.*
9 *Horas non recitans, quia discere non potuit infra sex menses, non peccat mortaliter.*
10 *Priuilegia xviij. conceduntur ob paupertatem.*
11 *Nobilitas in multis casibus habetur in consideratione.*
12 *Ordinarius debet occurrere futuris casibus ad obuiandum scandalis ne eueniant.*
13 *Nihil cum scandalo est faciendum.*

CIRCA hanc quæstionem Diuino prius inuocato numine, & meæ Beatissimæ uirginis, sub cuius præsidium me tota deuotione committo. Respondeo primum, quod inspiciendus erat puer, cum ex pueri ostensione me-
1 lius quædam percipiuntur, † atque deciduntur, quam ex locutione, extra de donat. cap. apostolicæ in fine. Hinc est, quod agrorum mensio oculorum inspectione consideratur, de præscript. cap. quia insinuante; Ventris tumor, An scilicet mulier sit prægnans, per obstretrices probatæ artis, & uitæ est inspiciendus, ff. de uentre inspic. l. 1. locorum impudicitiæ inuestigatio, An mulier sit virgo, extra de probat. ca. proposuisti, An arcta, extra de frig. & malefi. c. fraternitatis, vel aliter impedita, eod. titul. c. ex literis. Iniuriæ locus, & modus an sit atrox, ff. de ferijs, l. 2. & literarum Apostolicarum paginæ an sint veræ, vel falsæ, extra de crimi. falsi, cap. licet. sic an puer iste aptus sit ad beneficium simplex assequendum. Etenim uiso puero, & qualiter sciat legere, aut scribere, si sit bonæ indolis, & uoluntatis ad discendum, ita ut sit bona spes in breui profuturũ, & perpensis cæteris circunstantijs,
2 † quæ factum alterare solent, cap. sicut dignum, de homic. ca. Deus, qui extra de pœnit. & remiss. potest casus decidi: Quamobrem cum ad me usque puer se contulisset, eique ad legendum libros exhibuissem, perpendi, & credidi posse illi beneficium conferri, quamuis non ita compte legere, aut scribere nouerat. idque examinatis, & perpensis quibusdam circunstantijs: & primo, quia huic puero erat sufficies ætas. Attigerat .n. quartumdecimũ annum, si quidẽ si annus in accusatiuo casu cũ dictione ante profertur, sufficit annus inceptus, ut est casus, in l. qui filium,
3 §. 1. ff ad senatus cons. Trebell. l. ad rempublicam, ff. de mune. & hono. tex. in l. auunculus, ff. de verb. sign. nos in nostris decis. 1. par. lib. 1. cap. xj. nu. 2. & 13. secus si præferretur cũ dictione per, Archid. & Doct. in ca. cum contumacia, de hæret. in §. sed conc. Trid. sess. 23. c. 6. dicit, Nullus ad-

annũ quartũdecimũ simplex benefi
4 ciũ possit obtinere: † ergo sufficit an nus inceptus: secundo licet iste nesciat perfectè legere, est tamẽ bonę indolis aptus ad discendum, ideoq; huiusmodi habenda est ratio. Conc. Triden. de reformat. sess. 23. c. fi. col. 2. ibi quorum indoles, & uoluntas spem afferat, &cæt. Vnde fit, quod sicut minoribus ordinibus initiari potest, quem scientiæ spes maiorib.
5 ordinibus dignum ostendit, † ut Archid. in cap illiteratos, distinc. 63. & Conc. Triden. sess. 23. cap. 11. ibi Nemo ijs initietur, & Innocen. in cap. cum in cunctis, de elect. ubi dicit, quod illiterati non sunt ordinandi,
6 iuxta tex. in cap. præcipimus, dist. 34. cap. fin. de tempo. ordin. in 6. ca. fin. de ætate, & qualit. tamen si spes sit, quod possint proficere, promoueri possunt, & idem dixit Imola in clem. 1. nu. 7. de æta. & qualitat. quod parum sciens potest promoueri, si est spes de eius profectu, alias secus, nisi ecclesia potius ageret contemplatione, quam scientia. ut in monachis, & Heremitis. Et Felinus in rubr. de magistris, dixit nume. 3. quod qui debito tempore nõ studuit, si tamen est spes ratione ingenij quod continuando studium debeat profi
7 cere, † licite graduatur, facit glossa in cap. monachus, uerbo Deuotio, dist. 67. vbi habetur, quod ingenium supplet tempus in bene studente, quod idem habetur in capit. tum ex literis, in uerbo instructus, de in integr. restit. facit quod notat Bald. in l. prima, §. interdum, ff. de legit. hæredib. & in l. sed & milites, §. iam nunc, ff. de excus. tut. ubi dicit, quod minor 25. annis acuti ingenij non præsumitur deceptus in contractu, & ideo non restituitur in integrum.
8 Talis erat † §. Angelus, qui in l. 1. pueritiam, ff. de postul. dicit se anno 23. ætatis suæ accepisse gradum, & cœpisse legere: sic Bartolus ob acumen sui ingenij anno uigesimo primo, ut ipse dixit, in l. quidam in fine, ff. de uerborum obligatione, ita eadem spes proficiendi casu nostro potest operari, ut possit consequi beneficium. Ecce ut audiuimus ex fideli relatione in breui legere didicit, atque scribere, quamuis non ita perfecte: ergo multo magis id erit facturus per sex mensium curriculũ, in quo si non persoluit diuinum officium, & quod illud recitare nescit, uti est iste, non peccat mortaliter,
9 hoc enim legitimum impedimentum excusat, ita habetur per Conc. Later. atque Pij V. Bullam a Nauarro relatam, in Manua. c. 23. numero 122. Nos in 1. part. nostrarum decisio. lib. 2. cap. 50. numero 13. Rursus puer iste est pauper, & ob paupertatem multa sunt concedenda, quæ alias minime concederentur. Hinc Archid. in cap. pauper xj. qu. 3. & in c. statutum, §. insuper, de rescrip. in 6. & in cap. hæc, numero 3.
10 & 5. numerat priuilegia 18. quæ ob paupertatem conceduntur. & Do. Cardinalis dicit, quod paupertas excusat etiam in foro animæ, & ut excommunicatus absoluatur non facta satisfactione propter paupertatem, & inter cætera, dicit Archi. ex tex. in capit. gloria episcopi 12. q. 2. quod gloria est episcopi pauperum necessitatibus prouidere. Accedit quod est nobili genere natus: Cumque huiusmodi nobilitas in quam pluribus habeatur in consideratio-
11 ne, † ut est glossa singularis in extrauag. Ioan. xxij. Execrabilis, uerbo generis, & præcipue circa beneficia, ut habetur in cap. de multa, extra de præbend. quæ quidem nobilitas illa attenditur uel quæ est ex patre tantum, l. partum, C. de rei uendica. Institut. de ingen. §. primo, uel ex utroque parente, capitulo uenerabilis. extra de præbend. Non tamen illa attenditur, quæ procedit

ex sola matre, l. nullus, C. de decur. li. x. Ideo in facienda de ipso electione cæteris paribus ipse præferendus est. præterea si alius hoc impetraret beneficium, cum prius fuerit præsentatus puer iste, possent nonnulla oriri scandala, ut iam ex simili causa experimento didicimus, ad quę mala euitanda, quod proprie ordinarij esse uidetur, qui prudenter occurre-
11 re debet futuris casib⁹, † ne eueniãt. facit text. in cap. in nomine Domini distin. 23. debet hoc beneficium ipsi puero, & non alteri conferre. Nihil enim cum scandalo faciendum est, ut satis abunde tradit. Felin. in capit. nihil, colligendo ad hoc xxiij. correlaria extra de præscript. Quare ex his omnibus concludendum uidetur posse ordinarium tuta conscientia conferre simplex beneficiũ puero tantummodo attingenti annum 14. qui licet non ita optime legere sciat, quia tamẽ probabilis spes est ut in breui omnino aptus uideatur ob ingenij acumen, ideo illi beneficium conferre poterit, tum etiã, quia pauper est, & nobilis, quæ multa conceduntur. Et ita fuit exequutum per Dominum ordinarium loci. Et hæc salua, &c.

D. Iacob. de Graff. a Cap.

Consilium III.

In quadam Congregatione quartum solenne emittitur uotum, quod his uerbis exprimunt, qui profitentur, Nempe promitto me nunquam curaturum, uel prætensurum extra congregationem prælationem aliquam, uel dignitatem, nec consensurum in mei electionem, nisi coactus obedientia Romani Pontificis, Modo quæritur: an aliquis religiosus eiusdem congregationis, procurando se eligi in præpositum alicuis ecclesiæ secularis collegiatæ controueniat aliquo pacto præfato uoto. Vnde.

Consilium hoc duabus difficultatibus absoluetur.

I. An peccet mortaliter, qui curat se eligi in præpositum alicuius ecclesiæ secularis, siue ad aliorum, siue ad suas preces.

II. An Appellatione prælaturę ueniat talis præpositura.

Primæ Difficultatis

Summarium.

1 *Præpositus quid differat ab œconomo, uicedomino, & castaldo.*

2 *Prælatura, & beneficia curata an sint conferenda religiosis petentibus.*

3 *Colloquium, ut non sit habendum de dignitate, uel beneficio curato, qualiter intelligendum num. 5.*

4 *Episcopatus non est precibus sollicitandus.*

6 *Beneficia nostris temporibus an licite petantur.*

7 *Temeritas tunc est, cũm quis agit ea, quæ præferuntur sua uirtuti.*

8 *Carnales preces quæ dicantur.*

9 *Dignitates episcopales absolutè dicuntur propriæ.*

10 *Voti transgressio mortale peccatum inducit.*

CIrca præsentem difficultatem Redemptoris omniũ inuocato nomine, & Beatissimæ Mariæ suffragio implorato, præmitto primum, quod de præposito fit mentio, in cap. saluator, 1. q. 3. in quo accipitur pro ecclesiasticarũ rerum administratore, & ibi ponit differentiam inter præpositum, œconomum, uicedominum, & castaldum, ut omnes isti dicantur admini-
1 stratores rerum † ecclesiasticarum, sed nomen præpositi sit generale cõtinens sub se omnia supradicta, ut dixit glossa in d. c. saluator. Verbo præ posi-

positum, uel præpositus, & œconomis nomina diuersa, sed idem significantia, sicut primas, & patriarcha dist 99.ca.1. & propriè dicuntur hi, quibus res ecclesiastica gubernanda mandatur, C. de sacrosan. eccles. l. iubemus. At Vicedominus est, qui præest rebus episcopi, 89. distinct. c. uolumus, ut Vicedominus in rebus episcopi, & œconomus in rebus canonicorum: at castaldus dicitur alias Maiordomus, qui habet curã externarum rerum, d.c. uolumus, Tamen hic illum dicimus præpositum, qui quandam prioratus curam super alios gerit, ita est text. in cap. quamuis, extra de uerb. signific. de æta. & qualitat. c. 1. de appellat. cap. constitutus, de clericis non resid. cap. ex parte, de his, quæ fiunt a maio. part. cap. cap. ex ore, & est dignitas per se sic d. gl. in d.c. quãuis, qui alio nomine dicit͛ prælatus Quibus præmissis, cũ præpositura alicuius ecclesiæ secularis habeat curam animarum, uidetur dicendum, quod prælatura, ac beneficia curam animarum haben-
2 tia non sint conferenda, † nisi non petentibus, 40. dist. c. ante omnia, & 8 q. 1. ca. in scripturis, quod maxime procedit in religiosis, cap. quorundam, de elect. in 6. qui ut dicit ibi text. contemptis honoribus, abiectis diuitijs, spretisque delitijs arbitrium proprium subiugarunt alterius dictioni, si retro respicientes, & solium prælaturæ conscendere molientes sunt ualde reprehensibiles, cum uitium ambitionis adeo eos excęcat, ut suę professionis quasi immemores fiant. Vnde dicit glossa in ca. per inquisitionẽ, in uerbo colloquiũ extra de electione, quod nunquam colloquium de dignitate animarum curam habente, uel beneficio curato aliquis etiam si dignus fuerit ha-
3 bere debet † immo habere huiusmodi colloquium sufficeret ad eius depositionem, 40. dist. cap. multi, facit tex. 8. q. 1. cap. in scripturis, qui dicit, quod desiderantibus episcopatum illis est auferendus. sic & neque de-
4 bet precibus sollicitare, † ut dixit, glossa, in d.c. per inquisitionem, uerbo sollicitasse. nam eo ipso suspectus est, quod se ingerit, arg. ff. de procurat. l. quæ omnia, extra de præben. c. cum iam dudum, 1. cap. q. 6. sicut is. Quare tanquam honoris ambitiosus eijciendus est, c. nullus itaq. 1. q. 1. licet possit aliquis preces exhibere pro obtinendo aliquo beneficio simplici, vel in genere, si est pauper, Syluest. in uerbo Simonia, in verbo Simonia q. 16. uersic. tertio. ibi late, ex quibus omnibus patet in quam graui periculo sit iste, qui curat se eligi in præpositum ecclesiæ secularis. At pro contraria parte, quod iste non peccet, curando se eligi in præpositum alicuius ecclesiæ secularis collegiatæ. facit, quia si licitum est preces porrigere pro episcopo, ergo multo magis sollicitare ex regula iuris, cui conceditur plus, conceditur & minus, c. ex parte, de decimis, sed secundum ueriorem opinionem, quæ est Gulielmi, qui inducit Ioannem in sum. confes. & Vulri. in sua summa
5 potest aliquis fundere preces † pro se, si præsumit se dignũ non solũ pro bñficio simplici ut dicebat Raym. Hostiens. & Guliel. in glossa Raym. & Alexander de Ales. sed ẽt pro dignitate, vel beneficio habente curam animarum, & hoc siue indigeat siue de suo patrimonio satis habeat: quia nemo cogitur proprijs stipendijs militare, & hanc opinionem amplectitur Cardin. a Turrec. in c. ordinationes. 1. q. 1. nu. 11. & ibi Præpositus tanquam magis rationabilem, & piam nostris temporibus, in quibus quasi nunquam dantur beneficia sine cura, & cum cura, nisi peten-
6 tibus, † probatur in cap. latorem, cũ glossa, 1. q. 1. c. si motu proprio, de præben. in 6. Quod nullo modo Curia

Ro-

Romana sustineret in beneficijs curam animarum habentibus, si ita damnabile foret, sic opinio Raymundi fuit, quod petere beneficium habens curam animarum quantuncunque sit quis dignus, sit simoniacũ: quia si talis opinio uera esset, sequeretur, quod Papa ad talium supplicationem condescendens mortaliter peccaret, & similiter obsignantes eam, essent ministri iniquitatis: Quare uidetur dicendũ, quod ubi quis se ęstimat dignum, scilicet doctum, prudentem, & exemplaris conuersationis, possit pro se petere cum humilitate, sperando in adiutorio altissimi beneficium cum cura, aut dignitatem citra episcopalem, cui annexa est cura animarum. Quod si quis obijciat esse temerarium reputare se dignum, unde ex ipsa temeritate efficitur indignus: Respondeo, quod non habet locum temeritas, si dignus est. & si est, modica erit, & quasi nulla. Nam ut dicit D. Thomas 2.2.q. 12. art. 1. Temeritas est, cum quis assu-
7 mit ea, † quæ præferuntur uirtuti suę: si autem aliquis dignum, & potentẽ se censet, quantum fragilitas humana permittit ad explendum beneficium habens curam animarum iam non assumit aliquid, quod præferatur suæ uirtuti. At si quis propriis precibus beneficium consequeretur, & preces essent carnales, tunc u-
8 tique simoniacum est. Carnales † autem preces dicimus, quas aliquis porrigit pro episcopo, quando scit se indignum: tunc enim non mouetur intentione spirituali, sed utilitate, & commodo carnali, & ideo simoniã committit, Pręposi. ubi supra. nu. 26. in princ. & tenendo hanc opinionẽ, nõ obstant in contrarium adducta, & quod nullus debet sibi assumere honorem, sed tanquam qui uocatur a Deo tanquam Aaron, & quod prælatura non decenter appetitur, sicut illa, Augustinus de ciuit. Dei, &c. Vbi autem locus superior sine quo populus regi non potest, & si administretur, ut decet, non tamen decenter appetitur: quia sunt intelligẽda, uel quando notabilis præsumptio esset, quod quis est indignus, vel de maioribus prælaturis, siue superioribus, sicut sunt episcopales: nã illas petere non licet, & pro illis supplicãs temerarius est, & fit indignus & peccat, d. cap. in scripturis, & per totam octauam quęst. primam: nam
9 dignitates episcopales absolute † dicantur proprie pręlaturæ, unde S. Thomas 2.2.q.18 4.art.6. dicit quod episcopi principaliter habent curam animarum omnium suæ dioecesis, cap. fi. de offic. Archiepresb. presbyteri autem curati, & diaconi habent aliquas administrationes sub episcopis, & ideo ad eos non pertinet pastorale officium. & quamuis hæc o-
10 pinio sit amplectenda, tamen ex alio capite iste de quo quæritur peccat mortaliter, cum ueniat contra uotum solenne se non curaturum, &cæt. Vnde fit, quod cum ueniat contra uotum, quod est perpetuo obseruãdum, c. licet, de uoto, sequitur, quod eius transgressio mortale peccatum inducat: cum nemini sit ambiguum, ea, quæ contra Dei charitatem sunt, esse suo genere mortalia, ut in proprijs terminis, dixit Sotus de iust. & iu. libr. 7.q.2.art. 1. & hæc quo ad primum.

SECVNDA DIFFICVLTAS.

An appellatione prælaturæ ueniat talis prępositura.

SVMMARIVM.

1 *Prælatio uerbum multipliciter sumitur, secundum quod subiecta materia requirit.*

2 *Rectoratus parochialium ecclesiarum dicuntur prælatio.*

Con-

3 *Constitutio fauorabilis omnes comprehendit prælaturas, non tamen, si est pœnalis.*
4 *Dignitas verbum multis capitur modis.*
5 *Dignitas, personatus, & officium, & prebenda quid differant remissiuè.*
6 *Prælatura appellatione venit præpositura ecclesiæ secularis collegiatæ.*
7 *Partis appellatione venit dimidia, fallit quando adiungeretur cum relatiuo aliqua.*
8 *Dictio aliqua verificatur etiam in minimo.*
9 *Dictio aliqua non verificatur tantum in vna re existente, sed denotat diuersitatem.*
10 *Interpretatio latior facienda, vbi agitur de salute animæ.*
11 *Ambitio multum excæcare solet oculos religiosorum.*
12 *Epilogus omnium, quæ dicta sunt.*



IRCA hanc difficultatem, an appellatione prælaturæ veniat talis præpositura, præmitto primò, quòd verbum prælatio multipliciter sumitur, † secundum quod subiecta
1 materia requirit; Vnde quandoque comprehenditur dignitas archiepiscopalis, & patriarchalis, c.1. de cler. ægrot. in 6. glossa in c. quia periculosum, verbo de episcopis, de sent. excommun. in 6. Quandoque dignitas episcopalis, prædictis iuribus, & ca. 2. de don. Quandoque prælatio dicitur abbatia, c. 1. ibi conuocatis abbatibus, alijsque prælatis, de hær. in 6. cap. quia sæpe, de elect. in 6. & eo. ti. c. ne pro defectu. c. 1. de æta. & qualit. glossa in c. ad aures, de tempo. ordin. sic rectoratus parochialium ec-
2 clesiarum dr̃ ꝓlatio, † Zab. in c. 1. de filijs presbyt. q 9. Host. & Barba. in cap. cum ab ecclesiarum, de offic. ordin. cap. præsenti versi. alij inferiores prælati, de offic. ord. in 6. c. permittimus, de sent. excom. ca. requisiuisti, de testam. Nam ex eo, quod præsunt personis ecclesiæ suæ, dicuntur prælati, glossa in clem. 1. de elect. & eodem modo prouincialis fratrũ prædicatorum: ita consuluit Dom. Cardinalis, vt ipse refert in d. clem. 1. Et hoc lato sumpto vocabulo: nam strictè non comprehenduntur rectores parochialium ecclesiarum, vt notatur in clemen. fi. de procu. Et ista induci possunt ad constitutiones, quæ loquuntur de prælatis: quia si constitutio est fauorabilis, comprehendit omnes istos, de quibus dictum est, arg. l. fauorabiliores, ff. de reg. iur. l. benignus, ff. de legib. secus si sit pœnalis, & restringibilis, argu. l. si præses, & l. si de interpretatione, ff. de pœnis cum similibus, nisi materia subiecta pariter proportionaretur vtrisque: quia tunc licet esset pœna-
3 lis, † nihilominus comprehenderet vtrosque, facit rubr. de vita, & hon. cleric. & rubr. de cohab. cler. & mulie. & rubr. de clericis non resid. nigris appositis in eis, vbi in rubrica dicitur de clericis, & tamen in nigro tangitur de episcopis, archiepiscopis, patriarchis, & cardinalibus, & ideo est: quia materia subiecta licet sit pœnalis, tamen est proportionabilis omnibus prædictis. Alibi tamẽ prælatus ecclesiæ appellatur persona ecclesiæ, & probatur in c. ex parte, de rescr. cum similibus. Et est vulgare Anglicorum, vt refert Barbatius, vbi supra, qui prælatum ecclesiæ appellant personam ecclesiæ, vt probatur in cap. illud, de cler. excõ. ministrãt. Secundo præmitto, quòd verbum dignitas sumitur multipli-
4 citer: † nam propriè dicitur episcopatus, ca. inter corporalia, de transl. epis. Card. in clem. 1. q. 1. in princ. de præben. item archiepiscopatus habens iurisdictionem, & nõ alias, ibi Card. q. 2. item prioratus collegij secularis, ibi. q. 3. item archidiaconatus,

tus, vide Felinum de maio. & obed. in rub. col. 3. Et propriè dignitas est administratio rerum ecclesiasticarum cum iurisdictione, secundum archid. in cap. 1. de consuetu. in 6. Et quid differat dignitas, personatus, et præbenda, ponit Card in clem. 1. de iud. & plenius in clem. 1. q. 1. de præben. & in clem. 2. §. 1. in prin. de ætate. & qualit. licet quãdoque promiscuè ponantur, ait ibi per Cardinalem. Quibus sic præmissis ad dubiũ breuiter respondeo, quod appellatione prælaturæ veniat præpositura alicuius ecclesiæ secularis collegiatæ: nã licet verba sint accipienda in potiori significatu, & ita videtur, quod huiusmodi religiosus promiserit ex voto solemni se curare non petere prælaturam, hoc est episcopatum, vel archiepiscopatum, iuxta glossam in d. c. quia periculosum, tamen hic intelligitur de quacunque prælatura etiam minima: Et ad hoc pondero illud verbum aliquam, facit glossa singularis in clem. vnica, super vers. aut earum parte, de foro comp. quæ dicit, quod licet appellatione partis
5 veniat † dimidia, l. nomen filiarum, §. portionis verbo, ff. de verb. signifi. ibi. Sed si non fuerit portio adiecta, dimidia pars debetur. Ad idem est tex. in l. etiam partis, ff. de vsufr. c. 1. de concess. præb. in 6. si tamen apponitur dictio aliqua, venit pars infra dimidiam, glossa est singularis secũdum Dom. Cardin. in capi. relatum 2. §. licet in prin. & Abbatem, nu. 8. extra de testam. immo dixit Bald. in cap. quoniam, nu. 3. extra de testib. quod hęc dictio verificatur etiam in
6 minimo, † per glossam in clemen. 1. verbo earum parte de foro compet. Bar. in l. si seruum, §. prætor ait, ff. de acquir. hæred. sic licet appellatione prælaturæ propriè veniat episcopatus, tamen apponendo aliquam, venit etiam omnis alia prælatura impropriè dicta, & ita rectoratus. Tũ etiam, quia hæc dictio aliqua non verificatur in vna tantum existen-
7 te, & ita solum in dignitate episcopali, sed etiam in alijs Hinc singulariter dixit Card. in clemen. 1. de præben. quod si Papa mandat Titio prouideri de aliqua ecclesia, si illa ecclesia est tantum vnum officium, vel vna dignitas, non habet locum di-
8 spositio: quia vna † nõ debuit appellari sub dictione aliqua. Etenim hęc dictio denotat diuersitatem, d. clemen. 1. §. Ad hoc. de præben. Immo vt Doctores ibi notant, cum sit re-
9 latiua † diuersitatis, non verificatur in vno: nam talia relatiua semper prædicant de diuersis, vt dixit additio ad Abbatem ĩ d. c. relatum. verbo moderationem. Et ita dum religiosus mouet solemniter se non curaturum eligi in aliquam prælaturam, debet intelligi etiam de præpositura. Tum etiam, quia debet fieri
10 latior interpretatio, † vbi agitur de salute animæ, c. iuuenis extra de spõsal. quia illa est tutior, glossa in capit. vnico, de scrut. in ord. facien. accedat etiam, quia vbi est eadem ratio, Idem ius erit statuendum, l. illud cũ simi. ff. ad l. Aquil. vnde ad euitandã ambitionem, quæ vt dicit text. in c. quorundam, de ele. in 6. & in clem. fi. eo. tit. multum excęcare solet ocu
11 los religiosorum † fuit decretum, vt extra congregationem non sint nec directe, & nec indirecte, & nec quouis quæsito colore appetendæ dignitatis, sed talis ambitio regnare potest non solum in assequenda dignitate episcopatus, sed etiam in rectoria ecclesiæ secularis collegiatæ, vt diximus in prima difficultate, ergo. Sed modo hæc omnia perstrin-
12 genda † diximus, quod licet verbũ præpositus multipliciter capiatur, tamen hic ponitur pro eo, qui quandam prioratus curam super alios habet. Hæc tamen præpositura, cum sit dignitas per se, non tamen pro-

priè,

priè, cum illa sit dignitas episcopalis, vt in 1. difficultate, numero nono, a notabiliter indigno nullo modo est petenda: quia sic peccatum est mortale, & simoniacum, vt numero octauo. Alias si quis credit se dignum, vel notabiliter non indignum secundum veriorem opinionem, & magis piam nostris temporibus potest petere etiam beneficiũ curatum, & dignitatem, & hoc siue indigeat, siue de suo patrimonio satis habeat. Et hæc procedunt, modo quis petendo non veniat contra votum emissum, non petendi, vt in præsenti casu, vt numero 10. vel nisi esset dignitas episcopalis, vt numero 8. & 9. Et notandum, & ita deuenio ad secundam, quod licet vouens se nunquam curaturum, vel prætensurum extra congregationem aliquam prælationem, non videatur comprehendere rectoriam secularem ecclesiæ collegiatæ, cum non dicatur in propria significatione prælatio, vt num. 2. tamen propter illud relatiuum aliquam, quæ etiam verificatur in minimo, & non verificatur in vna tantum existente, sed in pluribus, fit, quod tale votum extendatur etiam ad prælationes impropriè dictas, vt num. 8. cum duobus seq. Et hæc salua, &c.

D. Iacob. de Graffijs à Cap.

Consilium IV.

Pro dubijs emergentibus ostensus est nobis tenor fundationis ecclesiæ collegiatæ secularis erigẽdæ; quia enim motus fuit Romanus Põtifex ex eo, quod quoddam oppidũ esset refertum nobilibus, & illustribus personis, vtriusque iuris doctoribus, atq; Christi fidelibus sex millium in circa. Hinc mandauit ordinario, sub cuius iurisdictione erat dictum oppidum, vt vocatis ijs, qui fuerint vocandi quandam ecclesiã prius in dicto oppido collegiatam regularem de nouo institueret in collegiatam secularem iuxta notata per Ancharan. in c. inter quatuor, de relig. domibus, mutando nomen, & titulum in alium titulum: ita quod in dicta ecclesia collegiata sint hæ dignitates. Videlicet præpositura pro vno præposito, qui aliorum caput existat, & ibidem præsit. Item cantoria pro vno cantore, item thesauraria pro vno thesaurario, item lectoria pro lectore sacræ paginæ iuxta Conc. Trid. itẽ octo canonici, qui habeant suas prębẽdas, itẽ sacrista, itẽ tres alij canonicatus pro tribus canonicis supernumerarijs, seu hebdomadarijs, nec non alia sex clericatus nuncupanda perpetua beneficia, & personalem residentiam requirentia pro clericis in futurũ nuncupandis in dicta ecclesia in collegiatam erigenda perpetuis beneficiatis. Qui præpositus, cantor, thesaurarius, canonici, & beneficiati prædicti apud dictam ecclesiam sic collegiatam erigendam personaliter residere, ac missas, horasque canonicas diurnas pariter, & nocturnas, & alia diuina officia celebrare, ac eisdem residere teneantur. Hæc sunt verba literarum apostolicarũ. Et infra vult, q; legata, aliaq; emolumenta ad prędictã ecclesiã spectantia ipsis præsentibus, & actu seruiẽtibus distribui debeant, sic dicẽs. Ita vt præpositus vnã cũ dimidia: Cantor vero, & thesaurarius, nec non canonicus theologalis vnã cum quarta parte, cæteri uero canonici singulam vnã distributionem huiusmodi portionis; sacrista aũt, & hebdomadarij ẽt singuli dimidiam portionem, & demum clerici quidam nuncupati perpetui beneficiati quartã partem portionis huiusmodi annuatim habeant. Hęc sunt verba, quæ deseruiunt ad rem nostram, & ad decidendum dubia, de quibus in-

terrogati fuimus, quæ huiusmodi sunt. &

I. An supernumerarij, seu hebdomadarij debeant esse sacerdotes.

II. An supernumerarius nõ sacerdos quomodolibet forsan introduct⁹ antequam sint assignati redditus ipsis canonicis, debeat permanere, ita sine sacerdotio.

PRIMAE DIFFICVLTATIS

SVMMARIVM.

1 *Præpositura quid differat a cantoria, lectoria, & thesauraria.*

2 *Lectores sacræ paginæ in quibus ecclesiis constituendi.*

3 *Thesaurarij munus in quibus consistat.*

4 *Dignitates ecclesiæ quare ab ecclesia fuerint adinuenta.*

5 *Supernumerarij quid differant a portionarijs, et mansionarijs seu assisus.*

6 *Canonici quare sic vocentur, & canonia duplex.*

7 *Canonici vnum corpus faciunt cũ episcopo, & repræsentant ecclesiam cathedralem.*

8 *Canonici saltem habere debẽt minores ordines: nam non possunt esse laici*

9 *Canonici possunt institui non solum in cathedrali, sed etiam in collegiata ecclesia*

10 *Collegiata ecclesia qualiter cognoscatur, & quod collegium multipliciter dicitur.*

11 *Supernumerarij cum sint sacerdotes, in casu nostro debent esse canonici.*

12 *Presbyterorum dimidia pars saltem debet esse in ecclesiis cathedralibus iuxta Concilium.*

CIRCA præsentẽ difficultatem Christi Iesu noĩe inuocato, & Beatissimæ Mariæ semper virg. suffragio implorato, antequã deueniã ad decisionẽ dubij, aliqua sunt præmittenda, & primò quid significet præpositura,
1 cãtoria, lectoria, & thesauraria, † vñ quia de præpositura diximus in consilio præcedenti; ideo deueniamus ad cantoriam, De qua loquitur text. in c. cleros, dist. 21. qui dicit, ꝗ cãtor est, qui vocem modulatur in cantu, & ideo cantus inuentus est in ecclesia, vt ad cõpunctionẽ voce animos audientiũ. Vnde cantare nemo erubescat, etiamsi filius regis sit, ex quo ascriptus est militiæ clericali, etsi per se nescit, sequatur scientes: quia cẽ studium per frequens exercitiũ suscipit incrementum, ff. de leg. 3. l. legatis, §. ornatricibus, notat Host. in c. pen. de vi. & hon. cle. De lectorib. uero loquitur tex. in d. cap. cleros, & 25. dis. c. perlectis. & conc Trid. sess. 3. de reform. c. 1. vbi dicit, ꝗ lectores sacræ paginæ sint i ecclesijs metropolitanis, vel cathedralibus, † si ciui-
2
tas fuerit insignis, & populosa, ac ẽt in collegiatis existentibus, vt in aliquo insigni oppido, sicut in casu nostro, & prouidet ibi Conciliũ de congruenti sustentatione ipsius lectoris Itẽ in monasterijs monachorum, vbi commode fieri queat, & vult, quod si hac in re abbates negligentes fuerint, episcopi locorum in hoc ut Sedis Apostolicæ delegati eos ad id opportunis remedijs cõpellant. Vult etiam, vt eadem sacræ scripturæ lectio habeatur in conuentibus aliorum regularium. In quibus studia commode vigere possint. De thesaurario loquitur tex. in dicto capit. perlectis in fine. Vbi habetur, quod
3 ad thesaurarium † pertinet basilicarum, & studii ordinatio, incensi præparatio, cura chrismatis baptisterij ordinandi, præparatio luminarium in sacrario, & in sacrificiis. Secũdo sciendum est, ꝗ dignitates ecclesiasticæ ideo in ecclesia institutæ fuerunt ad conseruandã, augendãque ecclesiasticã disciplinã, vt quæ eas obtinerent,

tinerent, pietate præcellerent, alijsque exemplo essent, atque episcopos opera, & officio iuuarent: quare hortatur sancta Synodus Tridentina, de reformat. cap. 12. sess. 24. vt qui ad eas vocentur, tales sint, vt suo muneri respondere possint. Tertiò præmitto, quòd habemus supernumerarios, † portionarios, & mansionarios, siue assisios, & canonicos. Supernumerarius dicitur is, qui est receptus super numerum canonicorum, quod fieri solet, quando excrescentibus facultatibus augetur numerus canonicorum, vt dixit Abb. in capit. cum M. Ferrariensis not. 3. de constit. qui simpliciter receptus a capitulo vltra numerum debet habere omnia emolumenta canonicorum, licet non habeat præbendam: vnde debet interesse in actibus capituli, si est in sacris, vt habetur in Concil. Tridentino sess. 22. de reformat. cap quicunque, Innocent. in d. cap. cum M. col. 2. versic. sed quæritur, & potest eligere, si ecclesia vacat. Fede. de Senis, consf. 290. Abbas in d. cap. cum M. num. 29. & 30. Felinus ibi, nu. 23. Dec. num. 132. vbi etiam dicit ex Gem. quod habet dignitatem cõsuetam dare canonicis. Item subrogatur loco decedentis secundum ordinem, quo quilibet ipsorum supernumerariorum fuit creatus, vt prior creatus prius subrogetur, & intret numerum canonicorum, secundum Bart. in l. vnicuique nu. 1. C. de proximis sacrorum scriniorum lib. xij. portionarij vero dicuntur, qui viuunt de portionibus, quæ ijs contingunt de die in diem, quas Vlpianus in l. pen. ff. de alim. & cibar. leg. vocat cibaria, seu diaria, & istæ portiones vocantur beneficia carentia iurisdictione, & administratione, vocantur etiam isti ex eo, quia semper in ecclesia manent, Assisij: quia assiduè in ecclesia assistunt, cap. pen. de cler. non resid. & isti non habent vocem in capitulo, cum non dicantur propriè de collegio canonicorũ. At canonici † dicũtur a canó græce, latine regula: quia canonici debent esse sub regula, quę dat certam formam viuendi d. cap. canon. distinctio. 3. Cardin. in clem. fin. 1. quæst. de præben. inde hoc nomen competit etiam regularibus. Dicũtur etiam canonici a canonia, quæ duplex est, altera, quæ cohæret continuæ præbendæ, & sic possidetur possessa præbenda, & vacat ea vacante. Alia, quæ per se consistit, sed finaliter consolidatur, & vnitur cum præbenda vacante. Ita Imola in clem. final. num. 3. extra de præb. Et habent canonici beneficia simplicia sine administratione cum residentia annexa: nam nõ habent populum, neque clerum, neque administrationem, sicut sunt beneficia annexa animarum curam habẽtia, vt episcopatus, & parochiæ: Ita Sotus de iust. & iu. lib. 3. q. 5. art. 3. versic. tertia. Qui canonici faciunt vnũ corpus cum Episcopo, † capit. cum clerici de verb. sign. & repræsentant cathedralem ecclesiam: Vnde debẽt plus cæteris honorari: Gemin. in capit. quamuis, 1. §. quanquam, de pręben. in 6. Vnde dicuntur fratres episcopi, vt latè per Cardin. Paleo. Archiep. Bono. in par. 7. fol. 513. dicuntur clerici primi gradus, Præpo. in c. episcopos, dist. 18. & in processionibus, sessionibus, quando sunt collegialiter congregati, præcedunt etiã Abbates habentes vsum mitræ, & baculi, vt dicit Dec. in cap. 2. de iud. qui quidẽ canonici esse possunt, quãuis non sint in sacris, licet saltem habere debeant minores ordines: † nã ius canoniæ nõ cadit in laicum, glossa notab. in capit. 2. extra de instit. Hinc fit, quod canonia non potest cadere in religiosum laicum professum, secundum Innoc. & Io. Andr. ibi, licet vt habeat vocem in capitulo,

Marginal numbers: 5 (beside "tarios, † portionarios"), 6 (beside "gio canonicorũ. At canonici †"), 7 (beside "corpus cum Episcopo, †"), 8 (beside "bere debeant minores ordines: †").

lo, oporteat, vt sit in sacris, clement. vt hi, §. qui verbo emancipati, de ęta. & qualit. & ex Concil. Trident. Et isti canonici possunt institui non so
9 lum in ecclesia cathedrali, † sed etiã collegiata seculari, & dicitur collegiata ecclesia, quę est societas pluriũ hominũ inter se distantium vno nomine deputata collegio. Et cognoscitur ecclesia collegiata ex mensa communi in refectorio, & dormitorio, & arca, & communi sigillo: vt dixit Dom. Cardin. in clemen. 2. numero 10. de ærta & quali. Collegium
10 vero † quandoque vocatur corpus, ideo omnes de collegio dicuntur incorporari collegio. Quandoque dicitur cætus, l. prætor 2. in princ. ff. vi bon. raptorum. Quandoque vero appellatur capitulum, de rescript. cap. capitulum. Quandoq; vniuersitas, l. 1. in princ. ff. quod cuiusq. vniuersit. Nonnunquam congregatio, Bart. in d. l. prætor. Aliquando societas, d. l. 1. in princ. Quandoque fraternitas, vnde homines eiusdem collegij dicuntur confratres, l. fin. ff. de colleg. Illyric. Aliquando conuentus: quia in vnum conueniunt, c. 1. in fi. dist. 15. & vltimò sodalitium, ex eo: quia homines simul habitantes sint, d. l. 1. De his late per Mari. Soc. in c. dilecta, de maior. & obed. Quib. præmissis respondeo supernumerarios in casu nostro debere esse sacerdotes, quod quidem multipliciter probatur, ex verbis literarum Apostolicarum: & primo ex præfatione fundationis, ex qua colligitur qualis fue
11 rit mens summi Pontificis, † c. quia propter, de elect. l. fin. ff. de hære. instit. nam dum voluit prouideri illi insigni oppido in numero sex millium personarum in circa nobiliũ, & illustrium, & I. V. Doctorum, aliorumque Christi fidelium de ecclesia collegiata seculari, quam nullam habebant iux. Concil. Trident. sess. 5. de reformat. capitu. primo, & cap. 15. fit, quòd tanto hominum numero non poterat decenter satisfieri, nisi saltem essent sacerdotes xvj. & sex clerici, qui possent missis inseruire; Vnde cum in hoc numero xvj sint deputati canonici supernumerarij, fit, vt illi esse debeant sacerdotes, qui diuino cultui celebrãdo, ac dignitati ecclesiasticæ commodè valeant correspondere, d. capit. 15. sess. 24. secundo cum sacra Congregatio prouiderit de sex clericis non sacerdotibus, qui debebant seruire sacerdotibus celebrantibus: & in alijs, quæ spectant ad cultum diuinum, fit, vt alij debeant esse sacerdotes. Tertio pondero verba illa, vbi post assignationem dignitatum, ac octo canonicorum, triumque supernumerariorum canonicorum, aliorumque clericorum sex; sic habetur; Qui præpositus, cantor, & Thesaurarius, Canonici, & beneficiati prædicti apud dictam ecclesiam sic collegiatam erigendam personaliter residere, ac missas, horasque diuinas, & alia diuina officia celebrare teneantur: ex quibus apparet, quod dum dicit, Qui, quod comprehendantur supernumerarij, vt debeant
12 esse sacerdotes, † cum supernumerarij debeant esse canonici: quia veniunt appellatione canonicorum, habeantque omnia emolumenta, quæ habet canonicus, vt sup. diximus Sed canonici in præsenti facto debent esse sacerdotes, alias nullatenus habentes solum dignitates, vt præpositus, cantor, Thesaurarius, atque lector possent supplere oneribus dictæ ecclesiæ, iux. Conc. Trid. cap. 1. & esset contra Conc. sess. 24.
13 capit. 12. Ita tamen vt † dimidia, ergo. Hinc fit, quòd non sine mysterio dicitur, qui præpositus, cantor, & Thesaurarius canonici: & non subiungit supernumerarij: quia appellatione canonicorum veniunt illi. Quod si quis replicet: quare in di-

ctis

ctis literis fit sæpius mentio de canonicis, & supernumerariis, cum satis fuisset dicere canonicos. Respondeo, quod in aliis locis ideo fuit additum nomē supernumerariorum: quia canonici habent præbendam, & non supernumerarii. Quarto patet ex distributione, & ita respōdeo ad dubium sequens.

SECVNDA DIFFICVLTAS.

An supernumerarius non sacerdos quomodolibet forsan introductus antequam sint assignati redditus ipsis canonicis, debeat permanere ita sine sacerdotio.

SVMMARIVM.

1 *Lex respicit futura, tamen quandoque se extendit ad præterita.*

2 *Epilogus eorum quæ in his duabus difficultatibus dicta fuerunt.*

CIRCA hanc difficultatē, vt habetur ex tenore fūdationis ipsis canonicis in dignitate constitutis, & simpliciter canonicis: nam dum supernumerarij æquam habent portionem cum canonicis, & maiorē, quam habent clerici, fit, vt quemadmodum canonici debeant esse sacerdotes, ita & supernumerarii; Quod si quis obiiciat in casu nostro supernumerarium, de quo agitur, licet nō sacerdotem debere permanere in dicta ecclesia regulari collegiata: nam
1 lex non respicit præterita, sed futura, cap. 2. extra de constit. Respondeo hoc verum, nisi nominatim lex de futuris caueat, c. fi. eo. tit. vt est in præsenti casu. Nam dum dicunt literæ Apostolicæ. Quomodolibet forsan introductos, quatenus opus sit, auctoritate nostra supprimēdo, aut extinguendo. iuxta ēt Concil. Trid. sess. 24. c. 15. fit, vt velit omnino omnes canonicos, & supernumerarios esse sacerdotes. Quare ex his videtur, quod cum voluerit sacra congregatio, vt ecclesia collegiata secularis sit nouiter instituenda, & vt mutetur titulus, fit vt erecta in ecclesiam collegiatam debeat habere omnes canonicos, & supernumerarios sacerdotes. Et vt si aliquis sit supernumerarius nō sacerdos, extinguatur, vel a numero amoueatur. Si forte fuerit introductus ante impetratas literas Apostolicas, quod esse non potuit, cum ante erat ecclesia collegiata regularis, quod si postea fuerit introductus, cum sit contra verba, & mentem Roman. Pontificis, pariter erit amouendus: Igitur ex his omnibus, vt in num. 1. 2. & 3. in prima difficultate habuistis quid iura
2 loquantur de cantore, † lectore, & Thesaurario: & quare dignitates in ecclesia fuerint institutæ; Nec non qui dicantur supernumerarii: nam sunt ii, qui sunt recepti super numerum canonicorum, vt nu. 5. Qui si sunt in sacris, intersunt actibus capitularibus, & subrogantur loco canonicorum, qui defuncti sunt. Portionarii verò dicuntur ii, qui viuunt de portionibus: quæ contingunt his de die in diem, alias vocati assisii, ex eo: quia assidue assistunt in ecclesia: canonici vero, quare sic vocentur, & eorum præconia diximus, nu. 6. vsq; 11. Vltimo deueniendo ad casum nostrum diximus ponderantes verba literarum Apostolicarum supernumerarios debere esse sacerdotes, Et hæc salua, &c.

D. Iacobus de Graff.a Cap.

Consilium V.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium primum an dicatur vacare per secundum.*

2 *Tempora quinque sunt distinguenda circa*

circa præsentem quæstionem.
3 *Beneficium habens curatum videtur primum habere pro derelicto.*

INTERROGATVS quando beneficiũ primum intelligatur vacare per secũdum,
1 † de hoc multa diximus in nostris decis. in par. 1. lib. 2. cap. 97 a numero 29. cum sequenti. Verum vt præter ibi dicta habeatur facilior declaratio, Christi nomine inuocato, & Beatissimæ Mariæ semper Virginis implorato suffragio: quia hęc quęstio habet multas opiniones; sed vt concordentur, distinguenda sunt plura tẽ-
2 pora, † & primum ante Concilium Lateranense, quo non priuabatur secũdo, nec primo. Sed dabatur actio impetranti quod maluerit obtinere. Et ita intelligitur tex. in cap. referente, de præben. vbi Ioan. Andr. & Zabar. versic. quinto oppono. & Ancharan. versic. quinto noto. Sic etiã intelligitur tex. in cap. pręterea eod. tit. Secundum tempus fuit tempore Concilii Lateranensis, in quo restricta fuit facultas eligendi, & obtinẽs (pro vt ibi statutum est) priuabatur secundo; non tamen priuatio inducebatur ipso iure, cap. de multa, vbi materia de pręben. Tertium tempus fuit in d. capit. de multa, vbi per adeptionem secundi beneficii curati, vel dignitatis vacat primum ipso iure, & hoc tempore considerato cessat dispositio Concilii Lateranẽsis, de qua in cap. quia nonnulli, de cler. non resid. & intellige quod vocabat ipso iure, postquam habuerit possessionem secundi beneficii, vel per eũ steterit, quo minus possessionem habuerit, cap. commissa, de elect. Anchar. in d. cap. de multa, numero tertio. Quartum fuit tempus extrauagantis execrabilis Ioann. xxii. in qua fuit prouisum, quod recipiens beneficium curatum, seu secundam dignitatem, vel personarum, nisi de facto in continenti post habitam secundi pacificam possessionem, dimittat primum in præsentia publicarum personarum, esset priuatus ipso facto vtroque, & sic retinens de facto efficeretur ineligibilis, vt in capit. dudum 2. extra de elect. Et hæc de facto. De iure autem glossa, & Doctores concludunt acceptatione beneficii curati, & apprehensione possessionis illius, vel si per acceptãtem stat quo minus ipsum apprehendat, vacare primum beneficium ipso iure, siue sit curatum, quod quale sit, vide Ancharan. in dicto capitu. de multa, numero decimoseptimo, siue sit dignitas, siue personatus, & ratio est: quia habens beneficium curatum, si aliud simpliciter curatum recipiat, videtur primum habere pro derelicto, adeo quod absque priuatione poterit con-
3 ferri, sed modo adsunt plura capitula in Concil. Tridentino, in quibus omnis canonum ambiguitas sublata est, vt in sess. 7. sub Paulo IIII. in anno 1557. in decreto de reformat. capitu. secundo, incip. Nemo quacunque etiam dignitate, & cap. incipiens, Quicunque de cętero plura curata iuncto cap. sequen. & clarius sess. 24. sub Pio IIII. in anno 1563. in decreto de reformat. cap. 17. inci. cum ecclesiasticus ordo, vbi vnum tãtum beneficiũ, seu dignitas cuiq; conceditur, vt ibi clare patet. Et hæc salua, &c.

DE PRAEBENDIS.

Consilium VI.

Interrogatus num Eps cõferens beneficium, quod ratione alternatiuę spectabat ad summũ Pontificem peccet, & qualiter puniatur, & an beneficiatus ipso facto debeat carere ipso beneficio; respondi duabus difficultatib. posse absolui hoc consilium. Quarum

I. An

I. An conferens beneficium, quod ad ipsum non spectat, peccet, & ueniat puniendus.
II. An Beneficiatus sit ipso facto spoliandus.

PRIMÆ DIFFICVLTATIS

SVMMARIVM.

1 *Conferre beneficia ad multos spectat.*
2 *Collatio quid sit, & qualiter ab electione differat.*
3 *Vacare beneficium quando censeatur, & quot modis.*
4 *Pro nõ dato habetur quod ab illo datur, qui potestatem donandi non habet.*
5 *Episcopus qualiter puniatur conferens beneficium si non potest.*
6 *Ignorantia excusat a pœnis, non tamen quo ad actus ualiditatem.*
7 *Scienter aliquid fieri, uel ignorãter & ignorantia crassa æquiparantur.*
8 *Acceptatio beneficij nondum uacantis quando ualeat.*
9 *Beneficiatus an ipso facto priuetur possessione beneficij & fructibus.*

CIRCA hanc difficultatem premissa Dei nominis inuocatione, & Beatissimę Virginis Mariæ suffragio postulato, præmitto duo. Et primum quod collatio beneficiorum
1 potest † spectare ad multos, & primo ad Papam, ut dicit Panormit. in c. cum nobis, in vlti. not. extra de elect. Quare iure communi Papa habet potestatem conferendi omnia beneficia quocunque tempore, uel loco vacent, secundum glossam magnam receptam, in c. 1. de offic. lega. in 6. Quandoque fit a cardinalibus ratione suæ legationis, c. 1. de offic. lega. in 6 Sic nuncius sedis Apostolicæ habens potestatem legati de latere beneficia conferre poterit, ut ibi tradunt. Doctor. Quandoque a patriarchis, c. 2. & c. quia, de concess. præben. Aliquando ab episcopis, c. 2. c. ex parte, c. constitutus, de conc. pręben. Nonnunquam ab Abbatibus, & prioribus, c. fi. de insti. clem. uni. de suppl. neglig. prælat. Quandoque a capitulo, c. proposuit, de cõcess. præb. c. eã te, de rescrip. & qñq. a capitulo, & episcopo simul. c. postulasti, de concess. pręben. & quandoq; conferuntur beneficia alternatiuè, ut in casu nostro. de qua per Nauar. de præben. li. 3. cons. 18. Et hæc collatio est quędam iuris translatio. & dif-
2 fert ab electione. Nã electio tribuit ius ad rem, ut per glossam in clem. 1. in uerbo collatio vt lite penden. sed collatio tribuit ius in re, secundum, Innoc. in c. constitutis el. 2. de appellat. Secundo præmitto, quod beneficiũ aliquando uacat de iure, & de fa-
3 cto, ut per mortem, cap. susceptum, de rescript. in 6. uel renuntiationem simplicem, item per priuationem, & depositionem, c. ex literis, c. grauem de excess. præl. interdum de facto tãtum uacat, ut cum quis de facto spoliatus est suo beneficio, c. ad audientiam, c. Abbas, de his quæ uis, metusue cã fiunt, c. item cum quis, de rest. spol. Et hoc dicitur factum purum: nam nullum iuris colorem habet, ut spolians possit possidere beneficiũ. Quandoque dicitur coloratum, ut quia factum habet aliquem colorem possidendi vt quia possidet auctoritate iudicis, & c. ita Host. in c. literas, nu. 8. de concess. præben. Aliquando uacat de iure, sed non de facto, ut quando quis obtinet secundum pacificum; nam uacat primum de iure, c. de multa, de pręb. Petr. Rebuf. in praxi benefic. tit. Requisita ad collationem bonam, & uolentibus habere beneficium. Quibus sic pręmissis. ad dubiũ respondeo, quod episcopus aut confert beneficium, quod ad Papam spectabat conferre, scienter, uel credens collationem illius spectare ad ipsum, primo casu talis collatio habetur pro non facta: quia

pro non dato habetur, quando ab illo datur, qui potestatem donandi nõ habet, c. illa deuotionis, ne sede uac. c. quod vnum, de iure patron. ad fi. 1. q. 7. c. Diabertum, ff. de acquir. rerum dom. l. traditio, c. nuper, §. nos, de donat. int. uir. & vxor. & sic pro non facto habetur, & pro non iudicato, C. si a non compet. iudi. per totum. Et episcopus, qui misit manũ in messem alienã, vt in eo puniatur,
5 † in quo deliquit, uidetur debere suspendi a collatione beneficiorum, facit tex. in cap. quam graue, extra de præben. non quidem pro prima uice: nam tunc illud habet locum, quã do episcopus, qui habet potestatem conferendi conferret indigno. etenim tũc priuatur prima vice, c. cum in cunctis, § fi. ca. cum Vintoniensis extra, de elect. glo. in cap. cum singula, §. prohibemus, de præb. in 6. gloss. in cap. quod si prædicta, in uerbo priuari, de elect. quod secus est in casu nostro, vbi collatio fuit facta ab eo, qui non habebat conferendi potestatem: quare uidetur in omni euentu priuatus potestate cõferendi. Quod secus credimus, si credens posse conferre, illud contulerit; Nam & si collatio sit declaranda nulla, tamẽ igno
6 rantia excusat a pœnis: † ut excommunicationis, infamiæ, non tamen excusat quo ad ualiditatem actus, ut ex ualida fiat inualida, Dec. in l. fin. nu. 17 C. de pact. Ita etiam nos à simili diximus, in 1. par. nostr. decis. li. 4. nu. 17. c. 9. Nisi ignorantia esset
7 crassa, & supina: nam paria † sunt in pœnis aliquid fieri scienter, uel ignoranter, quando ignorantia esset crassa, vel supina: quia talis ignorantia æquiparatur scientiæ in pęnis delictorum, gloss. in c. hac constitutione, §. 1. de offic. delegat. in & 6. gloss. in clem. 1. uerb. scienter, de consangu. & affinit. Abb. in cap. Apostolicæ, nu. 3. de cler. excom. ministr. Et hanc opinionem uidetur a simili affirmasse Guido Papæ, in conf. 107. nu. 2. ubi licet acceptatio scienter facta beneficij nondum uacantis sit inutilis, c. 1. c. ne captandæ, de concess. præb. in 6. si tamen ignoranter, & bona fide uerisimiliter credens, & præsumens esse mortuus, beneficiũ acceptaret, aliud forte uideretur dicendum, ita Guido Papæ qui sup. Et hæc quo ad primam.

SECVNDA DIFFICVLTAS.

9 An beneficiatus sit ipso facto priuatus. Respondeo, quod cum is, cui collatum est beneficium, potuerit habere possessionem coloratã, quia fuit facta collatio ab episcopo, qui regulariter confert, beneficia, & ita cum uideatur habere auctoritatem iudicis, non uidetur spoliandus ipso iure possessione, nisi per sententiam constet ipsum iniuste possidere, & quia habuit causam coloratam, iuxta ea quæ dixit Hostien. in c. literas, n. 8. de concess. pręb. non uidetur priuandus fructibus perceptis: nisi acceptasset beneficium, quod sciebat eius collationem non spectare ad episcopum. Sed ad summum Pontificem. Et hæc salua semper, &c.

D. Iacob. de Graffijs a Cap.

DE REBVS ECCLESIAE NON ALIENANDIS.

Thema. Consilij. I.

Euenit casus, quod quidam Abbas regularis uendidit Petro stipulanti, & recipienti pro paulo precio aureorum mille annuos ducatos cẽtum uiginti soluendos durante uita unius, vel duorum nominandorum ab ipso Petro, pro quibus promisit, & obligauit quendam alium cẽsum aureorum ducentorum, quos eiusdẽ Abbatis monasterium annuatim exigit, & possidet in eodem loco, & ciuitate, cum pacto, ut monasterium, ipsum

ipsum infra octo mēses teneatur impetrare a capitulo & generali, & a summo Pontifice assensum, & ut singulis sex mensibus soluantur aurei 60. ita quod si defecerit dictum monasteriū in duabus solutionibus, & non fuerit impetratus ab eo assensus, possit liquidari instrumentum pro aureis 120.& pro sorte principali. Quibus quidem aureis mille asserit monasteriem indigere pro emptione certarum Apotecharum, & pro fabrica monasterij prædicti, & ita fuerunt relicti uinculati in bancho, ut in prædictam emptionē cōuerterentur, & in fabricam: itē fuit una persona noīata tūc annor. quinque, uel septem, quæ superuixit annis 23.& superuiuit ad huc, cū sit in florida ætate ann. 28. uel 30. Modo.

Consilium hoc quatuor difficultatibus absoluetur.

I. An huiusmodi contractus fuerit licitus, uel illicitus, & usurarius, qui uocatur uitalitius.
II. Posito, quod censeatur licitus, An tendat hęc alienatio in euidētem utilitatem ecclesiæ.
III. Quid si tendat, Vtrum fuerit ualida, cum non sit impetratus assensus Apostolicus.
IV. Quid operetur Reseruatio Assensus Apostolici.

Primae Difficultatis.

SVMMARIVM.

1 *Contractus præsumitur usurarius ex appositione clausulę insolita.*
2 *Principium quandoque inspicimus, & non euentum nu.15.*
3 *Emptio, & uenditio de cuius natura transfertur dominium, quando transit in mutuum.*
4 *Sors, quando repetitur in casum certum, dicitur contractus usurarius.*
5 *Pactum legis commissoriæ in pignoribus quare fuerit prohibitum.*
6 *Mutuans non debet ponere spem in lucro captando.*
7 *Fœneratoribus quando aperta datur uia ad fraudes committendas.*
8 *Pactio illicita in contractibus id operatur, ut ea sublata contractus remaneat licitus.*
9 *Emptio ad uitam non solum inter laicos sed etiam inter ecclesiasticos licita est.*
10 *Legatum factum mulieri si non nupserit, debetur etiam si nupserit.*
11 *Pater si reliquit filio uictum, & uestitum, & domus habitationē, ingrediendo religionem, & non ingrediendo hæredem uniuersalem una cum alijs, an filius ingrediendo religionē consequatur id, quod non ingrediendo consequeretur.*
12 *Pactum factum a professo ut aliquid retineat, non tenet.*
13 *Conditio impossibilis reijcitur, ne uitietur dispositio in ultima uoluntate.*
14 *Clausula nominandi plures in emptione ad uitam, qualiter intelligatur.*

CIrca præsentem difficultatem Redemptoris omniū nominē inuocato, & Gloriosissimæ Virginis Mariæ, cuius hodie octauam assumptionis colimus suffragio implorato, ut ueritatē huiusmodi consultationis impetrare dignetur, An huiusmodi contractus fuerit licitus, uel illicitus, diligenter consideratis uerbis ipsius instrumēti, uidetur huiusmodi contractum fuisse illicitum, & usurarium. & primo ex defectu clausulæ insolitę insertæ in testamento, † ex quo
1 præsumitur contractus usurarius, ita Phil. Corn. cons. 23 incipiente uiso per totum, vol. 3. & cons. 303. quod incipit uidetur in litera M. Barto. & Ang. & Doct. in l. si quis sub conditione, ff. de condit. instit. Couar. lib. 3. uariar. resol. c. 8. nu. 6. in fine; argum. text. in d. l. si quis sub conditione, ubi insoli-

solitæ cōditiones, pactiones, & clausulæ simulationem, & fraudem præseferunt, idem Angelus in l. pen. C. de euict. Gerardus a Petra Sancta singul. 87. sed modo in instrumento fuerunt empti aurei 120. pro mille pro nominanda una persona, uel pluribus, quod quidem nunquam fieri cōsueuit, quia sic monasterium possit cogi ad soluendum 12. pro centenario, quousq; morerentur omnes, quod esset profecto ualde iniquum. Cum cesset ratio, quare contractus emptionis ad uitam sit licitus, quia ut emptor potuit mori longo interiecto spatio, sic & breui, & sic uenditor poterat acquirere: quę ratio tūc cessat, quando emptio fit pro pluribus, ergo. Quod si quis obijciat hoc non procedere in casu nostro, cum fuerit nominata una persona, Respondeo, quod quando adest mala intentio a principio non inspicimus e-
2 uentum, † sed principium, At hic fuit mala intentio nominandi plures, ergo. Secundo fuit nominata persona, quæ erat quinque, uel sex annorum: unde certus erat emptor iuris præsumptione, iux tex. in l. hæreditatum, ff. ad l. Falcid. de lucro captando pro pecunia super lucranda. Quare contractus iste similis est fœnori, c. in ciuitate, cap. nauiganti, de usuris. Tertio, ex uerbis illis, quod deficiente monasterio per multas solutiones, uel non impetrante assensum possit liquidari instrumentum pro sorte, & annuis aureis 220. uidetur, quod contractus iste emptionis, & uenditionis, de cuius natura est,
3 ut transferatur dominium, transeat in mutuum: quia ex pacto non adimpleto potest petere, sortem cum aureis 120, cum petit sortem, est mutuum, cum petit aureos 120 adest usura: nam accipit sortem cū augmento sortis, 14. q. 3. ca. usura. Amplius, quando sors repetitur in certum ca-
4 sum, dicitur † contractus vsurarius, Paul. de Castro. uol. 1. cons. 139. nū. 4. sic quando adest spes, quod pecunia, hoc est sors possit repeti. Nauar. lib. 3. de empt. & uendidit. c. 20. uersic. Alia de prædicto. sed modo sors potest peti, & est spes, quod petatur in certum casum: ergo erit contractus vsurarius, cum habeat naturā mutui, ut sors repetatur, l. 2. ff. si cer. pet. & vsuræ, cum habeat lucrum, Hosti. in princ. in sum. de vsur. Quinto, ubi est eadem ratio, idem ius erit statuēdum, l. illud, ff. ad l. aquil. cum simil. sed ratio, quare fuerit prohibitum pactum legis commissoriæ in
5 pignorib. † iux. tex. & in l. 2. & ul. C. de pact. pignorum, & cap. significante, de pignor. inter alias est hæc, quia si ualeret pactum hoc, creditor uix, aut rato unquam mutuaret sine isto pacto, scilicet, quod nisi intra biennium mihi nō restitueris pecuniam (v.g.) mille aureos, fundus a te mihi datus incidat in commissum, hoc est, sit meus. Quod nempe pactum continet in se crimen usurarum,
6 quia mutuans † non debet ponere spem in lucro captando, cap. consuluit extra, de vsur. Mutuum date, nihil inde sperantes. Sed in tali pacto creditor habet spem consequendi illud lucrum, quia haberet rem elapso tempore pro iniusto precio, Abb. in d.c. significante: igitur cum eadem ratio sit in huiusmodi contractu cum tali clausula, quia est in spe quod possit liquidare instrūm tā pro sorte q̄ pro augmēto sortis: ergo idē ius erit statuendum: sexto, si huiusmodi contractus esset licitus cum hoc pacto in defectum solutionis faciendæ sortem principalem habendi cum lucro, omnibus fœneratoribus aperta esset uia ad fraudes com-
7 mittendas: † quia emerent istos redditus, & maxima lucra inde perciperent, multo magis, quam si conuerterent pecuniam in emptiones prædiorum, cum spe habendi sortem prin-

principalem in defectum solutionis, vnde ex excessu præsumit' fraus, l.cum hi.§.modus, ff. de transact. & ex spe vsura, vt supra probauimus; His tamen, & similibus non obstantibus contrariam partem puto veriorem, nempe vt contractus ille non vsurarius, sed licitus sit. Vnde hac in re, animaduertere oportet, quod quando in aliquo contractu licito pactio aliqua illicita, vel vsuraria apponitur, tunc ea pactio id operabitur, vt ea a contractu submo-
8 ueatur, † remaneatque contractus absque illa pactione licitus, ita tenet Couaruu. & in specie in contractu emptionis ad vitam, libro tertio, variar. resolut. capitulo octauo, numero septimo, vbi dicit quod quando fit instrumentum, vt venditori liceat infra certum tempus redimere reditum constitutum, postea vero maneat is perpetuus, profecto tale pactum erit illicitum cum per illud restringatur libera redimendi facultas, & hoc cum sit pretio æstimabile, facit contractum vsurariũ, vt nos diximus in prima par. nostrarum decisio. libro secundo, cap. 104. numero tertio, & tamen hac pactione sublata etiam post tempus licita erit, & permissa redemptio, ita Neapoli in sacro regio consilio sæpè pronunciatum esse audiuimus, pactionem huiusmodi ĩ casu nostro, quod instrumentum liquidaretur pro sorte, & tertijs quo ad restitutionem sortis reiectum fuisse, & tamen liquidatum instrumentum pro tertijs. Et hoc quidem innititur æquitati, alias sequeretur, quod si emptor post multos annos liquidaret instrumẽtum pro sorte, & tertijs, emptor post duplum sortis, & plus iterum illam haberet, sic & venditionem factam, vt intra certum tempus redimere liceat, & non vltra, refert Couarr. in Gran. et. prætorio pronunciatum fuisse pactione sublata venditionem ipsam semoto vitio validã esse, cum contractus emptionis, &
9 venditionis licitus sit † non solum inter personas laicas, vt nos affirmauimus in 1. par. nostrarum dec. li. 2. c. 118. nu. 17. sed etiam inter ecclesiasticas, ratione incertitudinis, l. si ea lege, C. de vsur. cũ simil. vt testatur Oldradus cons. 207. qui dicit, quod talem contractum ab omni vsurariũ suspitione reddit alienum ferè totius mundi consuetudo, secundum quam tales contractus frequenter celebrantur, argum. ff. de contrah. emp. l. si in emptione, §. 1. sic a simili dixit idem Couaru. lib. 1. var. resolu. capit. 19. nu. 10. legatum factum ali-
10 cui, † si non nupserit, deberi etiam si nupserit, & ita conditio ista reijcitur, & hoc ob fauorem reipublicæ circa procreationem liberorum, sic Decius cons. 674. dixit, quod si in testamento dicitur, item volo, quod casu, quo Ioannes Franciscus meus filius profitetur in religione, in qua
11 est † habeat tantũmodo victum, & habitationem domus, & casu, quo nollet esse religiosus, instituo eum hæredem vniuersalem vna cum infrascriptis hæredibus vniuersalibus, quod in tali casu Doctores communiter volunt, quod etiam intrando religionem consequatur, & habeat illud, quod non intrando religionem haberet, ne a vita contemplatiua seducatur, & ita a religione retrahatur. Sic glossa in authent. ingressi, verbo dedicant. Cod. de sacr. sanct. eccles. dixit, quod si ex pacto ingressus monasterium aliqua re-
12 tinuerit, † non valet pactum, sed ingressus non vitiatur, vt ff. de hæred. instit. l. si quis hæres institutus: quia cum est alterius iuris non potest aliquid habere, vt ff. de acquirendo rerum dominio, l. homo liber, & ff. de regul. iuris, l. qui in seruitute: & ita requiritur pactum, & valet actus sic impossibilis,

13 lis, & turpis conditio reijcitur, ne uitietur dispositio in ultima uoluntate, ut ff. de conditio. & demonstr. l. 1. C. de condit. instit. l reprehendendi, 10. qu. 1. c. sic quidam, ubi narrat ibi glossa in uerbo Non pertinere. Hic habes, quod contractus tenet, sed pactum appositum contra naturam cōtractus non tenet, sic extra, de condit. appos. c. 1. 16. q. 1. c. si quis laicus, extra qui cler. uel uouen. capit. insinuante, sic de consec. d. 1. cap. si quis basilicam. ex quibus omnibus sequitur, quod si aliqua pactio illicita sit in hoc contractu, illa est reijcienda manente contractu licito: unde hoc sic præsupposito non obstant in contrariū adducta. et primo ex quo hic apposita est clausula illa insolita apponi nominandi plures personas, ergo cōtractus præsumitur usurarius. respondeo, quod clausula illa nomi-
14 nandi vnum, uel plures, † non sic intelligitur, ut plures nominentur, ita quod si oporteat unus mori, ut pretium aureorum mille extinguatur, & sit monasterij: sic enim procederet contrarium: sed quod (v. g.) unus nominetur ad ducatos 200. Alius ad 400. & al.⁹ ad 400. quare sit, ut mors unius personæ sufficiat ad extinctionem partis secundum illam partem, ad quam est nominata: sic nec secundo obstat, quod quando adest mala intentio a principio, non inspicimus euentum, sed principium, & ita licet sit nominata una persona, non hoc consideratur. Respōdeo inspici principium, & non euentum quo ad deū in foro interiori, (v. g.) Qui iniurias inferendo molitur clericum percutere manum extendendo, uel gladiū
15 euaginādo in foro interiori † peccat mortaliter, tamen in foro exteriori non erit excommunicatus, quia in illo foro requiritur euentus, & non principium, c. si quis sua dente uerbo iniecerit, 17. q. 4. pariter non obstat tertium, & ea, quæ sequuntur, quia unico uerbo responderi potest illa habere locum, quādo illa pactio illicita non intelligeretur submota, sed supra diximus pactionem illicitam id operari, ut ea a cōtractu submoueatur, sicque ea cessante contractus remaneat licitus: ergo si licitus, poterit monasterium cogi ad solutionem tertiarum, cum contractus de iure subsistat.

SECVNDA DIFFICVLTAS.

An contractus iste possit rescindi ex alio capite, ut quia huiusmodi alienatio non tendat in euidentem utilitatem ecclesiæ.

SVMMARIVM.

1 *Emens fructus fundi a monasterio ad uitam suā pro aureis mille & superuixit tanto tēpore, quod tot fructus percepit, quot ascendūt ad mille ducatos, talis contractus licitus est, & non usurarius.*

2 *Vtilitas euidens in alienatione rei ecclesiasticæ intelligitur pro ecclesia, & non pro emptore.*

3 *Vtilitas ecclesiæ perpetua quæ dicatur.*

CIRCA hāc secundam difficultatem, quod possit rescindi ex capite non euidentis utilitatis, patet primo tum ex iuris præsumptione, nam cum emptor tempore contractus iusti esset annorum quinque, uel septem, sit quod iuris præsumptione erat multo plus percepturus, quam esset sors principalis, iuxta tex. in l. hæreditatum, ff. ad l. Falcid. Vnde uidetur similis fœneri, cap. in ciuitate, c. nauiganti, extra, de usur. unde Iason in l. si pater puellæ, nu. 8. C. de inoffic. testam. dixit vltimo ista lex inducitur per Cynum,
1 & alios, qd si aliquis emit † fructus alicuius fundi a monasterio ad uitā suam pro mille ducatis, & superuixit

xit tanto tempore, quod tot fructus percepit, qui ascendunt ad mille ducatos, An talis contractus sit licitus, ubi Iason distinguit, quod si tempore cõtractus erat adeo iuuenis, quod poterat uerisimiliter tanto tempore viuere, iuxta d. l. Hæreditatum, & tunc fit vsura, & tenetur in foro conscientiæ ad restitutionem, alias secus, & refert Baldus ita tenere Theologos, ita Paulus de Castro, 289. nu. 4. & ita uidetur casus noster: nam preterquam hoc erat uerisimile tempore contractus illum debere super uiuere tanto tanto tẽpore quod non solum esset percepturus de lucro id, quod ascendere debebat ad sortem principalem, sed multo plus: Hoc postea probauit rei euentus: nam ex mille habuit bis mille, & sex centum de tertijs, & iam est in florida ętate annorum 28. Hoc tamen non obstante dicimus hanc emptionem potuisse uerti in euidentem utilitatem monasterij, & sic non obstatẽt contraria quod vt palam fiat, adnotandum erit euidentem monasterij utilitatem non esse considerandam

2 † respectu emptoris, sed respectu ipsius monasterij, & ecclesiæ, ita ad hoc pondero tex. in c. sine exceptione, ibi ut meliora prospiciat, 12. q. 2. in auth. hoc ius in fi. C. de sacrosan. eccles. glossam in c. si quis presbyterorum, de rebus eccl. non alien. c. 1. ibi vel utilitas, eod. ti. in 6. cle. 1. eod. tit. Item extrauag. Ambitiosæ ibi ecclesię euidenti utilitate: sufficit enim ut ex uenditione facta ab ecclesia, & ex pecunia percepta resultet ecclesiæ utilitas: quare licet ista emptio sit versa in maximam utilitatẽ emptoris, non tamen hæc habenda erit in consideratione, modo sit in euidentem utilitatem monasterij, sed iam hoc esse potuit, cum dicta pecunia aureorum mille fuerit, (vt asseritur in cautelis) uersa in utilitatem perpetuam monasterij, hoc est

3 in ædificijs perpetuis, † & ita durat uersa, vt dixit Dominus Card. in clemen. 1. nu. 27. tit. nostro, & in cap. quod quibusdam, de fideiuss. & facile est creditu monasterium de ædificio apothecarum, quæ fuerunt constructæ ex precio aureorum mille locupletatum in amplius, quam duodecim pro quolibet Centenario, deinde incertum est per quod tempus dẽat soluere, cũ ut emptor põt multũ viuere, potest etiã & parum, & ideo talis contractus ratione incertitudinis est licitus, facit tex. in cap. nauiganti, cap. consuluit, de vsur. notatur in l. si ea lege, C. de usur. Sed primo factum est certum, cum ædificia dicantur perpetua: vnde qua diligentia usus sit emptor, ad quam non tenebatur, ut notant scribentes, in d. c. quod quibusdam, clare apparet ex instrumento, vbi habetur quod monasterium fatetur indigere mille aureis pro emptione certarum Apothecarum, & pro fabrica monasterij, & ita fuerunt remissi uinculati in bancho, ut sic conuerterentur: Quare ex his liquido constat huiusmodi alienationem potuisse uerti in euidentem utilitatem monasterij, & ita durare. Quod tamen limito, vt non procedat hęc opinio, regulariter, sed tunc solummodo, cum probatur, aut certo scitur ecclesiam meliorasse conditionem suam.

Tertia Difficultas.

Quid si tendat, utrum fuerit ualida, cum non sit impetratus assensus Apostolicus.

SVMMARIVM.

1 *Transactio super alimentis si sit conditio melior alimentandi ualet sine auctoritate iudicis.*

2 *Contractus ut ualeat omissis debitis solem-*

lo, oporteat, vt sit in sacris, clement. vt hi, §. qui verbo emancipati, de ęta. & qualit. & ex Concil. Trident. Et isti canonici possunt institui non so
9 lum in ecclesia cathedrali, † sed etiã collegiata seculari, & dicitur collegiata ecclesia, q̃ñ est societas pluriũ hominũ inter se distantium vno nomine deputata collegio. Et cognoscitur ecclesia collegiata ex mensa communi in refectorio, & dormitorio, & arca, & communi sigillo: vt dixit Dom. Cardin. in clemen. 2. numero 10. de ætа & quali. Collegium
10 vero † quandoque vocatur corpus, ideo omnes de collegio dicuntur incorporati collegio. Quandoque dicitur cætus, l. prætor 2. in princ. ff. vi bon. raptorum. Quandoque vero appellatur capitulum, de rescript. cap. capitulum. Quandoq; vniuersitas, l. 1. in princ. ff. quod cuiusq. vniuersit. Nonnunquam congregatio, Bart. in d. l. prætor. Aliquando societas, d. l. 1. in princ. Quandoque fraternitas, vnde homines eiusdem collegij dicuntur confratres, l. fin. ff. de colleg. Illyric. Aliquando conuentus: quia in vnum conueniunt, c. 1. in fi. dist. 15. & vltimò sodalitium, ex eo: quia homines simul habitantes sint, d. l. 1. De his late per Mari. Soc. in c. dilecta, de maior. & obed. Quib. præmissis respondeo supernumerarios in casu nostro debere esse sacerdotes, quod quidem multipliciter probatur, ex verbis literarum Apostolicarum: & primo ex præfatione fundationis, ex qua colligitur qualis fue
11 rit mens summi Pontificis, † c. quia propter, de elect. l. fin. ff. de hære. instit. nam dum voluit prouideri illi insigni oppido in numero sex millium personarum in circa nobiliũ, & illustrium, & I. V. Doctorum, aliorumque Christi fidelium de ecclesia collegiata seculari, quam nullam habebant iux. Concil. Trident. sess. 5. de reformat. capitu. primo, & cap. 15. fit, quòd tanto hominum numero non poterat decenter satisfieri, nisi saltem essent sacerdotes xvj. & sex clerici, qui possent missis inseruire; Vnde cum in hoc numero xvj sint deputati canonici supernumerarij, fit, vt illi esse debeant sacerdotes, qui diuino cultui celebrãdo, ac dignitati ecclesiasticæ commodè valeant correspondere, d. capit. 15. sess. 24. secundo cum sacra Congregatio prouiderit de sex clericis non sacerdotibus, qui debebant seruire sacerdotibus celebrantibus: & in alijs, quæ spectant ad cultum diuinum, fit, vt alij debeant esse sacerdotes. Tertio pondero verba illa, vbi post assignationem dignitatum, ac octo canonicorum, triumque supernumeratiorum canonicorum, aliorumque clericorum sex; sic habetur; Qui præpositus, cantor, & Thesaurarius, Canonici, & beneficiati prædicti apud dictam ecclesiam sic collegiatam erigendam personaliter residere, ac missas, horasque diuinas, & alia diuina officia celebrare teneantur: ex quibus apparet, quod dum dicit, Qui, quod comprehendantur supernumerarij, vt debeant
12 esse sacerdotes, † cum supernumerarij debeant esse canonici: quia veniunt appellatione canonicorum, habeantque omnia emolumenta, quæ habet canonicus, vt sup. diximus Sed canonici in præsenti facto debent esse sacerdotes, alias nullatenus habentes solum dignitates, vt præpositus, cantor, Thesaurarius, atque lector possent supplere oneribus dictæ ecclesiæ, iux. Conc Trid. cap. 1. & esset contra Conc. sess. 24.
13 capit. 12. Ita tamen vt † dimidia, ergo. Hinc fit, quòd non sine mysterio dicitur, qui præpositus, cantor, & Thesaurarius canonici: & non subiungit supernumerarij: quia appellatione canonicorum veniunt illi. Quod si quis replicet: quare in di-

ctis

ctis literis fit sæpius mentio de canonicis, & supernumerariis, cum satis fuisset dicere canonicos. Respondeo, quod in aliis locis ideo fuit additum nomẽ supernumerariorum: quia canonici habent præbendam, & non supernumerarii. Quarto patet ex distributione, & ita respódeo ad dubium sequens.

SECVNDA DIFFICVLTAS.

An supernumerarius non sacerdos quomodolibet forsan introductus antequam sint assignati redditus ipsis canonicis, debeat permanere ita sine sacerdotio.

SVMMARIVM.

1 *Lex respicit futura, tamen quandoque se extendit ad præterita.*

2 *Epilogus eorum quæ in his duabus difficultatibus dicta fuerunt.*

CIRCA hanc difficultatẽ, vt habetur ex tenore fũdationis ipsis canonicis in dignitate constitutis, & simpliciter canonicis: nam dum supernumerarij æquam habent portionem cum canonicis, & maiorẽ, quam habent clerici, fit, vt quemadmodum canonici debeant esse sacerdotes, ita & supernumerarii; Quod si quis obiiciat in casu nostro supernumerarium, de quo agitur, licet nõ sacerdotem debere permanere in dicta ecclesia regulari collegiata: nam
1 lex non respicit præterita, sed futura, cap. 2. extra de constit. Respondeo hoc verum, nisi nominatim lex de futuris caueat, c. fi. eo. tit. vt est in præsenti casu. Nam dum dicunt literæ Apostolicæ. Quomodolibet forsan introductos, quatenus opus sit, auctoritate nostra supprimẽdo, aut extinguendo. iuxta ẽt Concil. Trid. sess. 24. c. 15. fit, vt velit omnino omnes canonicos, & supernumerarios esse sacerdotes. Quare ex his videtur, quod cum voluerit sacra congregatio, vt ecclesia collegiata secularis sit nouiter instituenda, & vt mutetur titulus, fit vt erecta in ecclesiam collegiatam debeat habere omnes canonicos, & supernumerarios sacerdotes. Et vt si aliquis sit supernumerarius nõ sacerdos, extinguatur, vel a numero amoueatur. Si forte fuerit introductus ante impetratas literas Apostolicas, quod esse non potuit, cum ante erat ecclesia collegiata regularis, quod si postea fuerit introductus, cum sit contra verba, & mentem Roman. Pontificis, pariter erit amouendus: Igitur ex his omnibus, vt in num. 1. 2. & 3. in prima difficultate habuistis quid iura
2 loquantur de cantore, † lectore, & Thesaurario: & quare dignitates in ecclesia fuerint institutæ; Nec non qui dicantur supernumerarii: nam sunt ii, qui sunt recepti super numerum canonicorum, vt nu. 5. Qui si sunt in sacris, intersunt actibus capitularibus, & subrogantur loco canonicorum, qui defuncti sunt. Portionarii verò dicuntur ii, qui viuunt de portionibus: quæ contingunt his de die in diem, alias vocati assisii, ex eo: quia assidue assistunt in ecclesia: canonici vero, quare sic vocentur, & eorum præconia diximus, nu. 6. vsq; 11. Vltimo deueniendo ad casum nostrum diximus ponderantes verba literarum Apostolicarum supernumerarios debere esse sacerdotes, Et hæc salua, &c.

D. Iacobus de Graff. a Cap.

Consilium V.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium primum an dicatur vacare per secundum.*

2 *Tempora quinque sunt distinguenda*

circa præsentem quæstionem.
3 *Beneficium habens curatum videtur primum habere pro derelicto.*

INTERROGATVS quando beneficiū primum intelligatur vacare per secūdum,† de hoc multa diximus in nostris decis. in par.1.lib.2.cap.97 a numero 29. cum sequenti. Verum vt præter ibi dicta habeatur facilior declaratio, Christi nomine inuocato,& Beatissimæ Mariæ semper Virginis implorato suffragio: quia hęc quęstio habet multas opiniones; sed vt concordentur, distinguenda sunt plura tēpora,† & primum ante Concilium Lateranense,quo non priuabatur secūdo,nec primo. Sed dabatur actio impetranti quod maluerit obtinere. Et ita intelligitur tex.in cap. referente,de præben. vbi Ioan.Andr. & Zabar.versic.quinto oppono. & Ancharan. versic.quinto noto. Sic etiā intelligitur tex.in cap.pręterea eod. tit. Secundum tempus fuit tempore Concilii Lateranensis,in quo restricta fuit facultas eligendi,& obtinēs (pro vt ibi statutum est) priuabatur secundo; non tamen priuatio inducebatur ipso iure, cap.de multa, vbi materia de pręben. Tertium tempus fuit in d.capit.de multa,vbi per adeptionem secundi beneficii curati, vel dignitatis vacat primum ipso iure,& hoc tempore considerato cessat dispositio Concilii Lateranēsis, de qua in cap.quia nonnulli,de cler. non resid.& intellige quod vocabat ipso iure,postquam habuerit possessionem secundi beneficii, vel per eū stetit, quo minus possessionem habuerit,cap. commissa, de elect. Anchar. in d.cap.de multa,numero tertio. Quartum fuit tempus extrauagantis execrabilis Ioann.xxii.in qua fuit prouisum, quod recipiens beneficium curatum, seu secundam dignitatem, vel personarum, nisi de facto in continenti post habitam secundi pacificam possessionem,dimittat primum in præsentia publicarum personarum, esset priuatus ipso facto vtroque, & sic retinens de facto efficeretur ineligibilis, vt in capit.dudum 2.extra de elect. Et hæc de facto. De iure autem glossa, & Doctores concludunt acceptatione beneficii curati, & apprehensione possessionis illius, vel si per acceptātem stat quo minus ipsum apprehendat,vacare primum beneficium ipso iure, siue sit curatum, quod quale sit, vide Ancharan. in dicto capitu. de multa, numero decimoseptimo, siue sit dignitas, siue personatus,& ratio est:quia habens beneficium curatum, si aliud simpliciter curatum recipiat, videtur primum habere pro derelicto, adeo quod absque priuatione poterit con-
3 ferri, sed modo adsunt plura capitula in Concil. Tridentino, in quibus omnis canonum ambiguitas sublata est, vt in sess.7.sub Paulo IIII. in anno 1557.in decreto de reformat. capitu. secundo, incip. Nemo quacunque etiam dignitate,& cap incipiens, Quicunque de cętero plura curata iuncto cap.sequen.& clarius sess.24. sub Pio IIII. in anno 1563. in decreto de reformat.cap.17. inci. cum ecclesiasticus ordo, vbi vnum tātum beneficiū, seu dignitas cuiq; conceditur, vt ibi clare patet. Et hæc salua,&c.

DE PRAEBENDIS.

Consilium VI.

Interrogatus num Eps cōferens beneficium,quod ratione alternatiuę spectabat ad summū Pontificem peccet, & qualiter puniatur, & an beneficiatus ipso facto debeat carere ipso beneficio; respondi duabus difficultatib. posse absolui hoc consilium. Quarum

I. An

I. An conferens beneficium, quod ad ipsum non spectat, peccet, & ueniat puniendus.
II. An Beneficiatus sit ipso facto spoliandus.

Primæ Difficultatis

SVMMARIVM.

1 *Conferre beneficia ad multos spectat.*
2 *Collatio quid sit, & qualiter ab electione differat.*
3 *Vacare beneficium quando censeatur, & quot modis.*
4 *Pro nō dato habetur quod ab illo datur, qui potestatem donandi non habet.*
5 *Episcopus qualiter puniatur conferens beneficium si non potest.*
6 *Ignorantia excusat a pœnis, non tamen quo ad actus ualiditatem.*
7 *Scienter aliquid fieri, uel ignorāter & ignorantia crassa æquiparantur.*
8 *Acceptatio beneficij nondum uacantis quando ualeat.*
9 *Beneficiatus an ipso facto priuetur possessione beneficij & fructibus.*

Irca hanc difficultatem pręmissa Dei nominis inuocatione, & Beatissimę Virginis Mariæ suffragio postulato, præmitto duo. Et primum quod collatio beneficiorum
1 potest † spectare ad multos, & primo ad Papam, ut dicit Panormit. in c. cum nobis, in vlti. not. extra de elect. Quare iure communi Papa habet potestatem conferendi omnia beneficia quocunque tempore, uel loco vacent, secundum glossam magnam receptam, in c. 1. de offic. lega. in 6. Quandoque fit a cardinalibus ratione suæ legationis, c. 1. de offic. lega. in 6 Sic nuncius sedis Apostolicæ habens potestatem legati de latere beneficia conferre poterit, ut ibi tradunt. Doctor. Quandoque a patriarchis, c. 2. & c. quia, de concess. præben. Aliquando ab episcopis, c. 2. c. ex parte, c. constitutus, de conc. pręben. Nonnunquam ab Abbatibus, & prioribus, c. fi. de insti. clem. uni. de suppl. neglig. prælat. Quandoque a capitulo, c. proposuit, de cōcess. præb. c. eā te, de rescrip. & qnq. a capitulo, & episcopo simul. c. postulasti, de concess. pręben. & quandoq; conferuntur beneficia alternatiuè, ut in casu nostro. de qua per Nauar. de præben. li. 3. cons. 18. Et hæc collatio est quędam iuris translatio. & dif
2 fert ab electione. Nā electio tribuit ius ad rem, ut per glossam in clem. 1. in uerbo collatio vt lite penden. sed collatio tribuit ius in re, secundum, Innoc. in c. constitutis el. 2. de appellat. Secundo præmitto, quod beneficiū aliquando uacat de iure, & de fa
3 cto, ut per mortem, cap. susceptum, de rescript. in 6. uel renuntiationem simplicem, item per priuationem, & depositionem, c. ex literis, c. grauem de excess. præl. interdum de facto tātum uacat, ut cum quis de facto spoliatus est suo beneficio, c. ad audientiam, c. Abbas, de his quæ uis, metusue cā fiunt, c. item cum quis, de rest. spol. Et hoc dicitur factum purum: nam nullum iuris colorem habet, ut spolians possit possidere beneficiū. Quandoque dicitur coloratum, ut quia factum habet aliquem colorem possidendi vt quia possidet auctoritate iudicis, &c. ita Host. in c. literas, nu. 8. de concess. præben. Aliquando uacat de iure, sed non de facto, ut quando quis obtinet secundum pacificum; nam uacat primum de iure, c. de multa, de pręb. Petr. Rebuf. in praxi benefic. tit. Requisita ad collationem bonam, & uolentibus habere beneficium. Quibus sic pręmissis. ad dubiū respondeo, quod episcopus aut confert beneficium, quod ad Papam spectabat conferre, scienter, uel credens collationem illius spectare ad ipsum, primo casu talis collatio habetur pro non facta: quia pro

pro non dato habetur, quando ab illo datur, qui potestatem donandi nō habet, c. illa deuotionis, ne sede uac. c. quod vnum, de iure patron. ad fi. 1. q. 7. c. Diabertum, ff. de acquir. rerum dom. l. traditio, c. nuper, §. nos, de donat. int. uir. & vxor. & sic pro non facto habetur, & pro non iudicato, C. si a non compet. iudi. per totum. Et episcopus, qui misit manū in messem alienā, vt in eo puniatur,
5 † in quo deliquit, uidetur debere suspendi a collatione beneficiorum, facit tex. in cap. quam graue, extra de præben. non quidem pro prima uice: nam tunc illud habet locum, quā do episcopus, qui habet potestatem conferendi conferret indigno. etenim tūc priuatur prima vice, c. cum in cunctis, § fi. ca. cum Vintoniensis extra, de elect. glo. in cap. cum singula, §. prohibemus, de præb. in 6. gloss. in cap. quod si prædicta, in uerbo priuari, de elect. quod secus est in casu nostro, vbi collatio fuit facta ab eo, qui non habebat conferendi potestatem: quare uidetur in omni euentu priuatus potestate cōferendi. Quod secus credimus, si credens posse conferre, illud contulerit; Nam & si collatio sit declaranda nulla, tamē ignorantia excusat a pœnis: † ut excommunicationis, infamiæ, non tamen excusat quo ad ualiditatem actus, ut ex ualida fiat inualida, Dec. in l. fin. nu. 17. C. de pact. Ita etiam nos à simili diximus, in 1. par. nostr. decis. li. 4. nu. 17. c. 9. Nisi ignorantia esset
6
7 crassa, & supina: nam paria † sunt in pœnis aliquid fieri scienter, uel ignoranter, quando ignorantia esset crassa, vel supina: quia talis ignorantia æquiparatur scientiæ in pęnis delictorum, gloss. in c. hac constitutione, §. 1. de offic. delegat. in & 6. gloss. in clem. 1. uerb. scienter, de consangu. & affinit. Abb. in cap. Apostolicæ, nu. 3. de cler. excom. ministr. Et hanc opinionem uidetur a simili affirmasse Guido Papæ, in cons. 107. nu. 2. ubi licet acceptatio scienter facta beneficij nondum uacantis sit inutilis, c. 1. c. ne captandæ, de concess. præb. in 6. si tamen ignoranter, & bona fide uerisimiliter credens, & præsumens esse mortuus, beneficiū acceptaret, aliud forte uideretur dicendum, ita Guido Papæ qui sup. Et hæc quo ad primam.

SECVNDA DIFFICVLTAS.

9 An beneficiatus sit ipso facto priuatus. Respondeo, quod cum is, cui collatum est beneficium, potuerit habere possessionem coloratā, quia fuit facta collatio ab episcopo, qui regulariter confert, beneficia, & ita cum uideatur habere auctoritatem iudicis, non uidetur spoliandus ipso iure possessione, nisi per sententiam constet ipsum iniuste possidere, & quia habuit causam coloratam, iuxta ea quæ dixit Hostien. in c. literas, n. 8. de concess. pręb. non uidetur priuandus fructibus perceptis: nisi acceptasset beneficium, quod sciebat eius collationem non spectare ad episcopum. Sed ad summum Pontificem. Et hæc salua semper, &c.

D. Iacob. de Graffijs a Cap.

DE REBVS ECCLESIAE NON ALIENANDIS.

Thema. Consilij. I.

Euenit casus, quod quidam Abbas regularis uendidit Petro stipulanti, & recipienti pro paulo precio aureorum mille annuos ducatos cētum uiginti soluendos durante uita unius, vel duorum nominandorum ab ipso Petro, pro quibus promisit, & obligauit quendam alium cēsum aureorem ducentorum, quos eiusdē Abbatis monasterium annuatim exigit, & possidet in eodem loco, & ciuitate, cum pacto, ut monasterium, ipsum

ipsum infra octo mēses teneatur impetrare a capitulo & generali, & a summo Pontifice assensum, & ut singulis sex mensibus soluantur aurei 60. ita quod si defecerit dictum monasteriū in duabus solutionibus, & non fuerit impetratus ab eo assensus, possit liquidari instrumentum pro aureis 120.& pro sorte principali. Quibus quidem aureis mille asserit monasteriem indigere pro emptione certarum Apotecharum, & pro fabrica monasterij prædicti, & ita fuerunt relicti uinculati in bancho, ut in prædictam emptionē cō uerterentur, & in fabricam: itē fuit una persona noīata tūc annor. quinque, uel septem, quæ superuixit annis 23.& superuiuit ad huc, cū sit in florida ætate ann.28. uel 30. Modo.

Consilium hoc quatuor difficultatibus absoluetur.

I. An huiusmodi contractus fuerit licitus, uel illicitus, & usurarius, qui uocatur uitalitius.
II. Posito, quod censeatur licitus, An tendat hęc alienatio in euidētem utilitatem ecclesiæ.
III. Quid si tendat, Vtrum fuerit valida, cum non sit impetratus assensus Apostolicus.
IV. Quid operetur Reseruatio Assensus Apostolici.

Primae Difficvltatis.

SVMMARIVM.

1 *Contractus præsumitur usurarius ex appositione clausulę insolita.*
2 *Principium quandoque inspicimus, & non euentum nu.15.*
3 *Emptio, & uenditio de cuius natura transfertur dominium, quando transit in mutuum.*
4 *Sors, quando repetitur in casum certum, dicitur contractus usurarius.*
5 *Pactum legis commissoriæ in pignoribus quare fuerit prohibitum.*
6 *Mutuans non debet ponere spem in lucro captando.*
7 *Fœneratoribus quando aperta datur uia ad fraudes committendas.*
8 *Pactio illicita in contractibus id operatur, ut ea sublata contractus remaneat licitus.*
9 *Emptio ad uitam non solum inter laicos sed etiam inter ecclesiasticos licita est.*
10 *Legatum factum mulieri si non nupserit, debetur etiam si nupserit.*
11 *Pater si reliquit filio uictum, & uestitum, & domus habitationē, ingrediendo religionem, & non ingrediendo hæredem uniuersalem una cum alijs, an filius ingrediendo religionē consequatur id, quod non ingrediendo consequeretur.*
12 *Pactum factum a professo ut aliquid retineat, non tenet.*
13 *Conditio impossibilis reijcitur, ne uitietur dispositio in ultima uoluntate.*
14 *Clausula nominandi plures in emptione ad uitam, qualiter intelligatur.*

Circa præsentem difficultatem Redemptoris omniū nomine inuocato, & Gloriosissimæ Virginis Mariæ, cujus hodie octauam assumptionis colimus suffragio implorato, ut ueritatē huiusmodi consultationis impetrare dignetur, An huiusmodi contractus fuerit licitus, uel illicitus, diligenter consideratis uerbis ipsius instrumē ti, uidetur huiusmodi contractum fuisse illicitum, & usurarium. & primo ex defectu clausulæ insolitę in-
1 sertæ in testamento, † ex quo præsumitur contractus usurarius, ita Phil. Corn. cons.23 incipiente uiso per totum, vol.3.& cons.303. quod incipit uidetur in litera M. Barto. & Ang. & Doct. in l. si quis sub conditione, ff. de condit. instit. Couar. lib.3. uariar. resol. c.8. nu.6. in fine, argum. text. in d. l. si quis sub conditione, ubi insoli-

solitæ cõditiones, pactiones, & clausulæ simulationem, & fraudem præseferunt, idem Angelus in l. pen. C. de euict. Gerardus a Petra Sancta singul. 87. sed modo in instrumento fuerunt empti aurei 120. pro mille pro nominanda una persona, uel pluribus, quod quidem nunquam fieri cõsueuit, quia sic monasterium possit cogi ad soluendum 12. pro centenario, quousq; morerentur omnes, quod esset profecto ualde iniquum. Cum cesset ratio, quare contractus emptionis ad uitam sit licitus, quia ut emptor potuit mori longo interiecto spatio, sic & breui, & sic uenditor poterat acquirere: quę ratio tũc cessat, quando emptio fit pro pluribus, ergo. Quod si quis obijciat hoc non procedere in casu nostro, cum fuerit nominata una persona, Respondeo, quod quando adest mala intentio a principio non inspicimus e-
2 uentum, † sed principium, At hic fuit mala intentio nominandi plures, ergo. Secundo fuit nominata persona, quæ erat quinque, uel sex annorum: unde certus erat emptor iuris præsumptione, iux tex. in l. hæreditatum, ff. ad l. Falcid. de lucro captando pro pecunia super lucranda. Quare contractus iste similis est fœnori, c. in ciuitate, cap. nauiganti, de usuris. Tertio, ex uerbis illis, quod deficiente monasterio per multas solutiones, uel non impetrante assensum possit liquidari instrumentum pro sorte, & annuis aureis 120. uidetur, quod contractus iste emptionis, & uenditionis, de cuius natura est,
3 ut transferatur dominium, transeat in mutuum: quia ex pacto non adimpleto potest petere, sortem cum aureis 120, cum petit sortem, est mutuum, cum petit aureos 120 adest usura: nam accipit sortem cũ augmento sortis, 14. q. 3. ca. usura. Amplius, quando sors repetitur in certum ca-
4 sum, dicitur † contractus vsurarius, Paul. de Castro. uol. 1. cons. 139. nu. 4. sic quando adest spes, quod pecunia, hoc est sors possit repeti. Nauar. lib. 3. de empt. & uendidit. c. 20. uersic. Alia de prædicto. sed modo sors potest peti, & est spes, quod petatur in certum casum: ergo erit contractus vsurarius, cum habeat naturã mutui, ut sors repetatur, l. 2. ff. si cer. pet. & vsuræ, cum habeat lucrum, Hosti. in princ. in sum. de vsur. Quinto, ubi est eadem ratio, idem ius erit statuẽdum, l. illud, ff. ad l. aquil. cum simil. sed ratio, quare fuerit prohibitum pactum legis commissoriæ in
5 pignorib. † iux. tex. & in l. 2. & ul. C. de pact. pignorum, & cap. significante, de pignor. inter alias est hæc, quia si ualeret pactum hoc, creditor uix, aut raro unquam mutuaret sine isto pacto, scilicet, quod nisi intra biennium mihi nõ restitueris pecuniam (v. g.) mille aureos, fundus a te mihi datus incidat in commissum, hoc est, sit meus. Quod nempe pactum continet in se crimen usurarum,
6 quia mutuans † non debet ponere spem in lucro captando, cap. consuluit extra, de vsur. Mutuum date, nihil inde sperantes. Sed in tali pacto creditor habet spem consequendi illud lucrum, quia haberet rem elapso tempore pro iniusto precio, Abb. in d. c. significante: igitur cum eadem ratio sit in huiusmodi contractu cum tali clausula, quia est in spe quod possit liquidare instrũm tã pro sorte q̃ pro augmẽto sortis: ergo idẽ ius erit statuendum: sexto, si huiusmodi contractus esset licitus cum hoc pacto in defectum solutionis faciendæ sortem principalem habendi cum lucro, omnibus fœneratoribus aperta esset uia ad fraudes com-
7 mittendas: † quia emerent istos redditus, & maxima lucra inde perciperent, multo magis, quam si conuerterent pecuniam in emptiones prædiorum, cum spe habendi sortem prin-

principalem in defectum solutionis, vnde ex excessu præsumit fraus, l.cum hi, §.modus, ff. de transact. & ex spe vsura, vt supra probauimus; His tamen, & similibus non obstantibus contrariam partem puto veriorem, nempe vt contractus ille non vsurarius, sed licitus sit. Vnde hac in re, animaduertere oportet, quod quando in aliquo contractu licito pactio aliqua illicita, vel vsuraria apponitur, tunc ea pactio id operabitur, vt ea a contractu submo-
8 ueatur, † remaneatque contractus absque illa pactione licitus, ita tenet Couaruu. & in specie in contractu emptionis ad vitam, libro tertio, variar. resolut. capitulo octauo, numero septimo, vbi dicit quod quando fit instrumentum, vt venditori liceat infra certum tempus redimere reditum constitutum, postea vero maneat is perpetuus, profecto tale pactum erit illicitum cum per illud restringatur libera redimendi facultas, & hoc cum sit pretio æstimabile, facit contractum vsurariū, vt nos diximus in prima par. nostrarum decisio. libro secundo, cap. 104. numero tertio, & tamen hac pactione sublata etiam post tempus licita erit, & permissa redemptio, ita Neapoli in sacro regio consilio sæpè pronunciatum esse audiuimus, pactionem huiusmodi ī casu nostro, quod instrumentum liquidaretur pro sorte, & tertijs quo ad restitutionem sortis reiectum fuisse, & tamen liquidatum instrumentum pro tertijs. Et hoc quidem innititur æquitati, alias sequeretur, quod si emptor post multos annos liquidaret instrumētum pro sorte, & tertijs, emptor post duplum sortis, & plus iterum illam haberet, sic & venditionem factam, vt intra certum tempus redimere liceat, & non vltra, refert Couarr. in Granat. prætorio pronunciatum fuisse pactione sublata venditionem ipsam semoto vitio validā esse, cum contractus emptionis, &
9 venditionis licitus sit † non solum inter personas laicas, vt nos affirmauimus in 1. par. nostrarum dec. li. 2. c. 118. nu. 17. sed etiam inter ecclesiasticas, ratione incertitudinis, l. si ea lege, C. de vsur. cū simil. vt testatur Oldradus cons. 207. qui dicit, q̄ talem contractum ab omni vsurariū suspitione reddit alienum ferè totius mundi consuetudo, secundum quam tales contractus frequenter celebrantur, argum. ff. de contrah. emp. l. si in emptione, §. 1. sic a simili dixit idem Couaru. lib. 1. var. resolu. capit. 19. nu. 10. legatum factum ali-
10 cui, † si non nupserit, deberi etiam si nupserit, & ita conditio ista reijcitur, & hoc ob fauorem reipublicæ circa procreationem liberorum, sic Decius cons. 674. dixit, quod si in testamento dicitur, item volo, quod casu, quo Ioannes Franciscus meus filius profitetur in religione, in qua
11 est † habeat tantūmodo victum, & habitationem domus, & casu, quo nollet esse religiosus, instituo eum hæredem vniuersalem vna cum infrascriptis hæredibus vniuersalibus, quod in tali casu Doctores communiter volunt, quod etiam intrando religionem consequatur, & habeat illud, quod non intrando religionem haberet, ne a vita contemplatiua seducatur, & ita a religione retrahatur. Sic glossa in authent. ingressi, verbo dedicant. Cod. de sacr. sanct. eccles. dixit, quod si ex pacto ingressus monasterium aliqua re-
12 tinuerit, † non valet pactum, sed ingressus non vitiatur, vt ff. de hæred. instit. l. si quis hæres institutus: quia cum est alterius iuris non potest aliquid habere, vt ff. de acquirendo rerum dominio, l. homo liber, & ff. de regul. iuris, l. qui in seruitute: & ita requiritur pactum, & valet actus sic impossibilis,

xit tanto tempore, quod tot fructus percepit, qui ascendunt ad mille ducatos, An talis contractus sit licitus, ubi Iason distinguit, quod si tempore cótractus erat adeo iuuenis, quod poterat uerisimiliter tanto tempore viuere, iuxta d. l. Hæreditatum, & tunc fit vsura, & tenetur in foro conscientiæ ad restitutionem, alias secus, & refert Baldus ita tenere Theologos, ita Paulus de Castro, 289. nu. 4. & ita uidetur casus noster: nam pręterquam hoc erat uerisimile tempore contractus illum debere superuiuere tanto tanto tépore quod non solum esset percepturus de lucro id, quod ascendere debebat ad sortem principalem, sed multo plus: Hoc postea probauit rei euentus: nam ex mille habuit bis mille, & sex centum de tertijs, & iam est in florida ętate annorum 28. Hoc tamen non obstante dicimus hanc emptionem potuisse uerti in euidentem utilitatem monasterij, & sic non obstarét contraria quod vt palam fiat, adnotandum erit euidentem monasterij utilitatem non esse considerandam
2 † respectu emptoris, sed respectu ipsius monasterij, & ecclesiæ, ita adhoc pondero tex. in c. sine exceptione, ibi ut meliora prospiciat, 12. q. 2. in auth. hoc ius in fi. C. de sacrosan. eccles. glossam in c. si quis presbyterorum, de rebus eccl. non alien. c. 1. ibi vel utilitas, eod. ti. in 6. cle. 1. eod. tit. Item extrauag. Ambitiosæ ibi ecclesię euidenti utilitate: sufficit enim ut ex uenditione facta ab ecclesia, & ex pecunia percepta resultet ecclesiæ utilitas: quare licet ista emptio sit versa in maximam utilitaté emptoris, non tamen hæc habenda erit in consideratione, modo sit in euidentem utilitatem monasterij, sed iam hoc esse potuit, cum dicta pecunia aureorum mille fuerit, (vt asseritur in cautelis) uersa in utilitatem perpetuam monasterij, hoc est
3 in ædificijs perpetuis, † & ita durat uersa, vt dixit Dominus Card. in clemen. 1. nu. 27. tit. nostro, & in cap. quod quibusdam, de fideiuss. & facile est creditu monasterium de ædificio apothecarum, quæ fuerunt constructæ ex precio aureorum mille locupletatum in amplius, quam duodecim pro quolibet Centenario, deinde incertum est per quod tempus déat soluere, cũ ut emptor pôt multũ viuere, potest etiã & parum, & ideo talis contractus ratione incertitudinis est licitus, facit tex. in cap. nauiganti, cap. consuluit, de vsur. notatur in l. si ea lege, C. de usur. Sed primo factum est certum, cum ædificia dicantur perpetua: vnde qua diligentia usus sit emptor, ad quam non tenebatur, ut notant scribentes, in d. c. quod quibusdam, clare apparet ex instrumento, vbi habetur quod monasterium fatetur indigere mille aureis pro emptione certarum Apothecarum, & pro fabrica monasterij, & ita fuerunt remissi uinculati in bancho, ut sic conuerterentur: Quare ex his liquido constat huiusmodi alienationem potuisse uerti in euidentem utilitatem monasterij, & ita durare. Quod tamen limito, vt non procedat hęc opinio, regulariter, sed tunc solummodo, cum probatur, aut certo scitur ecclesiam meliorasse conditionem suam.

TERTIA DIFFICVLTAS.

Quid si tendat, utrum fuerit ualida, cum non sit impetratus assensus Apostolicus.

SVMMARIVM.

1 *Transactio super alimentis si sit conditio melior alimentandi, ualet sine auctoritate iudicis.*

2 *Contractus ut ualeat omissis debitis solem-*

lemnitatibus, quando res bene agitur, qualiter intelligatur nu. 5.

3 *Assensus Apostolicus est de solemnitate rei ecclesiasticæ.*

4 *Forma defectus inducit nullitatem actus*

6 *Vtilitas publica militat in conseruatione rerum ecclesiasticarum.*

7 *Alienationem rei ecclesiasticæ si constet esse factam in utilitatem ecclesiæ absq; debita solennitate, an illa ualeat in iudicio.*

8 *Communis opinio est seruanda, quando uariæ sunt opiniones.*

9 *Iudex ecclesiasticus iudicando secundum opinionem communem, si errat, excusatur.*

10 *Alienatio rerum ecclesiæ sine assensu Apostolico non ualet, etiam stante consuetudine, ut illa ualeret, si constet esse uersam in utilitatem ecclesiæ.*

CIRCA hanc præsentem facultatem, An saltem reddatur inualidus huiusmodi contractus, quamuis sit uersus in utilitatem ecclesiæ, ex eo, quia non fuit impetratus assensus Apostolicus, uidetur quod nō debeat reddi nullus, facit quod notat Bartol. in l. cum hi, §. eam transactionem, ff. de transact. ubi dicit, quod si sit melior conditio Alimentarij, non requiritur præto-
1 ris † auctoritas: quare glossa inducit in argumentum ad unum, quod quāuis ecclesia non possit alienare sine solennitate, auth. hoc ius porrectū, C. de sacr. san. eccles. & cap. sine exceptione, 12. q. 2. tamen si ecclesia vendit ex causa non concessa, & solemnitate non seruata, quod tenet alienatio, si suam conditionem non fecerit deteriorem, sed meliorem, arg. text. in l. si fundus, ff. de rebus eorum. Secundo facit regula illa uniuersalis, quam ponit Felinus in cap. causam, quæ, de iudic. ubi habetur,
2 quod quando res bene agitur, † ualet cōtractus et cessantibus solēnitatib. quę requirebātur, qui alias nō ualeret, si male gereretur, ita text. in c. quia quibusdam, in fine extra de fide instru. Vbi monachus non potest fideiubere, tamen si fideiubet pro utilitate monasterij, ualet fideiussio. sic glossa, in fi. in c. 1. de schismat. dicit, quod ualent acta facta per prælatum schismaticū, si bene gessit, simile dixit glossa in cap. dixit dominus, de consecr. dist. 2. quod gesta per prælatum hęreticum ualent, si bene gessit. Hæc & similia more suo congessit Felinus in c. causam quæ, nu. 8. de iudic. At pro contraria parte facit, quia licet contractus tendat in vtilitatem euidentem, tamen, quia non fuit adhibitus assensus Apostolicus, qui cum sit de solennitate, &
3 essentia alienationis, † fit, quod requiritur pro forma, ita Abb. in cap. tua, extr. de his, quæ fiunt a præl. sine cons. capit. Fel. in d. c. causam, quæ, nu. 8. unde defectus formæ inducit
4 nullitatem actus, † quia forma dat esse rei, d. c. tua, & d. c. sine exceptione, 12. q. 2. Hinc dixit a simili Afflictus in constit. Regni, quæ incipit constitionem Diuæ memoriæ. De reuocat. alien. feu. ibi, Nisi de speciali nostræ celsitudinis licentia, quæ vult, quod vt ualeat quæcunque alienatio feudi, requiritur consensus regis, qui necessarius est pro forma. Vnde eo cessante contractus est nullus, l. cum hi, § prætor, ff. de transact. Afflictus, qui supra. nu. 23 & tenendo hanc opinionem non obstant, quod si ecclesia uendit solēnitate non seruata, ualet uenditio, si suam conditionem non deteriorem, sed meliorem fecerit, arg. tex in d. l. si fundus: quia ibi glossa tenet contrarium, & melius: nam non dicitur ibi, quod alienatio ualeat, sed quod fundus potest teneri, donec restituatur pretiū, ex quo factus est locupletior. Secundo nec obstat illud, quod quando res bene

ne agitur, valet contractus etiã non adhibitis debitis solemnitatibus: quia respondet Felinus, vbi supra illa procedere, vbi solemnitas non est introducta pro forma, sed merè in
5 fauorem prohibiti: † secus vero vbi pro forma, & in fauorem ecclesiæ. Rursus in alienatione rerum pupilli lex vltra processit declarando, quod deficiente decreto iudicis, vel tutoris auctoritate alienatio in casu euidentis vtilitatis sustineri possit de æquitate, sed non de vigore, quæ cum reperiatur scripta, præfertur rigori, l. prima, cum glossa, C. de legibus, sed in alienatione rerum ecclesiasticarum canon vltra non processit approbando, & neque hanc æquitatem considerauit: igitur cum dicta æquitas scripta non fuerit, standum erit iuris rigori, quod sit nulla alienatio, etiam facta in vtilitatem ecclesiæ non adhibito Apostolico assensu. Præterea in alienatione rerum ecclesiæ agitur de maiori prę iudicio, nempe publicæ vtilitatis,
6 quæ militat, † ex conseruatione rerum immobilium ipsarum ecclesiarum, cum alias non reperirentur, qui cultui diuino, & administrationi sacramentorum deseruirent, eo quod qui altari seruit, de altari debet viuere. At cum agitur de validitate alienationis rerum pupilli non agitur de præiudicio boni communis, sed priuati. Vnde fit, quòd vtilitati priuatæ, non tamen publicæ, quilibet potest renuntiare. At solẽnitas requisita ob alienationem rerum ecclesiæ principaliter fuit introducta ob vtilitatem publicam, cui de consensu partium de iure renunciari non poterit, text. est in l. final. §. sed quia, C. de iuram. calumn. & ibi Doctor. glossa communiter approbata, in cap. de causis, de offic. deleg. ita peritissimus Abbas Villagut in quodam suo tract. de reb eccle. non alienan. in prima editi. numero 220. Igitur ex his colligamus alienationem rei ecclesiasticæ fore nullam non interueniente solemnitate etiam in casu vtili: ita dixit Baldus in l. fin. §. necessitate, C. de bonis libert. ita quoque tenet Alber. in dicta l. cum hi, §. eam transactionem, ff. de transact. faciunt ea, quæ diximus in nostris decisi. prima par. libro secundo, cap. 100. numero 15. & tandem hanc esse communem opinionem refert Vinc. de Franch. decis. 35. numero 2. Licet additio ad Decium, in cap. primo, de constitu. verbo contentioso in 4. lectura aliter sentiat, dicens, quod si constet alienationem rei ecclesiæ factam ex iusta causa, seruandam esse etiam in
7 iudicio, † licet appareat de defectu solemnitatis, ita etiam sentit Dec. in dicto cap. 1. numero 71. idem eo. tit. cap. quæ in ecclesiarum, numero nono, quæ sententia secundum additionem ibi vera iudicatur duobus concurrentibus: primo, dummodo constet esse in vtilitatem ecclesiæ, glossa in d. §. eam transactionem. Io. Faber inst. de eo, cui lib. cau. additio ad finem Cæpollæ causa ciuil. consi. 14. num. 3. Andreas Corset. singul. 5. verbo pupillus, Decius consi. 124. numero 3. Secũdo, dummodo alienatio sit temporalis, vt in authẽ. de alien. & emphy. §. emphyteusin, & ita quãdoque iudicatum fuit in Senatu Parisiensi: quia solemnitates illæ non sunt introductæ, vt ecclesiasticis personis liceat decipere, sed dumtaxat ne ecclesia decipiatur. tamen communis opinio est sequenda: quia quando in dubio, de quo agi
8 tur, variæ sunt opiniones, † communis opinio est sequenda, vt dixit Decius consil. 11. col. nona, & in consil. vigesimotertio, col. final. quod tunc magis procedit, quando communis opinionis auctoritas est rationi coniuncta, vt in casu nostro, quemadmodum probat tex. in l. 1. §. fi. ff. de vsufr.

vsufr.accresc. Hinc in foro exteriori si iudex iudicauerit secundum illã,
9 †licet sit minus vera, excusatur: quia communis opinio Doctorum habet in se excusabilem errorem, ita Abb. in cap. 1. de postul. prel. Igitur concludamus duo requiri copulatiue, vt alienatio rei ecclesiasticæ sit valida, nempe euidens vtilitas, & solennitas, adeo ut data euidenti vtilitate & deficiente solemnitate, hoc est assensu Apostolico alienatio sit nulla, ita Anchar. in suis quæstio. familiaribus, quæst. 52. numero 3. Caualc. decis. 40. nume. 4. & latius nu. 63 & sequen. Ioseph. Marascard. de probat. concl. 75. sub nu. 6. Hondedus consi. 31 nu. 4 Fabius Anna dignissimus Regius Cõsiliarius Neapolitanus, cons. 38. nu. 3. lib. 1. quod procedit etiam, si esset consuetudo,
10 † vt venditio facta a prælato valeat, si probetur pretium versum in vtilitatem monasterij, ita Panorm. in c. cum causa, de sent. & re iud.

QVARTA DIFFICVLTAS.

Quid operetur reseruatio assensus Apostolici.

SVMMARIVM.

1 *Alienationes rerum ecclesiæ fieri solent cum reseruatione assensus.*

2 *Assensus reseruatio facit contractum esse in suspenso.*

3 *Alienatio facta cum assensus reseruatione claudicat, vt nu. 5.*

4 *Assensus, quando requiritur, sufficit siue præcedat, siue sequatur.*

6 *Prælatus, qui cõtrahit non nomine proprio contrahit sed ecclesia.*

7 *Prælatus, & multo fortius successor potest venire cõtra alienationẽ nullã.*

8 *Prælatus an possit reuocare male alienata pretio non soluto.*

9 *Epilogus omnium dictorum.*

CIRCA vltimam hanc difficultatem, vtrum dicta alienatio saltem non reddatur nulla ex clausula reseruationis assensus Apostolici, & capituli generalis, cum dictæ reseruationes fieri soleant in huiusmodi
1 alienationibus, † vt tenet Afflictus in d. constitu. constitutionem. & in const. cum hæreditariam. & ibi Additio in 2. par. Capitius decisio. 182. Decius consil. 172. Vincen. de Franchis decisio. 86. Respondeo affirmatiuè: nam reseruatio assensus id operatur, quod non
2 † faciat contractum nullum, sed faciat illum esse in suspenso, & pendenti, ita Do. de Franchis dec. 163. Vnde si prælatus uult, ut contractus alienationis sit ualidus, tunc impetret assensum, & ita videtur, quod contractus alienationis factus ab ecclesia non adhibita
3 solemnitate claudicet, † ut dicit iurisconsi. in l. Iulianus, §. si a pupillo, ff. de actio. empt. quia si ecclesia vult ut contractus ualeat, potest impetrare assensum, qui etiam ex post facto impetrari solet, Vincent. qui supra, qui dixit, quod usque ad tempora nostra uidetur, quod quando fiát concessiones per episcopum, fiunt cum reseruatione assensus, & ita traditur possessio. & deinde post annos impetratur assensus, & reperto per commissarios apostolicos, quod alienatio cedat in euidentem utilitatem, interponitur decretum, alias non. Ita dixit Rodanus in tractatu de rebus eccles. non alienan. in rubrica, de auctor. prælat. in alienatione interponenda, in cap. si uero mortuus est prælatus. sic Bartol. in l. si quis mihi, §. iussum, numero quinto, ff. de acquiren. hæred. dixit, quòd quando lex disponit, quòd interueniat consensus, seu uoluntas alicu-
4 ius, † & tunc sufficit siue præcedat, siue sequatur in continenti, siue ex interuallo, de hoc per Innocent. & per

per Ioann. Andr. titu. nostro in 6. capitu. 1. per Dynum in reg. ratum, & cap. ratihabitio, de reg. iur. in 6. Corsetus in suis singul. versic. pupillus. per cap. si qua extra de his, quæ fiunt a præla. Bald. in l. quæcunque, C. de bonis, quæ liberis: nam quando aliquid est nullum ex defectu consensus, tunc quandocunque ille interuenerit, sufficit, l. ratam, ff. rem ratam haberi. Hinc reijcitur opinio Angeli, in d. §. iussum, qui dicebat, quod stante statuto, quod syndicus non possit creari ab vniuersitate, nisi interueniat auctoritas potestatis, actus non valeat, nisi illa interueniat auctoritas potestatis in ipsa creatione syndici: etenim auctoritas prælati potest interponi etiam post actum, ita Additio in verbo superuenerit, quæ est Hieronymi Gigantis, in cap. cum accessissent, ad Decium, numero 40. extra de constitu. quod si prælatus, vel eius successor nolit stare contractui, non poterit aduer-
5 satius † ratificare, ita est singularis Innocent. opinio, & omnium in capitu. 1. de his, quæ fiunt a præla. sine cons. capit. firmat glossa, in capit. 1. extra ne Sede vac. facit a simili glos. in l. eleganter, in princip. & ibi Bar. notat, ff. de dolo ma. & glossa in l. iurisgentium, §. prætor ait, & ibi notat Angelus, ff. de pactis. In quibus locis tenent glossæ, quod si contractus bonæ fidei sit irritus dolo aduersarij, est ipso iure nullus, tamen est in potestate passi dolum, ratificare contractum, si vult: ita Iason in d. l. cum hi, §. eam transactioné, versic. limita tamen, ff. de transact. igitur si prælatus, vel successor nolit stare contractui, poterit quidem reuocare venditionem tanquam nullam ex defectu solemnitatis, quamuis videatur contraxisse non nomi-
6 ne proprio, † sed ecclesiæ, sed nunquam moritur. duodecima quæstione secunda, cap. liberti, Cardin. consilio nonagesimoquinto. Afflict. decisio. 101. numero secundo. Vincen. de Franch. decisio. 103. numero decimoquarto, & decimoquinto, cum non dicatur venire contra factum præcessoris, sed contra factum, quod de iure non subsistit: vnde non solum successor, sed etiam ipsemet prælatus, qui contraxit, poterit venire
7 † contra, per tex. in capitulo sine exceptione, duodecima quæstione secunda, l. iubemus, C. de sacrosan. eccles. notatur in capitu. si quis presbyterorum de rebus eccles. non alienan. glossa notab. in capitulo primo, de in integr. restit. Abb. in capitulo cum venissent, numero decimoquinto, de institution. immo dixit, in capit. ad audientiam, numero quarto, de rebus eccles. non alien. posse prælatum reuocare male alie-
8 nata etiam pretio non soluto: † igitur erit in optione prælati, verum, quando alienatio tendit in euidentem vtilitatem, & vult reuocare, & tunc ne ecclesia locupletetur cum alterius iactura, quæ est iustitiæ cultrix, vt habetur in capitulo primo, §. primo, de alienan. feud. & ne scandalum possit laicorum mentibus generare dicentium, vbi est Deus clericorum, iuxta tex. in capit. magnæ, extra de voto, si velit rescindere cõtractum, emptor non erit molestandus quo ad tertias perceptas, ex eo, quod licet iste perceperit 12. pro cẽtenario, monasterium (vt supponitur) non fuit inde deterioratum, sed forte locupletius factum, & sic ille poterit repetere aureos mille, per doctrinam Bartol. in dicta l. si fundus, ff. de rebus eorum in fine, vbi dixit, quod si tutor prædium vendidit sine decreto, pupillus potest fundum vendicare cum fructibus, tamen tenetur restituere pretium, quod fuit versum in eius vtilitatem, & interim potest prædium teneri, donec restituatur pretium,

ita Bartol. in dicto §. eam transactio nem, facit dictum Decij in consilio 281. numero quarto. Sed modo omnia hæc breuiter restringendo diximus, circa primam difficultatem contractum alienationis rei ecclesiasticæ, vt vendere annuos ducatos centũ viginti pro precio ducatorum mille pro persona, vel personis nominandis ad eorum vitam, cum pacto, vt ecclesia impetret assensum, & vt singulis sex mensibus soluantur aurei sexaginta. Ita qd si deficeret ecclesia in duab. solutionibus, & non fuerit impetratus assensus ab ea, possit liquidari instrumentum pro aureis centum & viginti, & forte principali valere, & licet aliqua pactio fuerit interposita illicita, tamen id ea operatur, vt ea sublata contractus remaneat licitus, vt numero octauo, multis medijs probauimus a numero decimo vsq; in finem in prima difficultate. Quare huiusmodi contractus (& ita deuenio ad secundam) vt numero primo, non potest rescindi, si huiusmodi alienatio sit versa in euidentem vtilitatem monasterij: an vero huiusmodi alienatio reddatur inualida, si non fuerit adhibitus assensus Apostolicus, & diximus cum communi, in 3. difficul. a numero secundo vsque ad 9. quod sic, cum assensus requiratur pro forma, quod secus est in alienatione rei pupilli absque decreto, modo vertat in euidentem vtilitatem: quia quando res bene agitur, valet contractus etiam non adhibitis solemnitatibus, vt in 3. difficultate, numero primo: quia respondeo maxime differre alienationem rei ecclesiasticæ ab ea, quæ fit de rebus pupilli, vt numero secundo vsque ad 5. Attamen si alienatio fuit facta reseruato assensu impetrando, vt fieri solet, tunc cum talis reseruatio faciat esse contractum in suspenso; quia si impetratur assensus, validus erit, vel si non vult impetrare, poterit venditionem reuocare, verum si alienatio tendebat in euidentem vtilitatem ecclesiæ, ne locupletetur cum alterius iactura, poterit rescindere contractum, sed emptor non erit molestandus quo ad tertias perceptas. Et hæc salua, &c.

D. Iacob. de Graffijs à Cap.

DE REBVS ECCLESIAE NON ALIENANDIS.

Consilium II.

Interrogatus an in permutatione rei ecclesiasticæ faciendæ per capitulum cum Episcopo ad eius instantiam de bonis, quæ ab Episcopo diuisa capitulum ipsum possidet, requiratur in impetratione assensus Apostolici expressio, ac etiam huius circumstantiæ, nempe quod capitulum habens bona discreta permutauit cum Episcopo.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rei ecclesiasticæ requirit causam, & causæ reducuntur ad quatuor.*

2 *Alienatio hic comprehendit omnem contractum, per quem dominium transfertur.*

3 *Prælatus res ecclesiæ alienans qualiter veniat puniendus.*

4 *Solemnitas an præsumatur ex temporis diuturnitate.*

5 *Præsumptio, quæ resultat ex diuturnitate temporis, est iuris tantum.*

6 *Assensus Apostolicus an præsumatur ex lapsu xxv. annorum.*

7 *Episcopus est ordinarius tam super capitulo, qu super alijs de sua diœcesi.*

8 *Matrimonium prohibetur de iure ciuili contrahi cum sibi subiecta.*

9 *Episcopus Ecclesiæ an possit eligi is, qui est administrator illius ecclesiæ vacantis.*

Adue-

10 *Aduocatus, & Medicus prohibentur contrahere cum clientulo, vel infirmo, lite, vel infirmitate durante.*
11 *Potentes præsumuntur mala inferre suis subditis.*
12 *Magistratus magis prohibetur rem vniuersitatis emere, quam alterius.*
13 *Multa quis potest alijs impedere, quæ non sibijpsi.*
14 *Testator si legauit singulis canonicis talis ecclesiæ decem, non duplicabitur legatũ si canonicus habeat duas præbendas in ecclesia.*
15 *Vices plurium quis sustinere potest in casu imminentis necessitatis.*

CIRCA hanc præsentem difficultatẽ diuino prius inuocato noĩe, & Beatissimæ Virginis Mariæ implorato suffragio, dico q; in alienatione rei ecclesiasticæ seruãda est
1 quædam solennitas, † scilicet quod subsit causa. Causæ vero omnes ad quatuor reducuntur, scilicet causa necessitatis, vt si debitum vrget, vt in authen. de non alien. vel permut. coll. 2. §. nos igitur. Causa pietatis, vt pro redemptione captiuorum, vel alimonia pauperum, cap. aurum 12. q. 2. causa vtilitatis, eadem quæstio. c. fine exceptione. Item causa incommoditatis, vel minoris vtilitatis, d. c. fine exceptione. possunt etiam assignari aliæ causæ, sed ad has possunt oẽs canones reduci; ita est glossa singularis. 12 q. 2. in prin. igitur ut licita fiat alienatio rei ecclesiasticæ, est exprimenda causa summo Pontifici, & impetrato ab eo assensu cũ solita clausula si ita est, vt exponitur, committitur alicui, & viso, q; ecclesiæ expediat, profertur sententia per commissarium, quòd possit fieri alienatio, & in casu nostro hoc est agendum, cum totius cleri, atque consensu, 12. q. 2. c. fine exceptione, De hac solennitate vide textum 12. q. 2. c. perpetua, & melius in c. hæc vsus, § quod si, & per Io. Andr. in cap. dudum, in glossa magna, tit. nostro in 6. Appellatione autem alienationis
2 hic accipitur † omnis contractus, per quem dominium transfertur, vt C. de fundo dota. l. 1. & ita comprehenditur permutatio; immo hypotheca, locatio, & cõductio vltra triẽnium, vt habetur in extrauag. ambitiose, eod. ti. prælatus vero res ecclesiæ alienans indebitè præter peccatum mortale tanquam dilapidator deponitur, 12. q. 2. cap. Apostolicos, cap. monemus, cum quatuor capitu
3 lis sequentibus, & ipsę res male alienatæ ipso iure sunt nullæ, d. cap. monemus, c. quisquis, & c. vobis, An vero solemnitas præsumatur ex temporis diuturnitate, communis est
4 sententia, quam testatur Decius, & alij in l. prima, C. qui admitti. Iason post alios in l. sciendum, ff. de verb. oblig. Corn. consilio 284. volum. 4. Baldus consil. 511. incipit, Quidam prælatus, col. 2. volumine secundo: vbi consuluit alienationem bonorum ecclesiæ præsumi solemniter factam ob temporis diuturnitatem, & quasi possessionem, quam sequitur Menoch. consil. 90 numero 30. & 40. libro 1. Modo clarè non constet, solemnitatem ipsam deficere: nam tunc non statur præsumptione, quæ ex antiquitate temporis resultat, etenim cum simus in certis, non habent locum coniecturæ, l cõtinuus, ff. de verbor, obl. cum similibus: Hęc enim pręsumptio, quę resultat ex antiquitate temporis non est iuris, & de iure, sed est iuris tan-
5 tum, † ideo contra ipsam admittitur probatio in cõtrarium. Butrius, Abbas, & alij, in capitu. quoniam, contra, de prob. Rursus requiritur, vt cũ diuturnitate temporis interueniat scientia, & patientia illius, qui consentire debeat, ita declarat Alexan. cons. 218. vol. 6. & cons. 17. col. fi. & cons.

consf. vlt. versf. præterea, vol. 4. consil. 94. vol. 7. Iason consf. 176. vol. 2. versi. tertio, facit & tertio principaliter, Barb. consf. 35. volum. secundo hęc vero solemnitas, hoc est assensus sedis Apostolicæ præsumitur † ex lapsu xxx. annorum, vt est decisi. Roman. 179. Quibus sic præmissis videtur dicendum necessario esse exprimendam circumstantiam, scilicet quod episcopus velit permutare rē ecclesiasticam cum capitulo, alias impetratio assensus nihil valeret, cū ex se dicta permutatio fieri prohibeatur, quod patet ex sequentibus, & primo constat episcopum esse ordinarium in sua diœcesi, † & tam super capitulo, quam super alijs diœcesis ordinariam habere iurisdictionem, extra de offic. ordinar cap. primo, secundo, & 3. & quasi per totum, sed qui iurisdictionem, aut imperium habet in aliquo loco, non potest a sibi subdito rem immobilem, aut mobilem comparare, præter illa, quæ sibi sunt ad vestes, aut alimoniam oportuna, Quin etiam nec domus extruere, quantumcunque rescriptum, aut priuilegium principis super hoc emanauerit, vt C. de contra iudic. l. prima, l. non licet, ff. de contrahend. empt. & l. qui officij, in princ. pariter matrimonium cum sibi subiecta tam ipse, quam filius eius contrahere simul prohibentur. C. si rector prouinc. l. prima, licet ille titulus sit correctus per ius canonicum, & C. si quacunque præditus potestate, l. prima, l. qui in prouincia, ff. de ritu nup. Hoc idem probatur in cap. constitutum 7. quæstione prima, vbi is, qui procurator, vel administrator vocantis ecclesiæ constitutus est, † non potest eligi in episcopum eiusdem ecclesiæ pro eo, qui in eius capitulum iurisdictionem videtur habere per dictum capitulum, sic etiam prohibetur aduocatus emere, aut alias contrahere

6

7

8

9

10 cum clientulo, l. quisquis, C. de postul. & affert rationem glossa: quia omnia daret propter timorem litis, sicut infirmus propter timorem mortis, vt ff de var. cognit. l. medicus. Vnde hac ratione prohibetur contrahere medicus cum infirmo, quod est intelligendum durante infirmitate, vt dixit glossa a simili in dicta l. quisquis. Fortius ergo episcopus cum capitulo, facit text. in l. prima, C. de Apoc. publ. libro decimo, in princip. vbi Luc. de Penna in verbo petentem dicit, quod præsu-
11 muntur potentes mala inferre † debilibus, item præsumuntur eos etiā iniurijs afficere, ff. de offic. præsid. l. illicitas, §. ne potentiores, item violentiam eis inferre facilius, C. quod met. causa, l. ad inuidiā. Item, quod eos importunis necessitatibus opprimant, ne lice. potent. l. prima. Rursus episcopus dicitur personam capituli præsentare: quia ipse est caput, & capitulum, hoc est canonici dicuntur membra. Sed vt magi-
12 stratus † strictius prohibetur rem vniuersitatis emere, quam alterius, eo quod ipse personam vniuersitatis repræsentat: quia dicitur emere a seipso, quod est impossibile, sicut impossibile est quem nasci a seipso, 24. quæstione prima, capitu. didicimus, Multa enim quis potest impendere alij, quæ non potest sibi-
13 ipsi. episcopus enim sæpe cum alijs dispensat priuilegium, vel honorem dat alijs, quæ sibi ipse impendere nō potest: quia nemo sibi ipsi assumit honorem. 8. quæst. prima, cap. in scripturis, Archidiac. in cap. si transitus,
7 distin 75. facit tex. in cap. debitum, extra de baptis. cum concord. in prima glossa, vbi inter baptizantem, & baptizatum debet esse discretio, sicut inter præsentantem, & præsentatum, de iure patron. capit. per nostras, & inter dantem, & recipientem, extra de instit. cap. vlt. quia nemo

mo oriri debet a seipso, dicto capit. didicimus. Sic inter dantem, & authoritatem præstantem debet esse differentia, vt notat Innocen. extra de ecclef.benefic.capitu. primo. Ita inter permutantem, & auctoritatem præstantem. non enim potest episcopus eo casu fungi vice duorum. Hinc si testator legauit singulis canonicis alicuius ecclesiæ de-
14 cem, † non tamen duplicabitur legatum alicui canonico habēti duas præbendas, Cynus in l.prima, C.de sacrosanc.eccl. Lucas de Penna in l. hac ratione. C.de proxi.sacro.scrin. libro duodecimo. An vero quis possit fungi vice duorum, vide latè Lucam de Penna. C. de primicerio, libro duodecimo, l. prima, & licet Innocen.in cap.dudum, in princip.tit. nostro dicat, quòd potest episcopus rem alicuius ecclesiæ sibi subiectæ alienare, & decretum interponere, 12.quæstione secunda, cap. si episcopus, & cap. sequen. cap. pastoralis, de appellat.cum simil. tamen ibi loquitur, quando ex causa transtulit rem in alium, sed in casu nostro rem capituli sibi quæsiuit: ergo ex his omnibus videtur huiusmodi opinio sequenda, tanquam magis æqua, & tuta, vt huiusmodi permutatio fieri non possit, tanquam facta lege prohibente: verum quia potest quis plurium vices sustinere imminēte cau-
15 sa necessitatis. † Vnde potest carnalis pater filium suum baptizare, & non ex hoc soluitur matrimonium cum vxore, 24.quæstio. prima, cap. ad limina: sic etiam potest causa vtilitatis, 16.quæst.1. cap. & temporis, ideò necessaria est expressio circumstantiæ in supplicatione facta coram Romano Pontifice, alias si esset impetratus assensus Apostolicus hoc tacito, diceretur obreptitie impetratus: nam eo expresso vel princeps nō cōcessisset: vel quia talis permutatio fieri non potest lege prohibente ob multas causas superius positas, vel si concessisset, non tan ē ita de facili, sed tali commissario cōmisisset, qui magis diligenter videret, si ipsis canonicis hoc expediret, faciunt quæ dixit Panorm. in c. postulasti, verbo deleui, nu. 1. de rescr. & ita censeo saluo semper meliori iudicio.

D. Iacob. de Graffijs a Cap.

COMMODATI.

Thema. Consilium I.

Nuntius quidam præsentauit literas non obsignatas, sed tantum subscriptas Marchioni ex parte cuiusdam sui amici, quibus continebatur, vt suo amico commodaret duo candelabra argentea, quibus lectis fecit Marchio dicta vasa consignare, sed nuncius infidelis aufugit: Modo Marchio petit a suo amico vasa argentea, ostendens illi literas subscriptas, e contra respondit amicus ad id non teneri, Cum nunquam illum, neque alium ad eum misisset pro tali causa, Dubitatur ergo an in conscientia amicus non restituendo sit tutus.

SVMMARIVM.

1 *Nuncius priuatus alius est mittentis, alius extraneus.*
2 *Nuncio, qui dicit se esse mittentis, an sit credendum.*
3 *Nuncio publico non est credendum, nisi portet signum aliquod.*
4 *Cōsuetum, vt aliquid dicatur, per quot vices inducatur, & quid de soluto. num. 7.*
5 *Statutum, quod carcerati extrahātur de carcere in die veneris sancti, non comprehendit semel carceratum.*
6 *Adulteria eodem contextu pluries frequentata qualiter habeantur pro vno.*



ANTEQVAM ad decisionem huiusmodi difficultatis deueniam, inuocato prius diuino noĩe, & Beatiss. Virg. Mariæ implorato suffragio, sunt aliqua præmittenda, & primo, ꝙ nuncius priuatus multipliciter consideratur: nam aliquando nuncius est
1 suus, † hoc est mittentis, & aliquando est alienus, hoc est extraneus, facit tex. in l. fin. §. seruorum, ff. nautæ caupo. & stabul. in quo tex. fit mentio de seruis suis, & alienis. Itẽ nuncius proprius solet quandoque mitti, vt res ei detur, & quandoque monetur amicus, vt res ab illo sibi mittatur, hæc colliguntur ex tex. in l. eũ, quo, §. sed etsi, cum duobus sequentibus, ff. commodati, & est argumẽtum in l. si quis seruo, & in l. si soluturus, ff. de solut. extra de pignor. c. significante, & hi est glossa notabilis in c. presbyteri, la 1. in glossa fin dist. 95. Nonnunquam etiam dubi-
2 tatur, An hic nũcius † mittentis sit, vt quia nuncius simpliciter accedit ad aliũ, dicens sibi esse cõmissum, vt vasa cõmodata ipse reciperet, & tũc non est ei credendũ sine literis, alias qui ei crederet, sibi imputetur, l. qui hominem, §. si mille, ff. de sol. de eo, per quem factũ est, l. 1. §. 1. ff. de furtis, l. si quis vxori, §. apud Labeonẽ, sic Innocẽtius in c. prudentiam, de off. deleg. dicit non esse credendum nuncio sine literis, quod facit secundum Bar. in d. l. si rem, §. si dum, nu. 4. ꝙ non est credendum nuncio pu-
3 blico, † seu præconi, nisi portet biretum rubeũ, vt mos est, adde eũdem Bart. in l. prohibitum. C. de iure fisci libro 10. notatur in l. 1. §. cura, ff. de offic.

offici præfe.urb. Igitur sine literis nũcio priuato non est credendum, nisi Dominus consueuisset talem nuncium destinare ad hoc: quia tunc potest ei credere, quod sit illius nuncius, argu. text. in l. fin. ff. quod cum eo, qui in aliena, & l. si quis seruo, & l. fugitiuus, ff. de solut. Et dicitur
4 aliquod consuetum, † quando pluries amicus Marchioni nuncium misisset ad mutuandum sibi aliqua, ut per plures uices, scilicet tres, aut quater, facit text. in l. nemo uersic. consuetudini, C. de episco. audi. ubi dicit glossa, quod duæ uices faciunt consuetudinem, per quem textum dixit ibi Bar. quod si statuto cauetur quod qui reperitur in carcere pro
5 maleficio die ueneris sancti † debeat excarcerari: modo quidam fuit carceratus, & semel excarceratus est, certe non debet iterum ex eadem causa excarcerati, casus est, in d. l. ubi in diebus paschalibus non debent illi captiui in carcere detineri, qui non detinebantur pro crimine enormi, & si semel deliquerant, quia si iterum, illud deputatur consuetudini, facit dictum Iasonis in l. nec damnosa, C. de prec. Imp. offer. numero quarto, & ita duæ uices faciunt consuetudinem in criminalibus, facit text. in l. prima, C. quæ sit longa consuet. glossa in c. mos, dist. 1. Baldus, in ca. cum ecclesia Sutrina numero 19. extra de causa possess. & propriet. Quæ quidem uices non debent esse continuatę, sed interruptę, alias si continuatæ essent, haberentur pro vna vice, vnde Bal. in d. c. cũ ecclesia, dixit quod tria adulteria eodem contextu cum muliere commissa, antequã diuertatur ad extraneos
6 actus, † licet pluries fiant, habentur pro uno maleficio continuato, seu aggregato, ut habet, ff. de fur. l. vulgaris in princ. quo ad hoc, ut non dicatur actus frequentatus, licet quo ad peccata sint tria, cum peccatum toties multiplicetur, quoties perfectum postea iteratur, Nauar. in manu. c. 6. n. 16. uer. 4. Nos in 1. par. nostratum decis. li. 1. c. 22. nu. 17. vnde non sufficeret se confiteri semel cõmisisse adulterium, sed oportet confiteri tria, immo Bar. in l. de quib. n. 12. ff. de leg. dixit, quod si eodem die fierent tres uel quatuor actus, non introduceretur cõsuetudo: quia ea, quę fiũt de proximo, licet plura sint,
7 præsumuntur tñ idem, † notat Bar. in l. si conuenerit, ff. de pignor. act. ubi si agitur q pignus uendi nõ possit, tñ trina denunciatione præmissa uendi potest. Hę tñ dixit, Bar. ibi n. 3. non sunt faciendæ una vice, scilicet solue, solue, & iterum solue: nã tunc non ur̃ sępius denuntiare, sed sępius loqui, arg. ff. de legat. 2. l. Męuius, §. eũ, qui. solitũ uero an in una uice uerificetur, diximus late supra de elect. li. 1. cons. 1. nu. 14. usq. 17. Igitur ut credendũ sit nũcio de quo dubitatur, oportet, ut sit consuetus mitti ad hoc, alias non esset ei credendũ sine literis: verum cũ hæ literæ multipliciter considerari possint, ideo secundo adnotãdum est, quod triplex
8 reperitur genus scripturæ priuatæ, † ita Bar. in l. admonẽdi, n. 25. ff. de iureiu. & in l. nuda, ff. de don. & per canonistas, ubi Fel. in c. 2. de fi. inst. Nã quędã est apocha, quæ datur a parte partij, & vulgo appellatur apodissa, de qua loquitur tex. in l. plures apochis, C. de fid. instr. & in auth. si quis vult cautè, C. qui pot. in pign. habe. quæ qñ plene probet, hr̃ per Bald. in auth. sed nouo iure, C. si cer. peta. Alia est priuata scriptura, quę uocatur liber rõnum, quem quilibet sibi sua sponte cõficit, & isti creditur nõ ad
9 plenũ, † si talis liber habet formã rõnũ, i. cõtineat accepta, & data tã pro se, q̃ contra se, (v. g.) Sempronius in libro rõnũ scripsit se a Caio mutui noĩe accepisse tm̃. Deinde ex altera pte scripsit se soluisse qnquagĩta ipsi

Caio

Caio, tunc Caius, qui vult iuuari in libro rationum cōtra Sempronium scribentem, tenetur etiam illi libro stare contra seipsum: secus uero si esset scriptura unius debiti tantum, & non esset ratio dati, & accepti, & rationibus defuncti quandoque datur maior fides, quam viuis, de his libris vide Bar. in d. l. nuda, & in l. admonendi vbi plenissimè Iason a nu. 110. vsq. 138. Barbat. consil. 27. uolu. 3. Iacob. Menoch. de arbitr. iudic. li. 2. casu. 93. qui affirmat hanc opinionem iudicis arbitrio relinqui, considerando qualitatem scribentis, si uir bonus sit, & bonæ famę, si quantitas magna non est iuxt. tex. in l. Publia, §. vltimo in fine, ff. depos. ibi iudicem æstimatum. ita etiam affirmat Bal. cons. 136. col. 2. uersic. sed ego. Item Bologn. in l. 1. nu. 23. in fine, C. de eden. Quædam uero est epistola priuata, quæ ab vno alteri destinatur, de qua ad præsens, de qua per Bar. in d. l. nuda, & per Bal. in l. non epistolis, C. de probat. & hæc dupli-
10 citer considerari potest: † nam quædam est epistola credentiæ, & quędam magis specifica circa id, quod petitur epistolam. At epistola credentiæ dupliciter cōsiderari potest: nam quædam est generalis, & quædam magis specifica. Generalis est, ut quando diceretur in illa, Latori præsentium in his, quæ uobis dixerit, dabitis plenā fidem. & lator ex parte amici peteret mutuo uasa argentea, & ille daret, sibi est imputandum, hoc est commodanti: quia talis epistola dicitur magis commendatitia, quasi diceret, Est fidelis potestis illi cōfidere non tñ obligat scribentem, ita tex. in l. si uero non remunerandi, §. quod quidam, ff. mand. ubi dicit glossa, quod uerba commendatoria generalia fiunt magis causa honoris uerbalis, ut faciunt Bononien-
11 ses, † quam mandādi causa, ad idem tex. in l. fin. C. quod cum eo, vbi literę generales commendatorię nō trahuntur ad hoc, quod pecunia mutuetur, nisi esset scriptum. Adhibete ei plenam fidem super me, uel meo periculo. d. l. si vero, §. si quis mandauerit, in fine. Alia epistola est magis specialis, quę est huiusmodi, Tali Latori præsentiū de intentione nostra formaliter informato dabitis plenā fidē, uel sup tali negotio dabitis plenā fidem. & tunc pōt dari fides circa ea, quæ refert, & in tali casu recipiens illam potest agere in præiudicium scribētis, modo scribens fateatur illam esse suam, vel si neget, facta comparatione cūm alijs literis agnoscatur manu sua esse scriptam & sit nomē scribentis, licet sine subscriptione sit. Ita Bar. in l. Lucius Titius, ff. de fideiuss. Hinc infertur ne-
12 gantem scripturam † manu sua scriptam cogi posse ad scribendum. Vt inde sumi possit comparatio, quoniā vel plenè inde orietur literarum similitudo, & per consequens plena probatio, vel alia præsumptio, & ita in foro exteriori testatur Curt. sen. ī d. l. admonendi, nu. 16. & alij plures relati a Grammat. decis. 34. nuro. 16. Bartolus, qui supra, qui etiam addit,
13 quod talis epistola non † facit fidem circa ea, quæ spectant ad commodū vel officium referētis, nisi quatenus in epistola esset expressum, ne detur occasio malignandi, d. l. fi. Quod cū eo. Sed si esset epistola non credentiæ, sed magis specialis, vt puta quæ specificaret quod desideratur, tunc si epistola continet, quod dicta uasa argētea ei commodentur, ad hoc ut faciat fidem, oportet, ut sit nomen scribentis, & sigillata proprio sigillo, vel alieno, si proprium nō habet, facit glossa in c. nobilissimus, distin. 97. si uero epistola negatur, fiat comparatio cum alijs literis suis, quæ scripturæ comparatio quando sit facienda, vide supra. Quibus sic considera tis, quod infidelitas nuncij non debeat

beat nocere domino mittentis, & ita, quod non teneatur in conscientia ad damnum passum a Marchione, facit 1. glossa in cap. presbyteri, dist. 95. ubi dicit glo. Et nota, quod
14 ex quo res datur certo nuncio, † eius est iam periculo, cuius est nuncius, si nuncio rem dari uoluit, secus si misit nuncium, ut eum admoneret, quod ei res mitteretur, l. mea causa, ff. commod. sed modo hæc fuerunt literarum uerba. *V.S. me farra gratia improntarmi due candelieri de argento, li quali me seruono, &c.* ergo cum per huiusmodi uerba non exprimantur, ut dentur illa certo nuncio, non debebat Marchio illa dare, sed cautius Marchio debebat procedere, & illa mitere per suum nuncium, & non dare extraneo, immo quamuis voluerit dare certo nuncio, intelligo glossam in d.c. presbyteri, modo adsint ei & aliæ qualitates. si enim epistola non esset sigillo authenticata, uel si nuncius nõ esset ad hoc consuetus mitti, tunc debebat in nuncio extraneo explorare eius fidẽ, & diligentiam, licet in suo uenia dignus sit, l. fin. §. seruorum, ff. Nautæ, caup. & stabul. Secundo facit tex. in c. unico, extra commod. ubi casus fortuitus imputatur domi
15 mino, † ex eo, quod culpa non præcessit: quare ex quo amicus in nulla culpa fuit, quia epistola non erat manu sua scripta, & nec sigillata, sed infidelis nuncius uiolauit manum, & amici subscriptionem, & quamuis nuncius ad Marchionem accedere solebat, missus ab amico cum aliquo munusculo, nõ tamen fuit vnquam destinatus ad hoc, ut illum mitteret pro aliqua re accommodanda: ideo iste uidetur casus fortuitus, vnde nõ Domino mittentis, sed Marchioni uidetur esse imputandum. At pro contraria parte, quod amicus teneatur, facit tex. in c. significante, extra de pignor. ubi pecunia remissa per
16 certum nũcium, si perit, † perit mittenti, & ita de nouo tenetur soluere pecuniam mutuo acceptam, quamuis transmiserit, & nuncius fidelis eam subripuit, & ita creditor semper est in tuto. Quare eodem modo ad rem nostrã. Cum enim candelabra argentea perierint, nõ Marchio sed amicus, pro quo nuncius venit, debet illa amittere. Debet enim imputari malitia nuncij infidelis amico, quoniam solebat eum mittere ad domum Marchionis, ob idque sibi est imputandum, cum uti fuerit solitus opera nuncij, quemadmodũ Nautæ, & Caupo tenentur ex facto suę familię, ut dixit Syluester in uerbo Nauta. & in uerbo Rapina, q. 2. facit tex. in l. 1. §. familiæ, ff. de publ. Sic debitor soluens famulo credito
17 ris, † de quo creditor confidere consueuerat, liberatur, licet famulus fugiat cum re, uel pecunia, l. argẽtum, ff. commodati. & ibi Alex. Bart. in l. eum, qui §. fi. ff. eod. ti. idem si soluit factori apothecæ: casus est singularis secundum Dynum in l. quod seruus in fine, ff. de solut. Verum, ut facilior reddatur resolutio ad casum nostrum, considerandi sunt multi casus, qui in præsenti materia occurrere possunt.

Primus remittens argentum in specie commodatum mihi per nun-
18 cium † quo communiter reputatur fidelis, si nuncius aufugit, perit domino, & non remittenti. ita est tex. in l. argentum, ff. commod. Et hoc facit ad quæstionem, quam ponit Bartolus, in l. si quis vxori, §. Apud Labeonem, ff. de furtis, ubi si scholaris recedat, & assignat librum bidello specialiter; & tunc si bidellus librum reddit famulo consueto, aut socio consueto, ita quod sibi culpa non potest imputari, liberatur bidellus, si liber fuit deperditus uel si reddidit alteri apportanti aliquid signũ cui debebat bidellus verisimiliter crede-

credere, per tex. in d l. argentum, facit etiã quod dixit Bar. in l. si finita, §. si fuerint, in fine, ff. de dam. infec.

Secundus, Qui pecuniam mutuo
20 acceptam remisit creditori, † si illa perit culpa nuncij infidelis, non creditori, sed debitori perit, (v.g.) si debitor remitteret pecuniam creditori per nuncium, qui reputabatur fidelis, si illa perijt, tenetur de nouo soluere debitum, ut in cap. significante, in fine, extr. de pigno. & diuersitatis ratio inter primum, & secundũ casum est: quia in primo casu sumus in specie debita, quę si remittitur per nuncium qui reputabatur fidelis, & ille aufugit, eius periculum pertinet ad Dominum, & non ad remittentem: quia casus fortuitus imputatur domino, ex quo culpa non præcessit, d. cap. vnico, extra commod. At in secundo casu, quia dominium transfertur cum re, & restitutio non fit in propria specie, pertinet periculum ad mittentem, l. 2. ff. si cert. pet. Vnde si perdatur, antequam perueniat ad manus creditoris, perijt ipsi debitori, qui adhuc est dominus, quod tamen fallit, quando creditor misisset certum nuncium ad recipiendam
21 pecuniam mutuatam, † quia tunc periculum pertinet ad ipsum creditorem: quia quod in cõtinenti, quod tradidi nuncio tuo ad hoc destinato dominium pecuniæ pertinet ad te, arg. tex. in l. quod mihi donatum, ff. de donat. ita Abbas, in c. significante, nu 8. extra de pigno.

Tertius casus est in habente uasa argentea ad uendendum, qui reliquit tibi argentum, quod cum non placuisset, remisisti per seruum tuũ,
22 & perijt sine culpa tua, † nam tunc detrimentum est uascularij, id est tenentis uasa ad uendendum; ita optimus tex. in l. item apud Labeonem, §. fi. ff. de præscri. reb. Vbi Bar. dicit casum esse notabilem, nam is, cui res inspicienda datur, non tenetur de casu contingente, cum res reportatur, sed solum de dolo, & culpa.

Quartus casus est, quando reliqui tibi uas argenteum cum hac lege, quod per aliquem talem remittere-
23 tur, & ipse per alium remisit, & nõ per personam nominatam, tunc. n. tenetur de culpa nũcij, l. si procuratorem, §. si tutores, ff. manda. cum fuerit in culpa, fines mandati transgrediendo, l. in re mandata, C. mandati. secus uero si non fuerit condictum, ut per alium certum remitteretur: quia tunc non tenetur de casu, si elegit eum, quem putauit idoneum, & sic loquitur tex. in d. l. argentum.

Quintus casus est de emptore si-
24 liginis, † qui siliginario dixit. Hoc est venditori siliginis ut quisquis nomine eius siliginem petijsset, ei daret, vnde cum quidam ex transeuntibus hoc audisset, petijt eius nomine, & accepit: nam per hoc si emptor siliginis non habuerit, non liberatur siliginarius: nam in dubio debuit intelligere, ut daret idoneæ personæ: quia in generali sermone non ueniunt illicita, extra de iureiur. ca. ueniens. &c. quintauallis. eod. lib. 6. furti tamen actionem siliginarius aduersus eum, qui subpetijt, habere manifestum est, ita est tex. singularis in l. si quis vxori, §. apud Labeonem, ff. de furt.

Sextus casus est de eo, qui misit nuncium commonendo Marchionem, vt vasa commodata remitte-
25 ret: † At nuncius mentitus est Marchioni Dicens sibi uasa esse tradenda. Respondeo, Nocet commodatario, non autem commodanti, ut ff. de solut. l. cum quis, §. si debitorem, quia ei est imputandum, qui credulus fuit, ut est tex. singular. cũ glossa, in l. si mea causa, ff. commodati. Limita, Nisi Dominus fuisset consuetus mittere: istum ꝓ rebus suis: quia tunc dando ei liberatur secundum Baldum ibi.

Se-

Septimus casus est, quando credi tor misit nuncium, non vt reciperet solutionem, vel vt per ipsum remittat vas argenteum commodatum, sed ad monendum illum, vt remittat, & tali casu si remisit per nunciũ, quia transgressus est fines mandati, & vas perijt infidelitate nuncij, non liberatur remittens, glo. in d. c. pres-
26 byteri, At quæ actio † possit cõpetere contra nuncium infideliter agentem erga rem sibi traditam, vt illam alteri conferat, Dic quòd poterit agi actione furti, & actione furtiuá contra ipsum, l. qui omné. §. si nullo. ff. de solut.

Octauus casus est de nuncio, qui fideliter egit, & fuit captus in uia a prædonibus, quia verisimiliter po-
27 tuit † cogitare mittens, casum euenire posse, si se redemit, potest recuperare ab eo, cuius mandato iuit id, quod dedit prædonibus: quare cum casum potuerit cogitare, & hoc nõ obstante mandauit, vt iret pro eo, videtur q teneatur resarcire damnũ, Innoc. in c. sicut el 3. de iureiur. Fallit, quando ille iret per loca insolita.

Vltimus casus est, quando nun-
28 cius non fuit missus, † sed ad aliquẽ accessit ex parte alterius, puta Titij, vt aliquid accommodaret cum falsis literis, vt in casu nostro, & tunc censeo nullo pacto Titium teneri, facit glossa in d. l. si mea. ff. cõmod. tum quia epistola non fuit sigillata, tum, quia nõ fuit consuetus ad hoc mitti: Tum, quia in literis non exprimebatur, vt remitterentur cãdelabra per ipsum; sed simpliciter dicebatur. V. S. Me farria gratia improntarmi due Candelieri de argento, che mi seruono. Immo quamuis diceretur, che se mãdassero per lui, debebat forsitan Marchio, cum esset nuncius alienus considerare quálitatem nuncij, & non omni nũcio credere, facit glo. in d. l. si mea; igitur tenendo hanc opinionem non obstant in contrarium adducta, & primò si pecunia perit, perit mittenti: quare debitor de nouo tenetur soluere pecuniam sublatam, si fuerit subtracta, per nuncium infidelem: vnde vt pecunia semper esse debet in tuto pro creditore, sic etiam vasa debent esse in tuto pro Marchione; nam respondeo diuersum esse casum, in pecunia commodata, & re numerata ut diximus supr. numer. 20. preterquam quòd hic non fuerit nuncius missus. Et hæc sufficiant salua &c.

D. Iacobus de Graffijs a Cap.

COMMODATI.

Consilium II.

Hoc Consilium vnico dubio absoluetur?

An Commodatarius teneatur de re commodata commodate, remissa per famulum, qui cum ea fugam arripuit.

SVMMARIVM.

1 *Commodatum quid, & qualiter differat a precario locatione, & deposito. nu. 2.*
3 *Commodatum in quibus consistat.*
4 *Latrocinium est casus fortuitus, sed in furto distingue.*
5 *Casus descriptio, item casus fortuiti num. seq.*
6 *Periculum an differat a casu fortuito.*
7 *Famulus fugam arripiens cum re cõmodata, an Dominus commodatarij teneatur.*
8 *Commodatarius suscipiens in se periculum omnium casuum fortuitorũ an obligetur, si casus omnino insolitus occurrat.*

IRCA hanc difficultatem respondeo, nonnullis pro eius intelligentia præmissis & primo, Quid differat commodatum a precario, locatione, & deposito. Secundo An furtum sit casus fortuitus. Et an casus fortuitus differat ab insolito, inaudito, & rarissimo & periculo. Circa primum inuocato Dei nomine, & Beatiss. Mariæ semper Virginis implorato suffragio, di-
1 co quod cõmodatũ est † alicuius rei ad aliquem specialem usum gratuita facta concessio, & non translatio: quia is, qui commodat dominium retinet, & possessionem, ff. eodem, l. rei commodatæ. Et dicitur commodatum, quasi vtentis commodo datum, & ideo dicitur gratuito: quia si interueniat merces, trãsit in locationem, uel in contractum innominatum, Do vt des, facio ut facias, Institut. Mand. §. ulti. Diximus ad aliquem usum, ut notetur differentia inter precarium, & commodatum. precarium enim conceditur sine præfini-
2 tione certi vsus, † unde quandocunque potest precarium reuocari, ff. de preca. l. cum precario, eod. titul. c. ultim. sicut & depositum extra de pos. cap. bona fides. Commodatum autem ad certum usum conceditur, quia statim subijcitur usus, ad quem res commodatur, ut si commodem equum tibi, ut ad villam duceres, & tu duxisti ad bellũ, teneris: quia ad alium vsum duxisti, quã dixisti, ff. eod. l. si ut certo, §. sed interdum, & consistit commodatum in rebus
3 mobilibus, & se mouentibus, † & immobilibus, & incorporalibus, puta seruitute habitandi, ff. eod. l. 1. & sic habitatio potest commodari, & in eisdem rebus consistit precarium, d. cap. ulti. Non tamen consistit commodatum in eo, quod consumitur vsu, vt in pecunia, nisi illa commodetur ad pompam, ut ditior appareat, ff eod. l. 3. §. vltim. & §. seq. ita glossa singularis, in capit. unico, vbi etiam Doctores, eod. tit. Secundo sciendum est, quod glossa C. depositi, l. 1. §. cum duobus, §. damna, ff. pro socio, dicit de latrocinio, quod
4 fit palam, & uiolenter, quod † est casus fortuitus, pro hoc in auth. ut nulli, in §. pen. C. de pignor act. l. quæ fortuitis. At de furto, quod fit clam, communiter dicitur quod non est casus fortuitus, nisi fiat a persona coniuncta, de qua etiam diligentissimus non suspicaretur, ff. de furtis, l. cum qui, §. idem scribit. Tertio casus est inopinatus euentus ex confluentibus causis in his, quæ ob aliquid a-
5 liud geritur, † sicut cum unus abscondit aurum, & alter effodiens ex alia causa terram, illud inuenit: quia fortuito creditur accedisse, sed non de nihilo. nam proprias habet causas, qui primus posuit, & alius effodit, secundum Papin. At casus for-
6 tuitus est inopinatæ rei euentus, † qui etiam a diligentissimo preuideri non potest, ff. de administrat. rerum ad ciuit. pertin. l. secunda, §. fin. C. de pignor. act. l. quæ fortuitis. extra de homic. cap. Ioannes. Qua enim diligentia uitare possumus ne nobis ab alijs detur, ff. eodem, l. ad nos, & l. argentum, & ponit exemplum Abbas in ui hostium, incursu prædonum, incendio, tempestate, & inundatione. Sed casus inusitatus est ille, qui uenit in mille annis, Iason in l. sed & si quis, §. qua situm, numero 38. ff. si quis cauti. ubi glossa ibi in uerbo specialiter dicit, quod differt
7 periculum a casu fortuito: † nam qui suscipit periculum in se alicuius rei, tenetur de omni culpa lata, siue leui, siue leuissima interueniente, nõ tamen de casu fortuito: At casus improuisus differt etiam à fortuito, vt est glossa singularis in l. prima, in vltim. colum. C. ad l. Corne. de sica. De his uide late Brunonem a Sole quæst. 31. nume. decimoquinto. Quibus

bus sic præmissis, dico, quod si famulus fugam arripuit, regulariter commodatarius tenetur nisi famulus esset ita fidelis, ut nec diligentissimus
8 † ab eo præcauisset, ita Abb. in dicto cap. primo, numero 16. eo. tit ubi dicit communiter teneri, quod si res per violentiam fuerit subtracta, modo famulus non fuerit in aliqua culpa, ut puta, quia non transibat per loca periculosa, tunc talis uiolentia computatur inter casus fortuitos, & ideo dominus commodanti non tenetur, quod idem dicendum in furto, si sit commissum ab ea persona, a quo etiã diligentissimus nõ præcauisset, puta ab vxore, vel filio: secus autem si ab ea persona, a qua diligẽtissimus præcauisset, puta a famulo, sed quid si commodatarius suscepisset in se periculum omnium † ca-
9 suum fortuitorum, An obligetur, si casus omnino extraneus, & insolitus occurrat, (v. g.) Domus non minabatur ruinam, impetu tamen tempestatis ualidæ corruit, & interfecit equum Domino domus cõmodatum, An teneatur de equo, communis est opinio Doctorum, in d. §. quæsitum, quod sic. Corneus tamen in con. 24. li. 2. distinguit, quod si occurrat casus, de quo nullus, quãuis prudentissimus cogitasset, vt in exemplo posito, commodatarius non tenetur, alias si prudentissimus cogitasset, sic (v. g.) si equus fuisset positus in domo minante ruinam: nam tunc diligentissimus reparasset domum, vel non habitasset, Et hæc salua &c.

D. Iacobus de Graff. a Cap.

DE TESTAMENTIS.

Thema. Consil. I.

Super legatis in testamento a sanę mentis testatore in scriptis condito, quædam dubia nobis fuere proposita, quæ ex eius textura uel borũ elicienda sunt. Ait ergo. Item relinquo pro maritãdis duabus extraneis mulieribus meæ ciuitatis aureos quadringentos, ita ut dentur ducenti uiginti pro una, quę debeat nuptui tradi infra biennium a die mortis meæ nominandæ ab episcopo huius ciuitatis. Et infra. Item relinquo puellæ Isabellæ talis familiæ in subsidium suę dotis aureos 200. Et alios 200. Ioannę, si castè, & honestè uixerit. Necnon vxori meæ aureos 50. si lectum uidualem seruauerit. Modo ex huiusmodi verbis testatoris & primo ex legato priori & sequentibus

Difficultatibus ix. oportet ut consilium hoc absoluatur.

I. Ex legato priori. An appellatione mulierum comprehendantur uiduę, ita ut applicari possint ad vnam pauperem uiduam maritandam aurei ducenti.
II. An si appellatione mulierum comprehendantur virgines, possit assignari dicta pecunia pro virgine nolente monasterium ingredi.
III. An episcopus possit nominare uirginem pauperem, quę est in sua diœcesi.
IV. Quid si episcopus esset mortuus, uel absens, an possit nominatio fieri per Vicarium.
V. An debeatur legatum, si maritentur hę duę virgines irreqsito ep̃o.
VI. Quid agendũ, si ep̃us esset pręsẽs, & nollet uenire ad dencĩationẽ.
VII. Ex secundo legato. ibi in subsidium. An Isabella legatum consequi possit, si nupserit, antequam legatum subsidij petierit.
VIII. Ex tertio, utrum mulier legatũ amittat, si non commiserit stuprum, sed turpiter conuersetur.
IX. Si vidua erit, An sufficiat sola viduitas absque duratione, vt legatum consequatur.

PRI-

PRIMA DIFFICVLTAS.

An appellatione mulierum comprehendantur viduę, ita vt ad vnam pauperem viduam maritãdam possint applicari aurei ducenti.

SVMMARIVM.

1 *Mulieris nomen licet multipliciter accipiatur, hic tamẽ accipitur pro virgine, vt nu. seq.*

3 *Virgo dicitur, quæ virum habuit, non tamen fuit carnaliter cognita.*

4 *Testatoris dispositio dicitur conformis dispositioni iuris communis.*

5 *Statutum, vt subditi contribuant pro filia Domini maritanda, intelligitur pro prima vice.*

6 *Legatum de maritandis virginibus an comprehendat virgines corpore, sed non mente, vt nu. 9.*

7 *Voluntas prima præsumitur perseuerare in dormiente, & amente.*

8 *Pudicitia mulieris violata luxurioso osculo, est causa separationis tori, vt adulterium.*

10 *Virgines corpore, sed non mente dicuntur Virgines, sed malæ.*

11 *Virginitas amissa per mentis corruptionem recuperari potest per pœnitentiam.*

SCRIBITVR in libro Paralipomenon c. 1. Da mihi sapientiam, & intelligentiam vt ingrediar, & regrediar coram populo tuo, idcirco supremum Regem cum Beatissima virgine corde, & ore super hanc consultationem inuoco, vt veritatẽ mihi pro sui nominis gloria aperire dignetur, Amen. Et quidem pro mei ingenioli tenuitate omnibus rite perpensis, atque consideratis ad primam difficultatem breuiter, strictiusque respondeo, ꝙ licet hoc no-
1 men † mulier multipliciter capiatur: nam quandoque dicitur impubes, ff. de auro, & arg. leg. l. argento §. mulieri. Aliquando sumitur pro virgine, vt habetur in Euangelio Ioannis, Mulier ecce filius tuus, l. mulieris. ff. de verb. signific. l. seruus. ff. de legat. 2. Aliquãdo capitur solum pro corrupta, ff. de contrah. empt. l. alioquin §. quod si ergo. glossa in d. l. mulieris, tex. singularis in l. si collactaneus, ibi virgo. vel mulier. ff. de manum. vindicta. l. quæritur. §. mulierem, vbi glossa. ff. de ędilit. edicto. & alibi pro omni persona fæminei sexus, ut d. l. mulieris, & c. mulier 32. q. 2. Ad quod vide etiam Bart. in l. seruis legatis. ff. de legat. 3. Vbi dicitur, ꝙ in dubio quando hoc nomẽ adijcitur alicui indiuiduo, vt Berta est mulier, & tunc mulier accipitur pro corrupta, l. cum quis. §. codicillis. ff. de leg. 3. Quandoquę profertur simpliciter non relatum ad aliquod indiuiduum, & tunc nomen mulieris continẽt omnes, quæ sunt de sexu fęmineo, tamen in casu nostro legatum factum pro maritãdis
2 mulieribus intelligitur † de virginibus, & nõ de viduis. Ita in proprijs terminis dixit Baldus in procemio decretalium, Verbo, Rex pacificus, nu. 23. Sed pone quidam mandauit oĩa bona sua distribui in maritandis mulieribus, nunquid possint dotari viduæ pauperes, videtur ꝙ sic: quia est de operib. charitatis, & pietatis, in contrarium est, quia intelligitur de primis nuptijs l. boues §. hoc sermone. ff. de verb. signific. Idẽ in proprijs etiam terminis dixit Guliel. Bened. in repet. c. Raynutius in 3. vol. vers. qui cum matrimonium cõtrahens, nu. 78. & 79. & dicit nu. 85. ꝙ virgo dicitur illa, quæ & virũ habuit, & nupsit, tamen ab eo carna-
3 liter † cognita non fuit, quia forte in domum uiri non traducta, & nec ab eo cognita: nam si talis maritus decesserit, & alius reliquerit partẽ bonorum suorum distribui pro ma-

ritandis

ritandis mulieribus pauperibus, tūc posset talis mulier maritari cum illis bonis; quia de illa iudicabimus sicut de virgine, & non tanquam de vidua. Et idem de viro, qui nunquā cognouit suam vxorem secundum Bald. Angel. & Paul. de Cast. in authen. cui relictum, C. de indicta viduit. Quod si quis obijciat viduas dici fauorabiles; Respondeo, quod sic sumus viduis in iustitia debitores, vt alijs iniustitiam non faciamus; Et quod appellatione mulierum comprehendantur solum virgines, magis videtur esse de mente legislatoris, quæ semper est atten-
4 denda, † vt in dubio cōformetur dispositioni iuris communis: nam talis esse præsumitur voluntas testatoris, qualis esse debet: quia testator fingitur cogitare quod ius commune disponit. Baldus in l. precibus, in 18. col. C. de impub. & alijs substit. allegat textum in l. cum quidam, ff. de acquiren. hæredit. sic Bartol. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad Treb. dixit, quod testator præsumitur voluisse id, quod vult lex, aut statutū, idem voluit Ioann. de Imola in l. final. ff. de condit. instit. voluit Alex. in 3. volum. consil. 36. in 4. colum. sed legis dispositio multum fauet primo matrimonio: ergo. Hinc communis est sententia, quod si statuto, vel consuetudine subditi tenentur contribuere pro filia domini maritanda, & semel maritata fuit, & viduata, non tenebuntur contribuere
5 pro secundo matrimonio, † idem etiam ad rem nostram dicit Dominus Cardinalis Florentinus, consil. 49. quod incipit, Cum testatoris voluntas: quia viduę non dicuntur maritari, sed remaritari, id est secundo maritari, C. de secun. nup. in rubro. & in nigro. Testator autem reliquit pro maritādis mulieribus; Vnde intelligitur de virginibus debentibus maritari: quia sermo simpliciter prolatus intelligitur pro prima vice, Abbas, & glossa in capitu. innoua-
6 mus, de tre. & pace. † Sed quid si virgo inhonestè vixerit, nō tamen fuit stuprata, verbi gratia, est probabilis opinio de ea, ita quod probari possit eam in rebus venereis fuisse inuentam solam cum solo in cubiculo osculantem, & tangentem iuxta notata per Bar. post glossam in l. capite quinto, ff. de adulter. vel visa fuit sæpe deridere iuuenes intrantes domum suum, tangere pudenda, aut vicina, inhoneste loqui. An comprehendatur talis virgo sub tali legato. Ita quod ad denominationem episcopi posset maritari. Distinguo duos casus, quorum primus de testatore legante mulieribus honestè, & castè viuentibus, & in ea essem sententia, quòd non: nam videtur mentem testatoris fuisse, vt maritentur virgines honestæ, quæ conseruarent statum honoris sui, & nō vt maritentur virgines turpiter ludentes, quæ præsumuntur semper durare in illo malo statu, iuxta regulam semel malus semper præsumitur malus in eodem genere mali, facit textus in cap. maiores, in verbo ille verò, extra de baptis. vbi in dormiente præsumitur perseueran-
7 tia † prioris propositi, quod habebat ante dormitionem, & idem in amente, & textus in l. sancimus, C. de testamen. dicit, quod voluntas semel posita p̄sumitur durare. Hinc vt adulterium est causa efficax ad separationem thori, & amissionem do-
8 tis, † sic & pudicitia mulieris absq; carnali copula violata luxurioso osculo, vel manibus positis ad mamillas causa adulterij committendi: quia matrimonium diffamant, & lacerāt: quia ludus impudicitiæ debet puniri, vt in cap. 1. Quib. mod. feud. amitt. ita notabiliter dixit Baldus in cap. tuæ, num 4. extra de procur. ita etiam in specie, dixit Ange-

lus in tract. de testamen. in gloss. 46. in illis verbis, Donec caste, & honestè vixerit. Vbi expresse dicit, quod etsi virgo puella non luxurietur, & stupri turpitudine non maculetur, si sæpius cum loquentibus luxuriose loquatur, † & se osculari permittat, & mammillas tangi, legatũ non potest consequi: quia hæc honestati non conueniunt, secũdus casus est, quando legatum factũ est pro puellis maritandis, & tunc si constat esse uirgines per rei euidentiam, & ueram probationem per iuramenta matronarum, quæ debent esse de parochia: quia tales præsumuntur melius quò ad famam habere maiorẽ notitiam, & non debent esse nimis iuuenes propter inexperiẽtiam, nec nimis senes propter uisus defectũ, & honeste, ne sint lenones, & uiles, quæ pro minimo deierarent, & corrumpi possent, ut nos diximus in 1. par. nostrarum decis. libro secundo, capit. 85. numero 25. & tunc credimus, quod etsi uirgo turpiter cõuersetur cum hominibus absque præiudicio stupri, legatum non amittat; Nam etsi huiusmodi actibus uoluntarie interuenientibus amittatur mentis uirginitas, tamen remanet uirginitas carnis, ita optimus text. in capitu. si Paulus. 32. quæstione 5. ibi perit ergo, & mente uirginitas, uerum quamuis mente pereat uir-

10 ginitas, sunt tamen uirgines, † sed malæ, uirgines quidem carne, sed non spiritu; ita tex. in d. cap. si Paulus. Sed propriè uirgo dicitur, quæ est corpore incorrupta, l. si collactaneus, ff. de manumis. uindi. ibi uirgo, uel mulier, ubi glo. Mulier, Hoc est, corrupta: ergo proprie uirgo, quæ non est corrupta. Ad idem tex. in dicta l. mulieris: ergo cum uerba sint in proprio significatu accipienda, dum legatum fit pro maritandis mulieribus, & appellatione mulierum comprehendantur uirgines, sit, quod intelligantur etiam illæ, quæ mente sunt corruptæ, non tamen corpore, quæ in iure Pontificio malæ, & stultæ appellantur. Tum, etiam, quia licet uirginitas sit formaliter amissa per mentis corruptionem, ut dixit D. Th. 2. 2. quæst. 152. tamen illa recuperari potest per

11 pœnitentiam, † quod non est, quando est corpore corrupta, secundum eundem Thomam; ita est optimus tex. in l. imperialis, §. præsenti, C. de nupt. ubi tales inhonestas mulieres uita in castitatem mutata per pœnitentiam uult commodum percipere cum uirginibus. Sic enim dicit text. Nam omni macula penitus erecta, & quasi suis natalibus huiusmodi mulieribus reddit. s, neque uocabulum inhonestum, neque differentiam aliquam uoluit eas habere cum eis, quæ nihil simile peccauerunt, sed in dubio præsupponendũ est talem uirginem nominatam ad legatum pœnituisse, cum quilibet præsumatur bonus, nisi contrarium probetur, cap. dudum, de præsump. glossa singul. in cap. unico, de scrut. in ordin. facien. & nemo præsumitur immemor salutis suæ. 1. quæstio. 7. cap. sancimus, ergo. Verum si huiusmodi uirgo perseueraret in talibus turpitudinibus, tunc ex tacita mente testatoris arbitramur non esse admittendam ad denominationem, cum uiuat meretricio more, & talia præludia sunt stupri, & adulterij.

SECVNDA DIFFICVLTAS

SVMMARIVM.

1 *Legata ad pias causas an possint commutari ad alium pium vsum, nu. seq & 3.*

4 *Et quid si testator prouideat quid faciendum in casu difficili.*

5 *Filia, cui pater legauit mille, si nupserit,*

rit, & quinquaginta si sit monialis, & sic effecta, consequatur mille, vide num. 9.

6 *Testatoris voluntas vt regina seruanda est in testamento.*

7 *Quantitas longè maior sufficit monialibus, quam nubentibus.*

8 *Monasterium potest agere pro supplemento legitima, quod debeatur moniali.*

CIRCA hanc secundam difficultatem, an pecunia deputata ad uirgines maritandas possit assignari ad
1 alium usum, † ut puta pro uirgine monasterium ingrediente, & profitente: Respondeo, quod non. Ita Baldus in authen. nisi rogati uersicu. & per hoc. C. ad senat. cons. Trebell. & ratio est: quia uirgines maritare est pia causa, quæ per aliam piam causam excludi non potest, nec in aliũ pium usum quantumcunque pium conuerti: quia legitima uoluntas non pertinet ad arbitrium alicuius, ut tenet Baldus in l. prima, C. de his, quæ pœnæ nomi. in fine, dicens sic fuisse alias consultum per collegium Bononiense, tam Decretistarum, quam Legistarum; unde sentit Baldus per rationem expressam per eum tale relictum non posse per Romanum Pontificem etiam alterari, nec commutari. Tu uero dic, quod legata ad pias causas causa nõ
2 subsistente solus † Papa potest commutare in alium usum, per text. notab. in cap. nos quidem, extra de testamen. & clement. quia contingit de relig. dom. sed per episcopum causa subsistente; Vnde notat Anchar. in dicto ca. nos quidem, numero 8. quod si testator mandat monaste-
3 rium construi in certo loco, † & hoc fieri non potest ibi, erit construendum in alio loco; & sic ubi non potest intẽtio testatoris impleri, ut uoluit, est aliter commutanda, & hoc notat glossa in specie de instr. edit. §. nunc uero aliqua, uersi. quod si testator. & idem Aegidius, in d. cap. nos quidem. Si uero potest in forma præscripta dispositio testatoris impleri, non est in alio commutanda sine auctoritate Romani Pontificis, & ita ipsius auctoritate absque causa potest commutari, quamuis scribentes in dicta clemen. Quia contingit communiter tenẽt contrariam opinionem de episcopo, quam opinionem limito tunc procedere, quando sine causa episcopus uellet facere commutationem, uel quando, non adesset difficultas, uel ĩpossibilitas in legatis adimplendis, ita Bartolus in l. liberto, §. Lucius, ff. de ann. leg. ubi dicit, quod omnes leges, quæ dicunt quod pecunia ad unum usũ relicta possit cõuerti in alium usum
4 auctoritate superioris, sũt ueræ, † nisi testator prouideat quid debeat fieri, & quod illo non facto perueniat ad hæredes: quia tunc nõ potest fieri transmutatio in alium usum; Dixit etiam Bald. in d. auth. Nisi rogati, quod si quis filiam ĩ mille aureos instituerit, si nubat, & in quingen-
5 tis, si monasterium ĩtret, † quod ingrediendo monasterium tantũm habebit quingentos aureos; & nõ mille, & quamuis opinio communis sit in contrarium; quod debeat consequi mille, ut testatur Socinus senior in l. secunda, ff. de condit. & demonstrat. Ruinus consilio 68. uolumine quarto; Dec. in cap. in præsentia, extra de probatio. & in consil. 674. qui dicit ab hac opinione in iudicando non esse recedendum. Et hoc ne quis retrahatur a religione: nam tale legatum esset causa impediendi uitam contemplatiuam: quia filia timore ducta perdendi mille, potius nuberet, quam monasterium ingrederetur; ita motus hac ratione sic decidit hanc quæstionem Bartol. in l. secunda, ff. de his, quæ pœnæ

nomine, & cum decisione Bartoli tenet etiam Ioann. Andr. in additio. Speculat. in titu. de statu monach. super rubricam circa medium. Albertus de Rosata in l. Deo nobis, in secunda col. C. de episcop. & cleric. Alexand. consilio 400. incipiente super contentis in dicto themate in secunda column. & pro ista decisione videtur facere bonus tex. in l. Titiæ, si non nupserit, ff. de condit. & demonstrat. quia conditio, vt non possit petere quingentos, reijcitur, & pro ista opinione dixit Ioan. de Imola, in l. Lucius, la secunda, in vlt. col. ff. de hæredum instit. quam legendo sequutus est Iason, in authent. si qua mulier. C. de sacrosan. eccles. tamen alia opinio, quam sequuti fuimus, in prima parte nostrarum decisio. libro secundo, capit 59. numero 35. videtur verior, & est communis, vt testatur Raphael Comensis, in l. si ita quis, §. is, cui, ff. de legat. secundo. Idem Paul. de Castro, in dicta l. Titiæ, si non nupserit, dicit, quod ista opinio communiter approbatur, & Raphael Fulgos. consilio 53. quod incipit, Quoniam superius, dicit, quòd isti sunt mores totius Italiæ, qui seruantur per omnes diligentissimos, atque prudentissimos patresfamilias, vt filiabus aliquod monasterium ingredientibus longe minorem quantitatem ex sua substantia tribuant, quam nubentibus in seculo ex apertissima ratione naturalis æquitatis, vt deseruiatur voluntati testatoris, quæ vt regina seruanda est in testamento,
6 † vt habetur in §. disponat, in auth. de nuptijs: quia in quantum reliquit mille, si nupserit, sensit expresse dumtaxat de matrimonio carnali, & non spirituali, postquam in casu, quo ingreditur monasterium, specialiter prouidit de quingentis. Tum etiam, quia monasterium ingredientibus, & paupertatem profitentibus secundum laudabiles cōsuetudines multò minus sufficit, quam in seculo nubentibus pro-
7 pter onera matrimonij, † quæ (vt experientia docet) sunt grauissima propter maximas expensas, quæ occurrunt in nuptijs, seu in matrimonio carnali, vt docet experientia, quæ non occurrunt in matrimonio spirituali. Ita etiam tenet Petrus de Ancharan. in regula, Nemo potest, versic. Quinto pone, de regul. iur. in sexto. Cum hac clausula, quod id, quod reliquit, non sit minus legiti-
8 ma, † alias monasterium agere posset ad supplementum, per l. quoniam, & l. eam. C. de inoffic. testam. Non enim quia efficitur monialis, perdit iura filiationis, & suitatis: nam mutatio status non nocet ad succedendum, ff. Vnde lib. l. fina. facit quod notat Bartol. post Baldum, in l. vlti. C. de pact. Et quod dicitur monachum haberi pro mortuo, intelligitur quo ad matrimonium, & carnalia mundi. 16. quæstio. prima, cap. placuit. Item quo ad conuersationem secularem, l. Deo nobis, §. secundo, versicu. nam etsi maritus, C. de episc. & cler. Igitur quamuis opinio Bartoli posset dici in puncto iuris esse verior, tamen obtenta communi consuetudine, & communi obseruantia totius mundi, & naturali æquitate, ista vltima videtur posse seruari; Qui tamen vellet tuto nauigare, sequatur doctrinam
9 Bartol. † in dicta l. secunda, vt testator illud plus, quod relinquit pro coniugio, relinquat marito futuro, licet in certo nomine dotis: nam tunc si illa profiteri voluerit, tantum habebit, quod relictum fuit ingredientis monasterium, quam etiā cautelam sequitur Felinus in dicto capitulo in præsentia, numero trigesimo septimo.

TIR

Tertia Difficultas.

An episcopus possit nominare pauperem mulierẽ, quæ est de diœcesi.

SVMMARIVM.

1 *Ciuitas differt a diœcesi, vt de vno ad aliud non transferatur.*
2 *Clerici Ciuitatis non comprehenduntur sub clericis ruralibus.*
3 *Statuta, vt maleficia commissa in Ciuitate puniantur arbitrio potestatis, non extenduntur ad commissa in suburbijs.*
4 *Intellectus ad tex. in l. qui ex vico. ff. ad municipalia.*
5 *Legatum quandoque latam habet significationem.*

Circa hanc difficultatem Respondeo, ꝙ non potest Episcopus nominare mulierem pauperem, quæ est de diœcesi, facit optimus textus in c. quamuis, post princ. el 2. de præben. in 6. Nã copula, Et, ponitur inter diuersa, & ita differt Ciuitas a† diœcesi, vide de vno ad aliud non infertur, l. si maritus, C. de don. int. vir. & vxo. pro hoc etiam facit tex. in c. Rodulphus, extra de rescrip. 1. si ciuitas, de senten. excom. in 6. Vbi ciuitas, Castrum, & villa ponũtur inter diuersa: nam ciuitatis appellatione in propria significatione solum venit id, quod murorum ambitu cõtinetur, l. nam quod. ff. de penu. lega. l. in nomine Domini. §. in Sardinia ibi & clausuræ prouinciarum. C. de offic. præfe. præto. Abbas, quem sequitur Felinus in c. Rodulphus, de rescrip. vide text. in l. 2. ff. de verb. signific. Vbi Alciatus. Hinc nomine clericorum Ciuitatis † non cõprehenduntur clerici rurales, idest in ecclesijs ruralibus residentiam facientes, ut ff. ad municip. l. eius. §. Celsus, ff. de fundo instru. l. cum quidam, sic si testator legat frumẽtum, quod habet in Ciuitate, non venit frumentum, quod habet in comitatu. l. nã quod liquido, §. si ita. ff. de penu. leg. Hinc Baldus in d. c. Rodulphus dicit, ꝙ si fuerit statutum, † vt maleficia commissa in Ciuitate puniãtur arbitrio potestatis, tale statutum non extenditur ad maleficia commissa extra Ciuitatem. Hinc D. Cardinalis Florentinus in Clem. Ne Romani. §. sane in 7. & 8. q. de elect. concludit, ꝙ Ciuitas, & diocesis, sunt vocabula distincta: nã Ciuitas murorum ambitu continetur, Diœcesis vero dicitur reliquum corpus episcopatus. Accedat etiam, quia sumus in vltimis voluntatibus, in quibus facienda est stricta significatio, vt appellatione Ciuitatis tantum muri contineantur d. l. nam quod liquido, §. si ita. Ita Anchar. in d. c. Rodulphus. Quod si quis objiciat intelligi de Ci-
4 uitate eũ, qui est † de diœcesi, vt. ff. ad municip. l. qui ex vico & ff. de constit. l. forma. § si vero, & de episc. & cler. l. nulli circa finem. 16. q. 7. c. omnes basilicæ, & 24. dist. c. quando. Respondeo primo illa iura intelligi in beneficijs, in quibus latissima faciẽda est interpretatio, extra de verbor. signific. c. olim. Vnde sub appellatione Ciuitatis venit Ciuitas cum suis adiacentibus, pertinentijs, & territorijs, argu. ff. de offic. præfecti Vrbis, l. 1. §. cum vrbem. & de bonis vacan. libr. 10. l. si quando. Vel secundo respondeo text. in l. qui ex vico, cum alijs intelligi, quãdo legatum fieret, vel priuilegium concederetur ciuibus: nam tunc cum Ciuitas non ponatur pro loco, sed pro personis, veniunt etiam suburbia, & cõtinentia ædificia, & comitatense territorium. secus verò si Ciuitas ponatur pro loco, vt absentes verbi gratia vltra mediũ à Ciuitate miliare nõ teneant accedere ad processio-

nes, vel in casu nostro, vbi legatum fuit factum puellis ciuitatis, ita Ancharan. & Franc. in d. cap. si ciuitas. Accedat etiam, quòd licet ciuitas non comprehendat castra, vel villas, tamen fallit, quando aliud appareret de mente testatoris, ita Doctor. in dicto capitu. si ciuitas. Sed modo clarè apparet de mente testatoris: nam vult, vt maritentur puellæ, quæ sunt ciuitatis suæ: ergo, quod secus fuisset, si dixisset patriæ meæ. etenim tunc veniret diœcesis, ita Bartol. in l. vxorem si legauerat, ff. de legatis 3. Franc. in dicto capitu. si ciuitas, numero secundo. Vel si legatum fieret de maritandis duabus puellis consanguineis, vel affinibus ciuitatis meæ: quia tunc licet legatum strictam habeat significationem, l. si vnum ex familia, §. si tem, ff. de leg. secundo, tamen si sit legatum consanguineis, & affinibus, lar-
5 gè illud interpretandum est, † Graue. consilio 297. numero secundo, Dum affirmauit legatum factum de omnibus domibus sitis in ciuitate Salutiarum comprehendi etiam sitas in Suburbijs Salutiarum ea ratione: quia legatum factum coniunctis largè interpretatur, l. si seruus, §. vlt. ff. de leg. primo, l. Aurelius, §. Titius, vbi Bart. ff. de liberatione legata. Dec. consi. 92. vol. 1.

QVARTA DIFFICVLTAS comprehendens v. & vj.

An Episcopo mortuo, vel absente possit fieri nominatio per Vicariū.

SVMMARIVM.

1 *Mors ciuilis an æquiparetur naturali, & de triplici morte ciuili, nu. seq. cum duob. seq.*

5 *Absentia longa quando dicatur, est iudici arbitrarium.*

6 *Legatum an debeatur, si maritetur virgo irrequisito Episcopo, cuius assensus requiritur.*

7 *Actus, qui fieri debet cum consilio alicuius.*

8 *Si ille mortuus est, & actus fieri non potest, an valeat.*

9 *Contumax vt quis dicatur, requiritur trina monitio canonica.*

CIRCA quartam hanc difficultatem, an Episcopo mortuo, vel absente possit fieri nominatio per Vicarium. Respondeo, quod hæc quæstio dependet ab illa, an mors ciuilis æquiparetur naturali, de qua vide glossam, & Panormit. in clem.
1 ne Romani, de electio. in verbo monendo, Doctor. in l. insulam, ff. solu. matrimon. Alexand. in l. si decesserit, ff. qui satisd. cogan. & nos sup. libro primo, volumine secundo, de elect. cons. 1. in 2. diffic. numero quinto. Et nota, quod mors naturalis est propriè separatio animæ a corpore, vt est text. iuncta glossa in l. verum, §. fin. versi. morte, ff. pro socio mors
2 † vero ciuilis est triplex, respectu pœnalitatis, vt deportatio; item causalis, vt seruitus, vt cum quis capitur ab hostibus, & quædam est mors ciuilis meritoria, vt cum quis ingreditur religionem, vel aliter secundū Guid. Pap. decisi. 547. numero 2. 3. & 4. Nam vna est, quando alicui tollitur libertas, vel ciuitas, vt est minutus maiori capitis diminutione, Institut. de capit. dimin. §. primo, & ista habet effectum mortis naturalis, vt l. res in fine, C. de donat. inter virum, & vxorem. Aliā est, quando tollitur ciuitas, & remanet libertas, vt est minutus media capitis diminutione, Inst. eod. ti. §. minor. & ista in actibus merè ciuilibus, & prætorijs habet effectum naturalis, l. prima, §. etsi consilium, ff. de bono. poss. contra tabulas, l. si deportati, in princip. ff. de legat. 3. Alia est mors ciuilis, quando retinetur ciuitas, & libertas, sed tamen velle, & nolle

tol-

tollitur, & actus ciuiles interdicuntur, vt est videre in excommunicato, qui deportato æquiparatur, vt notatur in dicto §. minor. & ingresso monasterium, duodecima quæstione prima, c. nó dicatis, & l. Deo nobis, C. de epis. & cler. & ista eundem effectum habere videtur, sicut secunda species, ita dicit Bar. in l. cum filio, ff. de leg. primo. Quibus præsuppositis dico, quod licet mors ci-
3 uilis æquiparetur naturali † in casibus tamen expressis in iure, vt habetur in capit. susceptum. de rescrip. in 6. in cap. si episcopus de suppl. negligen. prælat. Hinc dixit Archidiac. in cap. veteri, distinct. 77. quod si quis stipulatur simpliciter in casu mortis, intelligitur de morte naturali, & non ciuili. Sic idem Archidiacon. in addit. Specul in §. ecce, 7. quæstione prima, dicit, quod si debentur fructus ecclesiæ prælato decedente vsque ad certum tempus, quod capitulum non habebit fructus, si prælatus fuerit translatus ad aliam ecclesiam, & depositio facta respectu mortis naturalis locum non habet, si mors ciuilis subsequatur, l. ex ea parte, §. insulam, ff. de verbor. oblig. & in l. res in fine, C. de donat. inter vir. & vxor. & in l. sed etsi mors, ff. eodem titulo, tamen in casu nostro, cum testator voluerit personam debere nominari per Episcopum, id, quod dicimus de morte naturali,
4 † idem arbitramur extendi debere ad mortem ciuilem, hóc est ad depositioné Episcopi, distinctione quinquagesima, cap. postquam, vel ad cessionem, de renunciat. capi. nisi cum pridem, vel ad mutationem, septima, quæstione prima, capitu. mutationes, vel ad translationem, cum episcopus propriè non dicatur, & ad absentiam longam: nam illa morti comparatur, Cardin. in clemen. vn. sub numero decimo nono, de offic. vicarij. Quando autem dicatur lon-
5 ga absentia, † glossa in capit. nullus versic. in remotis, de tempor. ordin. in sexto recensitis quibusdam opinionibus tandem cócludit satis credens hoc esse arbitrarium iudici. Igitur episcopo mortuo, vel longe absente potest nominari mulier per eius vicarium, vel per personam loco eius positam: ita facit dictum Archidiac. in cap. Reatina, distinctione 63. vbi dicit, quod si est de consuetudine, ut assensus regis, vel Archiepiscopi requiratur ante electionem, qui sit absens, & extra regnum, vel Archiepiscopatum, sufficit vicarium talis personæ requiri, & ita dixit fuisse obtentum, & allegat Compostellam in c. quod sicut, de electio. dicentem se ita obtinuisse in causa Cãtuariensis episcopi, & canonicorum Rosensium, argum. tex. in cap. ex frequentibus, extra de inst. Et hoc sequitur Baldus, in cap. cum Veneta, extra de consuet. & talis mors, & absentia æquiparantur, ut uoluit Innocen. in cap. ad abolendam, extra de hær. facit tex. in l. mulieres, §. final. ff. de verborum significatio. cap. si diligenti, extra de foro compet. verum si episcopus viueret, & non esset longè absens, ipse expectandus esset. Facit dictum Ioann. Andr. in capi. unico. Ne sede uacan. libro 6. Quod si matrimonium fuisset contractum (& ita deuenio ad quintum) inconsulto Episcopo, & tunc hæredes grauati ad tradẽdum nuptui puellam maritandam per
6 episcopum, † perdunt hæreditatem, iuxta authen. hoc amplius. C. de fideicommis. cuius dictum an sit sequendum, remitto me ad Felinum, in cap. ex parte, numero 3. de const. qui etiam dicit, quòd quando actus debet fieri cum consilio alterius proprio ipsius nomine expresso, si il-
7 le † mortuus sit, & actus fieri non potest, quod si fit, probabilis est sententia, ut actus ualeat, nisi ulte-

rius procedendo dicatur, quod absque consilio actus non valeat; ita Baldus in authen. ingressi, col. secunda, C. de sacrosan. eccles. distinguit. Quod si (& ita deuenio ad sextum) Episcopus præsens nollet nominare mulierem maritandam, vel neque absens velit hoc facere per literas, tunc absque eius denominatione modo persona maritanda sit pauper, & virgo, posset fieri actus, argumen. text. in capit. cum in veteri, de elect. Modò sit episcopus vsque tertio requisitus, adhibito aliquo interuallo inter primam, secundam, & tertiam requisitionem, argument. tex. in capitu. constitutionem, capit. statuimus, de sent. excommun. in 6. capitu. contingit 2. eod. tit. vbi in ferenda excommunicationis sententia, vt quis dicatur contumax, trina
8 requiritur monitio canonica, † quæ debet habere dierum interualla; ita quod ad minus requirũtur duo dies pro quolibet termino: facit etiam glossa in clemen. Dudum, §. si verò, idem verbo recusauerint, de sepult. quæ probat, quod vbicunq; in actu requiritur alicuius licentia, si post trinam requisitionem non respondet, habetur pro contumace.

SEPTIMA DIFFICVLTAS.

Quid si Isabella antequam subsidij legatum petierit, nupserit, An possit consequi legatum.

SVMMARIVM.

1 *Subsidium quid, & vnde dicatur, & quotuplex.*
2 *Subsidium voluntarium censetur esse quædam donatio.*
3 *Necessaria vitæ an idem sint cum subsidio vitæ.*
4 *Legata in dubio sunt accipienda secundum propriam verborum significationem.*
5 *Legatum in subsidium dotis an debeatur, si prius nupserit, quam legatum habuerit.*

IRCA hanc septimam difficultatem declaro primum, antequam deuenio ad decisionem huius dubij; Quid sit subsidium, & quotuplex. Subsidium dicitur a sub-
1 ueniendo, † sicut tributum a contribuendo, l. si ager, §. fin. ff. de verborum significat. Et tale subsidium quandoque voluntarium, & aliquãdo necessarium dicitur. Licet alibi vocari videtur auxilium, in capitulo conquerente, circa finem, ibi moderatum auxilium, de offic. ord. voluntarium subsidium dicitur esse, quod gratiose est concessum, &
2 censetur esse quædam donatio † quę a liberalitate procedit: nam donari videtur, quod nullo iure cogente conceditur, l. donari, ff. de donatio. l. donari, ff. de regul. iur. & de huiusmodi concessione gratiosa videtur esse textus, in capitulo si gratiose, de rescript. in sexto. At necessarium subsidium dicitur esse illud, quod imponitur alicui homini, vel populo, & ita tacitè quodammodo adimpletur, & tale appellatur indictum, vel superindictum, id est impositum, vel super impositum, de quo habetur in l. prima, C. de superindicto, libro decimo. Istam distinctionem subsidij voluntarij, hoc est gratis concessi, & necessarij, hoc est impositi facere videtur iuriscõsultus in l. Munus proprie, ff. de verborum significat. Rursus sciendum est, quod habemus necessaria vitæ;
3 & subsidium vitæ, † quæ idem important. bene facit text. in l. filia, C. de patr. potesta. vbi Angelus notat, quod subsidium vitæ quandoq; capitur pro dote, vt qñ puellæ legata esset certa quantitas: quia tunc intelligitur pro dote; at qñ in subsidium

vitæ

Vitæ puellæ relinquitur, tunc tale le
gatum pro alimentis intelligitur, cũ
in dubijs in legatis à ꝓprietate ver-
4 borum non sit recedendum, † l. non
aliter in princ. ff. de lega. 3. Verum,
quando dicitur a testatore in subsi-
dium maritandi; & tunc intelligi-
tur in augmento dotis. Quibus sic
stantibus dico, quòd ista quæstio po
nitur in facto per Baldum volum. 3.
consi. 385. & volum. 4. consil. 360. &
493. Vbi dicit, ꝙ dictum legatum
in subsidium maritandi, cum eua-
nuerit causa finalis, quia fuit factũ
legatum, cum fuerit maritata, non
5 debetur ei legatum. † Non enim
extat mulier in ea qualitate, qua te-
stator dotem dari iussit, argum. tex.
in l. legatis seruis. §. si ex officio ff. de
legat. 3. Et hoc verum, si dos fuerit
constituta in ipso matrimonij ortu,
vel ante, quia si postea ex interuallo
fuisset dotata per coniunctos, forte
non perderet eorum facto ius dicti
legati, argum. ff. de hęred. instit. l. pa
ter familias testamento. Item hoc
verum in hęrede damnato solũ non
iure naturæ, sed ad subsidium mari-
tandi, secus in patre, qui tenetur do-
tare iure naturæ, quia licet fuerit
maritata, tamen legatum debetur,
ita Baldus qui supr.

Octava Difficvltas.

Ex verbo si castè, & honestè vi-
xerit. An mulier amittat legatum,
si stuprum non commiserit, sed tur
piter conuersetur.

Svmmarivm.

1 *Vxor relicta vidua, an amittat tutelã,*
si incontinenter uiuat, & an amittat
legatum. num. seq. inhonestas vitæ
etiam probatur per testes singula-
res.
4 *Legatum factum si castè vixerit,*
amittitur per secundas nuptias. vi-
de num. seq.
6 *Iniuria potest fieri mortuo cum duobus*
corellarijs.
7 *Alimenta, quæ debentur vxori, si ca-*
stè vixerit, & illa nupserit post sex
menses, an debeantur per totum an-
num, num. seq.
Viduitas an sufficiat sine duratione,
arguitur pro & contra.

CIRCA hanc octauam
difficultatem, ex ver-
bo si castè, & honestè
vixerit, An amittat
mulier legatum, si stu
prum non commiserit, sed turpiter
conuersetur? Respondeo quòd sic.
Facit dictum Abbatis in c. vxoratus
num. 2. de conuers. coniugat. Vbi di
cit, quod ille textus facit ad quæstio
nem quod vxor relicta vidua, quæ
assumpsit tutelam filij, perdit tute-
1 lam, si incontinenter viuit, † sicut
perdit per transitũ ad secundas nu-
ptias, & allegat glossam notabilem
quam sequitur Bart. in auth. Matri,
& auiæ C. quando muli. tute. offic,
fungi potest. pro quo facit tex. in l.
fi. ff. eod. tit. Vbi requiritur quod pu
dice viuat. pro hoc facit quod no-
tatur per glossam, & Bartolum in l.
fideicommissum C. de fideicõmiss.
2 Vbi si mulier relicta vidua † incon-
tinenter viuit, legatum sibi factum
tanquam indigna, & ex præsumpta
testatoris uoluntate perdit. Hinc
licet magna curia Vicariæ sit iudex
competens miserabilium persona-
rum, ita pupillorum, orphanorum;
peregrinorum, & uiduarum; tamen
hoc priuilegio non gaudet uidua,
si luxuriosam uitam ducat, ut dixit
Matth. de Afflictis in constit. Re-
gni, quæ incipit. Lege præsenti nu.
3. Hoc autem, quod inhonestè ui-
xerit, qualiter probari poterit, di-
co ex Alexand. uolumine septimo,
consi.

consil. 13. numero 35. quod non est
3 in specie probandum † contra factum certum, sed in genere mulierem esse inhonestę uitę. & circa hoc sufficerét testes singulares, quorum vnus testimonium ferret de una re, & alius de alia, ut notatur per glossam, & Doctores in l. ob carmen, §. fin. de testib. & per glossam, 3. quęst. 8. c. nihilominus, & est communis conclusio secundum Ioan. de Imola, in l. cum oporteat, de accusatio. item Alex. d. conf. 13. nu. 23. Amittit
4 etiam legatum † mulier, cui maritus legauit, si castè, & honestè vixerit, si secundo nubit; nam licet castè viuere dicatur, qui uitam coniugalem elegit. capit. Nicena, distinct. 31. D. Thomas, 2. 2. q. 151. art. 2. tamen fallit, quando dicta conditio fuerit adiecta a marito, vel filio, præmortui mariti: nam tunc castè viuere non
5 dicitur, si secundo nubat: † quia anima mariti prioris ex secũdis nuptijs contristatur, vt dicit tex. in authen. de nupt. §. quæ vero. Ita etiam dixit Baldus, in authent. cui relictum, uerbo Nota, C. de Indicta Viduit. tollend. vide etiam text. in l. Deo nobis, in fine, C. de episco. & cleric. Et ita nota, quod iniuria potest fieri mortuo, ut dixit Bart. in l. prima, ff. de his, qui ut indig. glossa, & Bartol. in l. fideicommissum, C. de fideicom. ut patet etiam per glossam in c. quorundam, distinct. 23. & 23. q. 2. in summa. & in §. per contrarium inst. de hæred. ab intest. defer. Hinc inter alias rationes, quare sigillum confessionis duret post mortem, ut dixit Syluester in uerbo cõfessio, iij. quæst. secunda est, quia sic detegendo crimen defuncti, possit illi iniuria inferri. Hinc etiam infertur posse hæreticum defunctum nõ solum per quinquennium ab obitu ipsius, iuxta glossam, in l. Manichęos, C. de hęreticis, accusari, quãdo bona illius uenirent publicanda fisco seculari, sed etiam posse perpetuo accusari ad finem, ut hæretici memoria perpetuo deleatur, ut adnotauit Ioan. Mona. & cæteri in d. §. pen. Attamẽ si a patre, aliove extraneo, qui non esset prioris viri consanguineus, filiæ, uel alteri fœminæ sub dicta conditione legatum fiat, secus esset: nam tunc non amittit legatum fœmina, si nubat, ita Gulіel. Benedi. qui supra, n. 171. quia uoto patris congruere uŕ filiã nubere propter pudicitiã cõseruandã, ne toti generi per inquinationem vitæ suæ iniuria fiat, ut idem dixit. nu. 212. sic extranei non ĩterest nubat, vel nõ nubat, cũ vtroque casu dicatur castè viuere, ut in §. cum proponeretur, facit text. in l. castitati temporum, C. de adulte. & l. fin. C. de legit. tutor. & est communis, ut testatur Couar. in 2 par. de testam. c. 4. §. ix. nu. 12. & ita ex his reprobatur opinio Abbatis in cap. ut clericorum, nu. 5. de uita. & hon. cleric. sed quid si a marito fuerint relicta alimenta uxori, si castè uixerit, At illa post sex menses secundo nup
6 sit, an debeantur alimenta † solum per sex menses, vel per totum annũ. Respondeo quod debet habere alimenta per totum annum, ita Iason in l. Diuortio col. 2. uersic. sed quid si diceres, ff. solu. matrim. qui sic consuluisse Signorolum, cons. 53. dicit, per tex. in l. a nobis, ff. de annu. lega. Et hæc alimenta debentur a princi-
7 pio anni, † l. in singulis, ff. eodem tit. & debentur a die mortis testatoris, ita Vincen. de Franch. decis. 155. numero 8.

Vltima Difficvltas.

Ex uerbis si uidua erit. An sufficiat sola uiduitas absque duratione.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum de contractibus, & indicys*

cijs ualet ad ultimas uoluntates.
2 *Legatum si nupserit, debetur secuto diuortio.*
3 *Habitare non dicitur, qui in hospitalitate non durat.*
4 *Viduitas per singula momenta habet tractus successiuos.*
5 *Matrimonium tertium apud omnes detestabile est.*
6 *Legatum si uidua erit, debetur, si intrat uidua monasterium.*
7 *Epilogus omnium, quæ dicta sunt.*

CIRCA ultimam quæstionē, si vidua erit. An sufficiat sola viduitas absque duratione, & pro parte affirmatiua, quod sufficiat per momentum conditionem viduitatis extitisse, & momento durasse, probatur arguendo de contractib. & iudicijs ad vltimas uo-
1 luntates, † quod est licitum, l. fin. C. de legib. l. fin. C. de uerbor. signific. sed obligatus ex sententia, vel contractu ad rem tradendam adeo liberatus est ex prima traditione, quod licet postea ad eum reuertatur facto suo, uel alieno, non tenetur ea actione, qua primo: extincta enim fuit per traditionē actio, adeo qđ nō renascitur, vt notanter, dixit glossa, ff. de contrah. empt. l. si fundum uēderes in uerbo tradat. idem notat glossa, ff. de contrah. empt. l. si fundum uēderes in uerbo tradat. idem notat glossa magna in l. ab emptione, ff. de pact. in l. tertia, §. vnde ui uerbo vendicare, ff. de vi, & vi arma. sic ergo in casu nostro mortuo viro viduitas habuit suum effectum per esse perfectum, & consummatū: unde licet non duret, videtur sufficere. secundo facit text. in l. si quis hæredem, C. de Instit. & substit. ubi reli-
2 ctum mulieri, si nupserit, † debetur, & nec extinguitur secuto diuortio, aut alias matrimonio dissoluto: sic ergo in casu nostro relictum si uidua erit, debetur per uiduitatis existentiam purificatam absque duratione. sic relictum alicui, si filios susceperit, debetur in cōtinenti susceptis filijs, licet non durēt: sic in legato, si Titius effectus fuerit consul, licet sit à consulatu remotus. At pro contraria parte facit text. in l. si pro pacto, §. verum, ff. de in rem uerso, vbi non dicitur illa conditio adim-
3 pleta, si uersum non durat. sic tex. in l. 1. §. habitare, ff. de eiect. & fugit. dicit, quod non dicitur habitator, qui tantum hospitatur, † sed qui in hospitalitate durat. sic tex. in l. fin. C. de bonis quæ lib. dicit, quod non dicitur ad filium peruenisse, quod momento duraturum est: unde illius rei patri non quæritur vsusfructus, l. 2. §. peruenisse, ff. de hæred. vel actione uendita. & tandem in habentibus successiuum effectum nunquā
4 dicitur actus consummatus, nisi ille actus duret. Cum ergo viduitas per singula momenta temporum producat actus successiuos: † nā dum mulier uidua est, mariti retinet domicilium. Item nupta mutat illud, l. filij libertinorum §. vidua, ff. ad munici. non videtur sufficere uiduitas momētanea, sed exigi uidetur duratio, pro hoc, C. de indicta viduit. toll. authen. cui relictum. Quid ergo dicēdum. Quæstio hæc est dubia, cum Cynus, & alij in hanc inclinent sententiam, quod sufficit conditionem extitisse, licet non duret impleta, tamen glossa in d. §. verum, cōtrarium affirmat: Quare mihi uidetur hac distinctione has opiniones posse reconciliari. loquendo inquam quando non constat de uoluntate testatoris, quia si de illa liquido constat, ea est sequenda, l. in conditionibus primum locum, ff. de condit. & demonstrat. Igitur considerandi sunt tres casus. Primus, quando relinquitur si vidua erit, a marito. Secundus si a filio præmortui mariti. Tertius, si a consanguineis, ut a patre, patruo,

uel si ab extraneo. in primo, & secundo non debetur, nisi durauerit in uiduitate: in alijs uero sic, sicut diximus supra in præcedenti difficultate, nume. 4. & 5. in quibus etiam fallit, si post secundum ad tertium quoque transierit matrimonium, cum illud apud omnes detestabile sit, Angelus in §. hæc autem in auth. Quomo. opor. episcopos, & in d. §. cum proponeretur, quē sequitur Hippol. de Marsil. sing. 577. Quare si mulier vnum habuisset maritum iam defunctum, si post relictum legatum contraxisset cum alio, & illo defuncto contraheret cum tertio, non debet illud retinere. Cum tertium matrimonium sit multo detestabilius, de quo non censetur pater, nec alius quispiam extraneus cogitasse, ita Guliel Bened. qui supra. nu. 219. An uero legatum factū a marito, si uidua
6 erit, † debeatur, si vidua intret monasterium, Dicendum quod sic. ita Baldus in l. fin. C. de episc. & cleric. & ita ex his apparet legatum factum per secundas nuptias expirare, cum factum fuerit a marito, sed ut prædicta
7 dubia perstringamus, breuiter diximus in prima difficultate, quod mulier quādoque accipitur pro impubere, aliquando pro uirgine, & nonnūquam pro corrupta, & vidua. Tamē in casu nostro legatum factum pro maritandis mulieribus intelligitur solum de virginibus, vel illis, quæ & si uirum non habuerint, non tamen ab illis fuerunt cognitæ, modo sint pauperes, vt num. 3. Rursus numero 6. diximus legatum factum a testatore, ut maritentur mulieres honeste, & castè viuentes, non comprehendere virgines, quas constat turpiter vixisse, licet non fuerint stupratæ. At si legatum fuisset simpliciter factū pro maritandis mulieribus, tunc cōprehenduntur uirgines corpore, sed mente corruptæ, nisi tales uirgines perseuerarent in talibus turpitudinibus. At circa secundam diximus, pecuniam deputatam ad virgines maritandas non posse assignari ad uirginē in monasterio profitētē: pecunia vero ad vnum vsum relicta potest a Papa sine causa in alium cōuerti sed ab episcopo cum causa limita, ut numero 4. Rursus nume. quinto diximus, quod si testator filiam in mille aureis instituerit si nubat, & in quingentis, si efficiatur monialis, si monasterium ingreditur, habebit solum secundum communem quingētos. Modo quod relictum est, non sit minus legitima: quia tunc poterit monasterium agere ad supplementum. At circa Tertiam habetur, quod cum testator dixit vt nominetur mulier pauper ciuitatis suæ, non potest nominari mulier de diœcesi, secus si dixisset patriæ meæ, vel si fieret legatum pro maritandis puellis affinibus, uel consanguineis ciuitatis meæ. Ad quartum diximus posse fieri denominationem per uicariū episcopi, quando ille esset mortuus, & comprehendo in hoc casu mortem non solum naturalem, sed etiā ciuilem, quæ triplex est vt, numero secundo, licet regula sit in contrarium, quod per mortem non veniat ciuilis, sed tantum naturalis, ut numero tertio, vnde episcopo deposito, uel mutato, aut longe absente poterit Vicarius denominare, At si irrequisito episcopo fuerit maritata puella per hæredes, tunc probabilis est opinio, quod actus ualeat, nisi fuerit dictum, quod absque consilio actus non ualeat. Verum si episcopus pręsens, vel absens nollet per literas nominare, mulierem maritandam, & tunc facta trina requisitione ad episcopum cum aliquo interuallo inter primam, secundam, & tertiam potest fieri ualida denominatio, modo sit uirgo, & pauper. & hæc usq; ad numerū octauū comprehendendo dubium quintum, & sextum.

At

At circa vlj. præterquam quod diximus subsidium vitæ a subueniendo, idque esse duplex voluntarium, & necessarium. & subsidium non differre a necessarijs vitæ, vt a nu.1.usq. ad 4. affirmauimus legatum factum in subsidium maritandi non deberi, quādo mulier fuerit nupta, antequā petierit subsidij legatum, & hoc uerum in dote constituta in ipso ortu matrimonij, vel ante, quia si postea ex interuallo fuisset dotata per coniunctos, secus forte esset. item hoc verum in hærede damnato ad subsidiū maritandi, qui non tenebatur ad subsidium iure naturæ, secus in patre. nam etiam maritatæ legatum debetur. Ad octauam diximus numero primo ex verbo si castè, & honestè vixerit, Mulierem amittere legatū, si turpiter conuersetur, licet stuprata non fuerit, sic vidua tutrix perdit filij tutelam, si incontinenter vi uit. Et idem si legatum sibi fuerit factum, vt numero secundo. sic vidua incontinenter viuens non gaudet priuilegio miserabilium personarum. Hoc autem qualiter constabit, vide num.3. Sic per uerba si caste, & honeste vixerit prolata a marito, vel filio præmortui mariti amittit legatum vidua, si secundo nubit, vt numero quarto. Quod secus si legatum fuerit factum a patere, alioue extraneo: ratio diuersitatis ponitur, numero quinto. Sed quid si fuerint relicta alimenta a marito vxori, si castè vixerit, & illa post sex menses ab obitu mariti nupserit, an debeantur alimenta per totum annum, vel per sex menses, vide numero sexto. Circa vltimam diximus, quod per illa verba si uidua erit ita demum uidua consequetur legatum, si permanet uidua, quando legatum fuerit factum a marito, uel filio mariti præmortui: Secus si a patre, uel extraneo, quia tunc sufficit viduitas absque duratione. Et hoc in dubio: quia si cōstat de voluntate testatoris, illa sequenda est, ut numero quarto. Hoc tamen pro cōperto habendum est non deberi legatum, si mulier tertio contraxerit, & ratio ponitur, ut numero quinto. Legatum uero factum si vidua erit, debetur ingredienti monasterium & hæc salua, & c.

D. Iacobus de Graff. a Cap.

Thema. Consil. II.

Diuino nomine inuocato, & Beatissimę Virginis Marię suffragio implorato, uisis, & ponderatis verbis testatoris, quæ talia sunt. item voluit, quod de pecunijs percipiendis ex alia medietate reddituum, introituū, censuum prædictorum, per dictos magistros, & procuratores templi Hospitalis prædictæ familiæ Domini Vrsonis in perpetuū soluantur, dentur, & erogentur uni, vel duobus eiusdem familiæ Domini Vrsonis, & non pluribus studentibus, seu studio vacantibus legis canonicę, & ciuilis Neapoli, seu quolibet anno per spacium sex annorum ducatos decem & octo de Carolis argenti cuilibet ipsorum studentium. Verum huiusmodi studentes debeant idoneè cauere de restituendis omnibus pecunijs ab eis perceptis, si finitis sex annis non uenirent ad gradum Doctoratus, & sic debeat obseruari in perpetuum in omnibus descendentibus ex dicta familia Domini Vrsonis, & non aliter. Et residuæ pecuniæ debeant implicari per dictos magistros, & procuratores tam hospitalis, quam familiæ Domini Vrsonis in beneficiū puellarum popularium ciuitatis Surrenti pauperum, quę sint aptæ marito. Et uoluit insuper Testator, in fine, quod

suum

summa deputata studentibus prædictis ipsis cessantibus similiter conuertantur in beneficium prędictarum puellarum. Modo ex his uerverbis testatoris plures fuerunt sub ortæ difficultates. Licet principalis, de qua interrogati fuimus fuerit ista.

I. An possit iuuenis de familia, qui solus studet prætendere ad ipsum spectare prædicta duo legata ratione iuris accrescendi.

II. Quid si idonea cautio a studentibus dari non possit, an possint consequi legatum.

III. An perceptos redditus teneantur restituere, si expletis sex annis non peruenerint ad gradum doctoratus.

PRIMAE DIFFICVLTATIS

SVMMARIVM.

1 *Ius accrescendi an in aliys, quam in ultimis uoluntatibus procedat. nu. sequ.*

3 *Ius accrescendi quando in ultimis uoluntatibus locum non habeat.*

4 *Dispositioni iuris relictum uidetur, quando testator de aliquo non prouidet.*

5 *Testator magis uidetur diligere suos quam extraneos.*

6 *Testatoris mens uidetur colligi ex finalibus uerbis legati.*

7 *Testator si instituto hærede in re certa alium uniuersalem hæredem, quē uiuere putabat instituit, qui erat mortuus uel decessit, antequam adiret, institutus in re certa habebit totum.*

8 *Ius accrescendi ut habeat locum, quæ requirantur, & ut sit inter coniunctos, quæ triplex est. nu. 9.*

10 *Mens præsumpta testatoris colligitur ex coniecturis.*

11 *Dictio vel est disiunctiua, & sufficit alteram partem esse ueram.*

12 *Familiæ nomen licet multipliciter capiatur, tamen in casu nostro accipitur pro domo, & cognomento.*

13 *Familiæ appellatione an comprehendantur bastardi & nu. seq.*

15 *Testator potuit prohibere ius accrescendi.*

16 *Ius accrescendi non cadit in certa quantitate, quæ facit omnimodam similitudinem.*

17 *Ius accrescendi non habet locum in alimentis, & nec quando requiritur separata quantitas. nu. 18.*

19 *Auctor quo ætatis anno insignia doctoratus acceperit.*

IRCA primam difficultatem, An iuuenis de familia, qui solus studet, possit præten dere ad ipsum spectare prædicta legata duo ratione iuris accrescendi. & pro parte affirmatiua, quod sic, facit primo, quia hic agitur de ultima uoluntate, unde quamuis dubitetur inter doctores An ius accrescendi procedat in alijs, quam in ultimis uo
1 luntatibus, †ut in quotidianis distri butionibus, de quibus per glossam in uerbo suspensus, in clem. 2. de uita, & honest. cler. per Dominum Cardinalem, & Anchar. in cap. ut hi qui, §. illi, de æta. & qualit. sic an habeat locum in donatione principis, de qua habetur, C. si liberalitatis Imperialis socius, lib. 10. & de materia iuris accrescendi in contractibus uidendus est Bar. in l. si mihi, & Titio, ff. de verb. oblig. Tamen omnes cō cludunt ius accrescendi propriè lo-
2 cum habere in ultimis uoluntatibus, ut per Bar. & Doctores, in l. quoties, §. si duo, ff. de hære. instit. & in l. si seruus communis, in glossa iubentibus, ff. de acquir. hæree. & in l. cum solus seruus, in glossa fin. ff. eo. & per Bar. in l. re cōiuncti, ff. de leg.
3 Quare cum dictum ius accrescen

di

di solum cesset, quando appareret
3 Testatorem † manifestissimè aliud uelle, (v.g.) si adiecisset quod plus de bonis suis petere non posset, Bar. in d. l. quoties, §. si duo, glossa fin. in d. clem. ut hi, qui, §. pars, fit, quod cum hic manifeste non constet de voluntate testatoris, ut ius accrescē di locum non habeat, illud certo ha bere, ideo quod possit iuuenis per ius accrescendi petere totam quanti tatem aureorum triginta sex. Secun do probatur, quod quando testator non prouidet de aliquo, illud relin-
4 quitur dispositioni iuris, † l. commo dissime, ff. de liber. & posthu. nam ta lis præsumitur esse uoluntas testato ris, qualis esse debet: quia testator fingitur cogitare quod lex disponit, ut dicit Baldus in l. precibus, in 18. col. C. de impub. & alijs substit. alle gat tex. in l. cum quidam, ff. de ac quir. hæred. quia uoluntas alicuius in dubio talis esse præsumitur, qua lis esse debet, dicit Bal. in l. 1. 5. col. C. de sacrosf. ecc. sic Bar. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad trebell. dixit, quod testator præsumitur uoluisse id, quod vult lex, siue statutum, idē Ioan. de Imola. in l. fin. de condit. in stitut. Alex. in 3. uol. cons. 36. in 4. col. sed modo (ut ex uerbis testato ris colligitur) ipse non prouidet de aureis. 36. sed solum uoluit, ut singu lis dentur aurei 18. nihil autem di xit, quando unus esset in familia, quid esset faciendum: ergo reliquit dispositioni legis, quæ vult, ut in vl timis uoluntatibus vna pars alteri accrescat. Tertio quia secundum cō scientiam, quam & si semper per o culis habere debemus, multo magis tempore mortis, uidetur quis potius debere uelle succurrere suis, quam
5 alienis: nam testator † præsumitur magis dilexisse suos, quā extraneos l. generaliter, §. cum autem, C. de in stitut. & substitut. in l. cum auus, de condit. & demonstr. in l. cum alie-

nam, C. de legat. in l. prima cum glos sa, in verbo paterno, ff. de in ius uoc. Alex. in 2. uolum. consil. 130. in 2. colum. facit text. in cap. non est pu tanda, distin. 86. cum ibi sit duplex proximitas, naturæ, & sanguinis, & duplex uinculum magis ligat quā vnum c. 1. de treu. & pace & uidetur quod deficiente uno ex duobus tota pecunia potius accrescat uni, quam puellis maritandis. Quarto ex tacita
6 mente, & intentione testatoris † quę colligitur ex finalibus uerbis legati: nam dum disposuit in casu tantum, quod cessantibus studentibus pecu nia conuertatur in maritagium puel larum: ergo uidetur, quod existente una iuxta dispositionem iuris, altera pars cedat illi, & non puellis. Acce dat etiam & quinto, quod dixit Bar. in d. §. si vno, numero quærit, quid si testator instituit, quendam in fun do, & nec adiecit quod plus petere
7 non possit, † & alium vniuersali ter instituit, qui tempore testa menti erat mortuus, licet testator crederet eum viuere, vel decessit po stea antequam adiret, dicendum, quod ille primus habebit totum, & hoc iure accrescendi: nam & si testa tor dederit alium hæredem uniuer salem, non est manifesta uoluntas e ius, quod plus petere non possit, si portio illius deficiat. ergo habebit ar gum. tex. in l. si miles, ff de testam. milit. & l. ex militari, §. fin. cum l. seq. ff. eodem titul. igitur sic in casu nostro non est manifestissima uolū tas testatoris, quod si vnus ex his nō studeat. & ita quod portio aureorū xviij. deficiat, quod alter non possit petere: ergo habebit. ultimo facit, quia ut ius accrescendi locum ha
7 beat, requiritur † ut sit in ultimis uoluntatibus: item ut inter coniun ctos. Est autem triplex coniunctio,
8 † Nam quidam sunt coniuncti re & uerbis, Quidam re tātum, Quidam uerbis tantum. Exemplum primi.

Te-

nes, vel in casu nostro, vbi legatum fuit factum puellis ciuitatis, ita Ancharan. & Franc. in d. cap. si ciuitas. Accedat etiam, quòd licet ciuitas non comprehendat castra, vel villas, tamen fallit, quando aliud appareret de mente testatoris, ita Doctor. in dicto capitu. si ciuitas. Sed modo clarè apparet de mente testatoris: nam vult, vt maritentur puellæ, quæ sunt ciuitatis suæ: ergo, quod secus fuisset, si dixisset patriæ meæ. etenim tunc veniret diœcesis, ita Bartol. in l. vxorem si legauerat, ff. de legatis 3. Franc. in dicto capitu. si ciuitas, numero secundo. Vel si legatum fieret de maritandis duabus puellis consanguineis, vel affinibus ciuitatis meæ: quia tunc licet legatum strictam habeat significationem, l. si vnum ex familia, §. si rem, ff. de leg. secundo, tamen si sit legatum consanguineis, & affinibus, largè illud interpretandum est, † Grauc. consilio 297. numero secundo,
5 Dum affirmauit legatum factum de omnibus domibus sitis in ciuitate Salutiarum comprehendi etiam sitas in Suburbijs Salutiarum ea ratione: quia legatum factum coniunctis largè interpretatur, l. si seruus, §. vlt. ff. de leg. primo, l. Aurelius, §. Titius, vbi Bart. ff. de liberatione legata. Dec. consl. 92. vol. 1.

QVARTA DIFFICVLTAS comprehendens v. & vj.

An Episcopo mortuo, vel absente possit fieri nominatio per Vicariũ.

SVMMARIVM.

1 *Mors ciuilis an æquiparetur naturali, & de triplici morte ciuili, nu. seq. cum duob. seq.*

5 *Absentia longa quando dicatur, est iudici arbitrarium.*

6 *Legatum an debeatur, si maritetur virgo irrequisito Episcopo, cuius assensus requiritur.*

7 *Actus, qui fieri debet cum consilio alicuius.*

8 *Si ille mortuus est, & actus fieri non potest, an valeat.*

9 *Contumax vt quis dicatur, requiritur trina monitio canonica.*

CIRCA quartam hanc difficultatem, an Episcopo mortuo, vel absente possit fieri nominatio per Vicarium. Respondeo, quod hæc quæstio dependet ab illa, an mors ciuilis æquiparetur naturali, de qua vide glossam, & Panormit. in clem.
1 ne Romani, de electio. in verbo monendo, Doctor. in l. insulam, ff. solu. matrimon. Alexand. in l. si decesserit, ff. qui satisd. cogan. & nos sup. libro primo, volumine secundo, de elect. cons. 1. in 2. diffic. numero quinto. Et nota, quod mors naturalis est propriè separatio animæ a corpore, vt est text. iuncta glossa in l. verum, §. fin. versi. morte, ff. pro socio mors
2 † vero ciuilis est triplex, respectu pœnalitatis, vt deportatio; item causalis, vt seruitus, vt cum quis capitur ab hostibus, & quædam est mors ciuilis meritoria, vt cum quis ingreditur religionem, vel aliter secundũ Guid. Pap. decisi. 547. numero 2. 3. & 4. Nam vna est, quando alicui tollitur libertas, vel ciuitas, vt est minutus maiori capitis diminutione, Institut. de capit. dimin. §. primo, & ista habet effectum mortis naturalis, vt l. res in fine, C. de donat. inter virum, & vxorem. Alia est, quando tollitur ciuitas, & remanet libertas, vt est minutus media capitis diminutione, Inst. eod. ti. §. min. r. & ista in actibus merè ciuilibus, & prætorijs habet effectum naturalis, l. prima, §. etsi consilium, ff. de bono. poss. contra tabulas, l. si deportati, in princip. ff. de legat. 3. Alia est mors ciuilis, quando retinetur ciuitas, & libertas, sed tamen velle, & nolle tol-

tollitur, & actus ciuiles interdicuntur, vt est videre in excommunicato, qui deportato æquiparatur, vt notatur in dicto §. minor. & ingresso monasterium, duodecima quæstione prima, c. nō dicatis, & l. Deo nobis, C. de epis. & cler. & ista eundem effectum habere videtur, sicut secunda species, ita dicit Bar. in l. cum filio, ff. de leg. primo. Quibus præsuppositis dico, quod licet mors ci-
3 uilis æquiparetur naturali † in casibus tamen expressis in iure, vt habetur in capit. susceptum. de rescrip. in 6. in cap. si episcopus de suppl. negligen. prælat. Hinc dixit Archidiac. in cap. veteri, distinct. 77. quod si quis stipulatur simpliciter in casu mortis, intelligitur de morte naturali, & non ciuili. Sic idem Archidiacon. in addit. Specul in §. ecce, 7. quæstione prima, dicit, quod si debentur fructus ecclesiæ prælato decedente vsque ad certum tempus, quod capitulum non habebit fructus, si prælatus fuerit translatus ad aliam ecclesiam, & depositio facta respectu mortis naturalis locum non habet, si mors ciuilis subsequatur, l. ex ea parte, §. insulam, ff. de verbor. oblig. & in l. res in fine, C. de donat. inter vir. & vxor. & in l. sed etsi mors, ff. eodem titulo, tamen in casu nostro, cum testator voluerit personam debere nominari per Episcopum, id, quod dicimus de morte naturali,
4 † idem arbitramur extendi debere ad mortem ciuilem, hôc est ad depositionē Episcopi, distinctione quinquagesima, cap. postquam, vel ad cessionem, de renunciat. capi. nisi cum pridem, vel ad mutationem, septima, quæstione prima, capitu. mutationes, vel ad translationem, cum episcopus propriè non dicatur, & ad absentiam longam: nam illa morti comparatur, Cardin. in clemen. vn. sub numero decimo nono, de offic. vicarij. Quando autem dicatur lon-
5 ga absentia, † glossa in capit. nullus versic. in remotis, de tempor. ordin. in sexto recensitis quibusdam opinionibus tandem cōcludit satis credens hoc esse arbitrarium iudici. Igitur episcopo mortuo, vel longe absente potest nominari mulier per eius vicarium, vel per personam loco eius positam: ita facit dictum Archidiac. in cap. Reatina, distinctione 63. vbi dicit, quod si est de consuetudine, ut assensus regis, vel Archiepiscopi requiratur ante electionem, qui sit absens, & extra regnum, vel Archiepiscopatum, sufficit vicarium talis personæ requiri, & ita dixit fuisse obtentum, & allegat Compostellam in c. quod sicut, de electio. dicentem se ita obtinuisse in causa Cātuariensis episcopi, & canonicorum Rosensium, argum. tex. in cap. ex frequentibus, extra de inst. Et hoc sequitur Baldus, in cap. cum Veneta, extra de consuet. & talis mors, & absentia æquiparantur, ut uoluit Innocen. in cap. ad abolendam, extra de hær. facit tex. in l. mulieres, § final. ff. de verborum significatio. cap. si diligenti, extra de foro compet. verum si episcopus viueret, & non esset longè absens, ipse expectandus esset. Facit dictum Ioann. Andr. in capi. unico. Ne sede uacan. libro 6. Quod si matrimonium fuisset contractum (& ita deuenio ad quintum) inconsulto Episcopo, & tunc hæredes grauati ad tradēdum nuptui puellam maritandam per
6 episcopum, † perdunt hæreditatem, iuxta authen. hoc amplius. C. de fideicommis. cujus dictum an sit sequendum, remitto me ad Felinum, in cap. ex parte, numero 3. de const. qui etiam dicit, quòd quando actus debet fieri cum consilio alterius proprio ipsius nomine expresso, si il-
7 le † mortuus sit, & actus fieri non potest, quod si fit, probabilis est sententia, ut actus ualeat, nisi ulte-

rius procedendo dicatur, quod absque consilio actus non valeat; ita Baldus in authen.ingressi.col.secunda, C.de sacrosan.eccles. distinguit. Quod si (& ita deuenio ad sextum) Episcopus præsens nollet nominare mulierem maritandam, vel neque absens velit hoc facere per literas, tunc absque eius denominatione modo persona maritanda sit pauper, & virgo, posset fieri actus, argumen.text.in capit. cum in veteri, de elect. Modò sit episcopus vsque tertio requisitus, adhibito aliquo interuallo inter primam, secundam, & tertiam requisitionem, argument. tex.in capitu.constitutionem, capit. statuimus, de sent.excommun.in 6. capitu.contingit 2.eod tit. vbi in ferenda excommunicationis sententia, vt quis dicatur contumax, trina
8 requiritur monitio canonica, † quæ debet habere dierum interualla; ita quod ad minus requirūtur duo dies pro quolibet termino: facit etiam glossa in clemen. Dudum, §.si verò, idem verbo recusauerint, de sepult. quæ probat, quod vbicunq; in actu requiritur alicuius licentia, si post trinam requisitionem non respondet, habetur pro contumace.

SEPTIMA DIFFICVLTAS.

Quid si Isabella antequam subsidij legatum petierit, nupserit, An possit consequi legatum.

SVMMARIVM.

1 *Subsidium quid, & vnde dicatur, & quotuplex.*
2 *Subsidium voluntarium censetur esse quædam donatio.*
3 *Necessaria vitæ an idem sint cum subsidio vitæ.*
4 *Legata in dubio sunt accipienda secundum propriam verborum significationem.*
5 *Legatum in subsidium dotis an debeatur, si prius nupserit, quam legatum habuerit.*

CIRCA hanc septimam difficultatem declaro primum, antequam deuenio ad decisionem huius dubij; Quid sit subsidium, & quotuplex. Subsidium dicitur a sub-
1 ueniendo, † sicut tributum a contribuendo, l. si ager, §.fin.ff.de verborum significat. Et tale subsidium quandoque voluntarium, & aliquādo necessarium dicitur. Licet alibi vocari videtur auxilium, in capitulo conquerente, circa finem, ibi moderatum auxilium, de offic. ord. voluntarium subsidium dicitur esse, quod gratiose est concessum, &
2 censetur esse quædam donatio † quę a liberalitate procedit: nam donari videtur, quod nullo iure cogente conceditur, l. donari, ff. de donatio.l.donari, ff.de regul.iur. & de huiusmodi concessione gratiosa videtur esse textus, in capitulo si gratiose, de rescript.in sexto. At necessarium subsidium dicitur esse illud, quod imponitur alicui homini, vel populo, & ita tacitè quodammodo adimpletur, & tale appellatur indictum, vel superindictum, id est impositum, vel super impositum, de quo habetur in l. prima, C.de superindicto, libro decimo. Istam distinctionem subsidij voluntarij, hoc est gratis concessi, & necessarij, hoc est impositi facere videtur iurisconsultus in l. Munus propríe, ff. de verborum significat. Rursus sciendum est, quod habemus necessaria vitæ;
3 & subsidium vitæ; † quæ idem important. bene facit text.in l.filia, C. de patr.potesta. vbi Angelus notat, quod subsidium vitæ quandoq; capitur pro dote, vt qn̄ puellæ legata esset certa quantitas: quia tunc intelligitur pro dote; at qn̄ in subsidium vitæ

Vitæ puellæ relinquitur, tunc tale legatum pro alimentis intelligitur, cũ in dubijs in legatis à ꝓprietate ver-
4 borum non sit recedendum, † l. non aliter in princ. ff. de lega. 3. Verum, quando dicitur a testatore in subsidium maritandi; & tunc intelligitur in augmento dotis. Quibus sic stantibus dico, quòd ista quæstio ponitur in facto per Baldũm volum. 3. consi. 385. & volum. 4. consil. 360. & 493. Vbi dicit, ꝙ dictum legatum in subsidium maritandi, cum euanuerit causa finalis, quia fuit factũ legatum, cum fuerit maritata, non
5 debetur ei legatum. † Non enim extat mulier in ea qualitate, qua testator dotem dari iussit, argum. tex. in l. legatis seruis. §. si ex officio ff. de legat. 3. Et hoc verum, si dos fuerit constituta in ipso matrimonij ortu, vel ante, quia si postea ex interuallo fuisset dotata per coniunctos, forte non perderet eorum facto ius dicti legati, argum. ff. de hęred. instit. l. pater familias testamento. Item hoc verum in hęrede damnato solũ non iure naturæ, sed ad subsidium maritandi, secus in patre, qui tenetur dotare iure naturæ, quia licet fuerit maritata, tamen legatum debetur, ita Baldus qui supr.

Octava Difficvltas.

Ex verbo si castè, & honestè vixerit. An mulier amittat legatum, si stuprum non commiserit, sed turpiter conuersetur.

SVMMARIVM.

1 *Vxor relicta vidua, an amittat tutelã, si incontinenter uiuat, & an amittat legatum. nam. seq. inhonestas vitæ etiam probatur per testes singulares.*

4 *Legatum factum si castè vixerit, amittitur per secundas nuptias. vide num. seq.*

6 *Iniuria potest fieri mortuo cum duobus corellarijs.*

7 *Alimenta, quæ debentur vxori, si castè vixerit, & illa nupserit post sex menses, an debeantur per totum annum, num. seq.*

Viduitas an sufficiat sine duratione, arguitur pro & contra.

Circa hanc octauam difficultatem, ex verbo si castè, & honestè vixerit, An amittat mulier legatum, si stuprum non commiserit, sed turpiter conuersetur? Respondeo quòd sic. Facit dictum Abbatis in c. vxoratus num. 2. de conuers. coniugat. Vbi dicit, quod ille textus facit ad quæstionem quod vxor relicta vidua, quæ assumpsit tutelam filij, perdit tute-
1 lam, si incontinenter viuit, † sicut perdit per transitũ ad secundas nuptias, & allegat glossam notabilem quam sequitur Bart. in auth. Matri, & auiæ C. quando muli. tute. offic. fungi potest. pro quo facit tex. in l. fi. ff. eod. tit. Vbi requiritur quod pudice viuat. pro hoc facit quod notatur per glossam, & Bartolum in l. fideicommissum C. de fideicõmis.
2 Vbi si mulier relicta vidua † incontinenter viuit, legatum sibi factum tanquam indigna, & ex præsumpta testatoris uoluntate perdit. Hinc licet magna curia Vicariæ sit iudex competens miserabilium personarum, ita pupillorum, orphanorum, peregrinorum, & uiduarum; tamen hoc priuilegio non gaudet uidua, si luxuriosam uitam ducat, ut dixit Matth. de Afflictis in constit. Regni, quæ incipit. Lege præsenti nu. 3. Hoc autem, quod inhonestè uixerit, qualiter probari poterit, dico ex Alexand. uolumine septimo,

consi.

consil. 13. numero 35. quod non est
3 in specie probandum † contra factum certum, sed in genere mulierem esse inhonestę uitę. & circa hoc sufficerēt testes singulares, quorum vnus testimonium ferret de una re, & alius de alia, ut notatur per glossam, & Doctores in l. ob carmen, §. fin. de testib. & per glossam, 3. quęst. 8. c. nihilominus, & est communis conclusio secundum Ioan. de Imola, in l. cum oporteat, de accusatio. item Alex. d. cons. 13. nu. 23. Amittit
4 etiam legatum † mulier, cui maritus legauit, si castè, & honestè vixerit, si secundo nubit; nam licet castè viuere dicatur, qui uitam coniugalem elegit. capit. Nicena, distinct. 31. D. Thomas, 2. 2. q. 151. art. 2. tamen fallit, quando dicta conditio fuerit adiecta a marito, vel filio, præmortui mariti: nam tunc castè viuere non
5 dicitur, si secundo nubat: † quia anima mariti prioris ex secūdis nuptijs contristatur, vt dicit tex. in authen. de nupt. §. quæ vero. Ita etiam dixit Baldus, in authent. cui relictum, verbo Nota, C. de Indicta Viduit. tollend. vide etiam text. in l. Deo nobis, in fine, C. de episco. & cleric. Et ita nota, quod iniuria potest fieri mortuo, ut dixit Bart. in l. prima, ff. de his, qui ut indig. glossa, & Bartol. in l. fideicommissum, C. de fideicom. ut patet etiam per glossam in c. quorundam, distinct. 23. & 23. q. 2. in summa. & in §. per contrarium inst. de hæred. ab intest. defer. Hinc inter alias rationes, quare sigillum confessionis duret post mortem, ut dixit Syluester in uerbo cōfessio, iij. quæst. secunda est, quia sic detegendo crimen defuncti, possit illi iniuria inferri. Hinc etiam infertur posse hæreticum defunctum nō solum per quinquennium ab obitu ipsius, iuxta glossam, in l. Manichęos, C. de hęreticis, accusari, quādo bona illius uenirent publicanda fisco seculari, sed etiam posse perpetuo accusari ad finem, ut hæretici memoria perpetuo deleatur, ut adnotauit Ioan. Mona. & cæteri in d. §. pen. Attamē si a patre, aliove extraneo, qui non esset prioris viri consanguineus, filiæ, uel alteri fœminæ sub dicta conditione legatum fiat, secus esset: nam tunc non amittit legatum fœmina, si nubat, ita Gulıel. Benedi. qui supra, n. 171. quia uoto patris congrue re uī filiā nubere propter pudicitiā cōseruandā, ne toti generi per inquinationem vitæ suæ iniuria fiat, ut idem dixit. nu. 212. sic extranei non īterest nubat, vel nō nubat, cū vtroque casu dicatur castè viuere, ut in §. cum proponeretur, facit text. in l. castitati temporum, C. de adulte. & l. fin. C. de legit. tutor. & est communis, ut testatur Couar. in 2 par. de testam. c. 4. §. ix. nu. 12. & ita ex his reprobatur opinio Abbatis in cap. ut clericorum, nu. 5. de uita. & hon. cleric. sed quid si a marito fuerint relicta alimenta uxori, si castè uixerit, At illa post sex menses secundo nup
6 sit, an debeantur alimenta † solum per sex menses, vel per totum annū. Respondeo quod debet habere alimenta per totum annum, ita Iason in l. Diuortio col. 2. uersic. sed quid si diceres, ff. solu. matrim. qui sic consuluisse Signorolum, cons. 53. dicit, per tex. in l. a nobis, ff. de annu. lega. Et hæc alimenta debentur a princi-
7 pio anni, † l. in singulis, ff. eodem tit. & debentur a die mortis testatoris, ita Vincen. de Franch. decis. 155. numero 8.

VLTIMA DIFFICVLTAS.

Ex uerbis si uidua erit. An sufficiat sola uiduitas absque duratione.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum de contractibus, & indicijs*

cijs ualet ad ultimas uoluntates.

2 *Legatum si nupserit, debetur secuto diuortio.*

3 *Habitare non dicitur, qui in hospitalitate non durat.*

4 *Viduitas per singula momenta habet tractus successiuos.*

5 *Matrimonium tertium apud omnes detestabile est.*

6 *Legatum si uidua erit, debetur, si intrat uidua monasterium.*

7 *Epilogus omnium, quæ dicta sunt.*

CIRCA ultimam quæstionẽ, si vidua erit. An sufficiat sola uiduitas absque duratione, & pro parte affirmatiua, quod sufficiat per momentum conditionem uiduitatis extitisse, & momento durasse, probatur arguendo de contractib. & iudicijs ad vltimas uo-
1 luntates, † quod est licitum, l. fin. C. de legib. l. fin. C. de uerbor. signific. sed obligatus ex sententia, vel contractu ad rem tradendam adeo liberatus est ex prima traditione, quod licet postea ad eum reuertatur facto suo, uel alieno, non tenetur ea actione, qua primo: extincta enim fuit per traditionẽ actio, adeo qđ nõ renascitur, vt notanter, dixit glossa, ff. de contrah. empt. l. si fundum uẽderes in uerbo tradat. idem notat glossa, ff. de contrah. empt. l. si fundum uẽderes in uerbo tradat. idem notat glossa magna in l. ab emptione, ff de pact. in l. tertia, §. vnde ui uerbo vendicare, ff. de vi, & vi arma. sic ergo in casu nostro mortuo viro viduitas habuit suum effectum per esse perfectum, & consummatũ: unde licet non duret, videtur sufficere. secundo facit text. in l. si quis hæredem, C. de Instit. & substit. ubi reli-
2 ctum mulieri, si nupserit, † debetur, & nec extinguitur secuto diuortio, aut alias matrimonio dissoluto: sic ergo in casu nostro relictum si uidua erit, debetur per uiduitatis existentiam purificatam absque duratione. sic relictum alicui, si filios susceperit, debetur in cõtinenti susceptis filijs, licet non durẽt: sic in legato, si Titius effectus fuerit consul, licet sit à consulatu remotus. At pro contraria parte facit text. in l. si pro pacto, §. verum, ff. de in rem uerso, vbi non dicitur illa conditio adim-
3 pleta, si uersum non durat. sic tex. in l. 1. §. habitare, ff. de eiect. & fugit. dicit, quod non dicitur habitator, qui tantum hospitatur, † sed qui in hospitalitate durat. sic tex. in l. fin. C. de bonis quæ lib. dicit, quod non dicitur ad filium peruenisse, quod momento duraturum est: unde illius rei patri non quæritur vsusfructus, l. 2. §. peruenisse, ff. de hæred. vel actione uendita. & tandem in habentibus successiuum effectum nunquã
4 dicitur actus consummatus, nisi ille actus duret. Cum ergo viduitas per singula momenta temporum producat actus successiuos: † nã dum mulier uidua est, mariti retinet domicilium. Item nupta mutat illud, l. filij libertinorum §. vidua, ff. ad munici. non videtur sufficere uiduitas momẽtanea, sed exigi uidetur duratio, pro hoc, C. de indicta viduit. toll. authen. cui relictum. Quid ergo dicẽdum. Quæstio hæc est dubia, cum Cynus, & alij in hanc inclinent sententiam, quod sufficit conditionem extitisse, licet non duret impleta, tamen glossa in d. §. verum, cõtrarium affirmat: Quare mihi uidetur hac distinctione has opiniones posse reconciliari. loquendo inquam quando non constat de uoluntate testatoris, quia si de illa liquido constat, ea est sequenda, l. in conditionibus primum locum, ff. de condit. & demonstrat. Igitur considerandi sunt tres casus. Primus, quando relinquitur si vidua erit, a marito. Secundus si a filio præmortui mariti. Tertius, si a consanguineis, ut a patre, patruo, vel

uel si ab extraneo. in primo, & secundo non debetur, nisi durauerit in uiduitate: in alijs uero sic, sicut diximus supra in præcedenti difficultate, nume. 4. & 5. in quibus etiam fallit, si post secundum ad tertium quoque transierit matrimonium, cum illud apud omnes detestabile sit, Angelus in §. hæc autem in auth. Quo mo. opor. episcopos, & in d. §. cum proponeretur, quẽ sequitur Hippol. de Marsil. sing. 577. Quare si mulier vnum habuisset maritum iam defunctum, si post relictum legatum contraxisset cum alio, & illo defuncto contraheret cum tertio, non debet illud retinere. Cum tertium matrimonium sit multo detestabilius, de quo non censetur pater, nec alius quispiam extraneus cogitasse, ita Guliel Bened. qui supra. nu. 219. An uero legatum factũ a marito, si uidua

6 erit, † debeatur, si vidua intret monasterium. Dicendum quod sic. ita Baldus in l. fin. C. de episc. & cleric. & ita ex his apparet legatum factum per secundas nuptias expirare, cum factum fuerit a marito, sed ut prædicta

7 dubia perstringamus, breuiter diximus in prima difficultate, quod mulier quãdoque accipitur pro impubere, aliquando pro uirgine, & nonnũquam pro corrupta, & vidua. Tamẽ in casu nostro legatum factum pro maritandis mulieribus intelligitur solum de virginibus, vel illis, quæ & si uirum non habuerint, non tamen ab illis fuerunt cognitæ, modo sint pauperes, vt num. 3. Rursus numero 6. diximus legatum factum a testatore, ut maritentur mulieres honeste, & castè viuentes, non comprehendere virgines, quas constat turpiter vixisse, licet non fuerint stupratæ. At si legatum fuisset simpliciter factũ pro maritandis mulieribus, tunc cõprehenduntur uirgines corpore, sed mente corruptæ, nisi tales uirgines perseuerarent in talibus turpitudinibus. At circa secundam diximus, pecuniam deputatam ad virgines maritandas non posse assignari ad uirginẽ in monasterio profitẽtẽ: pecunia vero ad vnum vsum relicta potest a Papa sine causa in alium cõuerti sed ab episcopo cum causa limita, ut numero 4. Rursus nume. quinto diximus, quod si testator filiam in mille aureis instituerit si nubat, & in quingentis, si efficiatur monialis, si monasterium ingreditur, habebit solum secundum communem quingẽtos. Modo quod relictum est, non sit minus legitima: quia tunc poterit monasterium agere ad supplementum. At circa Tertiam habetur, quod cum testator dixit vt nominetur mulier pauper ciuitatis suæ, non potest nominari mulier de diœcesi, secus si dixisset patriæ meæ, vel si fieret legatum pro maritandis puellis affinibus, uel consanguineis ciuitatis meæ. Ad quartum diximus posse fieri denominationem per uicariũ episcopi, quando ille esset mortuus, & comprehendo in hoc casu mortem non solum naturalem, sed etiã ciuilem, quæ triplex est vt, numero secundo, licet regula sit in contrarium, quod per mortem non veniat ciuilis, sed tantum naturalis, ut numero tertio, vnde episcopo deposito, uel mutato, aut longe absente poterit Vicarius denominare, At si irrequisito episcopo fuerit maritata puella per hæredes, tunc probabilis est opinio, quod actus ualeat, nisi fuerit dictum, quod absque consilio actus non ualeat. Verum si episcopus presens, vel absens nollet per literas nominare, mulierem maritandam, & tunc facta trina requisitione ad episcopum cum aliquo interuallo inter primam, secundam, & tertiam potest fieri ualida denominatio, modo sit uirgo, & pauper. & hæc usq; ad numerũ octauũ comprehendendo dubium quintum, & sextum.

At

At circa vij. præterquam quod diximus subsidium vitæ a subueniendo, idque esse duplex voluntarium, & necessarium. & subsidium non differre a necessarijs vitæ, vt a nu.1.usq. ad 4. affirmauimus legatum factum in subsidium maritandi non deberi, quãdo mulier fuerit nupta, antequã petierit subsidij legatum, & hoc uerum in dote constituta in ipso ortu matrimonij, vel ante, quia si postea ex interuallo fuisset dotata per coniunctos, secus forte esset. item hoc verum in hærede damnato ad subsidiũ maritandi, qui non tenebatur ad subsidium iure naturæ, secus in patre. nam etiam maritatæ legatum debetur. Ad octauam diximus numero primo ex verbo si castè, & honestè vixerit, Mulierem amittere legatũ, si turpiter conuersetur, licet stuprata non fuerit, sic vidua tutrix perdit filij tutelam, si incontinenter viuit. Et idem si legatum sibi fuerit factum, vt numero secundo. sic vidua incontinenter viuens non gaudet priuilegio miserabilium personarum. Hoc autem qualiter constabit, vide num.3. Sic per uerba si caste, & honeste vixerit prolata a marito, vel filio præmortui mariti amittit legatum vidua, si secundo nubit, vt numero quarto. Quod secus si legatum fuerit factum a patere, alioue extraneo: ratio diuersitatis ponitur, numero quinto. Sed quid si fuerint relicta alimenta a marito vxori, si castè vixerit, & illa post sex menses ab obitu mariti nupserit, an debeantur alimenta per totum annum, vel per sex menses, vide numero sexto. Circa vltimam diximus, quod per illa verba si uidua erit ita demum uidua consequetur legatum, si permanet uidua, quando legatum fuerit factum a marito, uel filio mariti præmortui: Secus si a patre, uel extraneo, quia tunc sufficit viduitas absque duratione. Et hoc in dubio: quia si cõnstat de voluntate testatoris, illa sequenda est, ut numero quarto. Hoc tamen pro cõperto habendum est non deberi legatum, si mulier tertio contraxerit, & ratio ponitur, ut numero quinto. Legatum uero factum si vidua erit, debetur ingredienti monasterium & hæc salua, &c.

D. Iacobus de Graff. a Cap.

Thema. Consil. II.

Diuino nomine inuocato, & Beatissimę Virginis Marię suffragio implorato, uisis, & ponderatis verbis testatoris, quæ talia sunt. item voluit, quod de pecunijs percipiendis ex alia medietate reddituum, introituũ, censuum prædictorum, per dictos magistros, & procuratores templi Hospitalis prædictæ familiæ Domini Vrsonis in perpetuũ soluantur, dentur, & erogentur uni, vel duobus eiusdem familiæ Domini Vrsonis, & non pluribus studentibus, seu studio vacantibus legis canonicę, & ciuilis Neapoli, seu quolibet anno per spacium sex annorum ducatos decem & octo de Carolis argenti cuilibet ipsorum studentium. Verum huiusmodi studentes debeant idoneè cauere de restituendis omnibus pecunijs ab eis perceptis, si finitis sex annis non uenirent ad gradum Doctoratus, & sic debeat obseruari in perpetuum in omnibus descendentibus ex dicta familia Domini Vrsonis, & non aliter. Et residuæ pecuniæ debeant implicari per dictos magistros, & procuratores tam hospitalis, quam familiæ Domini Vrsonis in beneficiũ puellarum popularium ciuitatis Surrenti pauperum, quę sint aptæ marito. Et uoluit insuper Testator, in fine, quod

suum

di ſolum ceſſet, quando appareret
3 Teſtatorem † manifeſtiſſimè aliud uelle, (v.g.) ſi adiecisſet quod plus de bonis ſuis petere non poſſet, Bar. in d. l. quoties, §. ſi duo, gloſſa fin. in d. clem. ut hi, qui, §. pars, fit, quod cum hic manifeſto non conſtet de voluntate teſtatoris, ut ius accreſcẽdi locum non habeat, illud certo habere, ideo quod poſſit iuuenis per ius accreſcendi petere totam quantitatem aureorum triginta ſex. Secundo probatur, quod quando teſtator non prouidet de aliquo, illud relin-
4 quitur diſpoſitioni iuris, † l. commodiſſime, ff. de liber. & poſthu. nam talis præſumitur eſſe uoluntas teſtatoris, qualis eſſe debet: quia teſtator fingitur cogitare quod lex diſponit, ut dicit Baldus in l. precibus, in 18. col. C. de impnb. & alijs ſubſtit. allegat tex. in l. cum quidam, ff. de acquir. hæred. quia uoluntas alicuius in dubio talis eſſe præſumitur, qualis eſſe debet, dicit Bal. in l. 1. 5. col. C. de ſacroſ. ecc. ſic Bar. in l. hæredes mei, §. cum ita, ff. ad trebell. dixit, quod teſtator præſumitur uoluiſſe id, quod vult lex, ſiue ſtatutum, idẽ Ioan. de Imola. in l. fin. de condit. inſtitut. Alex. in 3. uol. conſ. 36. in 4. col. ſed modo (ut ex uerbis teſtatoris colligitur) ipſe non prouidet de aureis. 36. ſed ſolum uoluit, ut ſingulis dentur aurei 18. nihil autem dixit, quando unus eſſet in familia, quid eſſet faciendum: ergo reliquit diſpoſitioni legis, quæ vuult, ut in vltimis uoluntatibus vna pars alteri accreſcat. Tertio quia ſecundum cõſcientiam, quam & ſi ſemper per oculis habere debemus, multo magis tempore mortis, uidetur quis potius debere uelle ſuccurrere ſuis, quam
5 alienis: nam teſtator † præſumitur magis dilexiſſe ſuos, quã extraneos l. generaliter, §. cum autem, C. de inſtitut. & ſubſtitut. in l. cum auus, de condit. & demonſtr. in l. cum alienam, C. de legat. in l. prima cum gloſſa, in verbo paterno, ff. de in ius uoc. Alex. in 2. uolum. conſil. 130. in 2. colum. facit text. in cap. non eſt putanda, diſtin. 86. cum ibi ſit duplex proximitas, naturæ, & ſanguinis, & duplex uinculum magis ligat quã vnum c. 1. de treu. & pace & videtur quod deficiente uno ex duobus tota pecunia potius accreſcat uni, quam puellis maritandis. Quarto ex tacita
6 mente, & intentione teſtatoris † quę colligitur ex finalibus uerbis legati: nam dum diſpoſuit in caſu tantum, quod ceſſantibus ſtudentibus pecunia conuertatur in maritagium puellarum: ergo uidetur, quod exiſtente una iuxta diſpoſitionem iuris, altera pars cedat illi, & non puellis. Accedat etiam & quinto, quod dixit Bar. in d. §. ſi vno, numero quærit, quid ſi teſtator inſtituit, quendam in fundo, & nec adiecit quod plus petere
7 non poſſit, † & alium vniuerſaliter inſtituit, qui tempore teſtamenti erat mortuus, licet teſtator crederet eum viuere, vel deceſſit poſtea antequam adiret, dicendum, quod ille primus habebit totum, & hoc iure accreſcendi: nam & ſi teſtator dederit alium hæredem uniuerſalem, non eſt manifeſta uoluntas eius, quod plus petere non poſſit, ſi portio illius deficiat. ergo habebit argum. tex. in l. ſi miles, ff de teſtam. milit. & l. ex militari, §. fin. cum l. ſeq. ff. eodem titul. igitur ſic in caſu noſtro non eſt manifeſtiſſima uolũtas teſtatoris, quod ſi vnus ex his nõ ſtudeat. & ita quod portio aureorũ xviij. deficiat, quod alter non poſsit petere: ergo habebit. ultimo facit, quia ut ius accreſcendi locum ha-
7 beat, requiritur † ut ſit in ultimis uoluntatibus: item ut inter coniunctos. Eſt autem triplex coniunctio,
8 † Nam quidam ſunt coniuncti re, & uerbis, Quidam re tãtum, Quidam uerbis tantum. Exemplum primi.

Te-

Testator legat Titio, & Sempronio equum. Exemplum secundi. si legat Titio domum. Isti coniunguntur re, quia circa eandem rem, sed non uerbis. ex quo separatim fuit factum legatum. Exemplum tertij. Legat Titio, & Mçuio domum pro çquis portionibus, isti coniunguntur uerbis, quia simul utrique legatur, sed distinguntur re, quia non ad eandem rē, sed ad suam portionem quilibet uocatur. Hæc exempla refert Zabar. in d. clem. ut his, qui, & ponuntur ex l. 1. §. interdum, vbi glossa, ff. de usufr. accrescen. Igitur cum in casu nostro legetur res, quia eadem pecuniæ quātitas siue coniunctim siue disiūctim, sit, quod si alter eorum qualitercunque nō peruenerit ad legatum, quod tota debeatur collegatario. At pro parte negatiua, quod non debeātur nisi aurei xviij. facit primo præsum-

10 pta mens testatoris, † quæ ex coniecturis colligitur, l. cum proponeretur, in fine, ff. de lega. 2. l. qui solidum §. 1. eod. tit. l. cum auus, ff. de condit. & demonstr. l. Imperator, vbi Bar. ff. de legat. 1. Doctissimus Franciscus Antonius Adamus a Capua. V. I. D. meus carissimus pronepos in suo tractat. de vulg. substit. de iure accresc. & vulg. substit. decis. 4. c. 9. sed modo dum vult, quod soluantur tantum per magistros Hospitalis aurei xviij. vni vel duobus, pro quolibet ex ipsis duobus studentibus, colligitur mentem illius fuisse velle, vt dentur vni, vel duobus eiusdem familiæ, & non vltra, vnde cum dictio vel, sit disiun

11 ctiua, † & alternatiua, sufficit unam partem esse ueram, & illam adimpleri, iuxta regulam iuris in alternatiuis. & ita talis voluntatis videtur esse testator, quod in altero sua dispositio possit obseruari. Et notandum, quod quamuis familiæ nomen multipliciter capiatur, ut dixit Do. Petrus Philipp. Corneus in consilio 40. incipiē

12 te in hoc in secunda parte, tamen hic veniunt omnes de familia Vrsonis; hoc est de cognatione, & domo: Vnde quando essent plures, qui vellent studere, tunc venirent ordine successiuo, scilicet proximiores gradatim, secundum Bar. & Baldum in l. fin. C. de uerborum signific. tenet Alex. in l. pronunciatio, ff. famil. ercisc. qui sunt de familia testatoris, Bar. in l. filius, §. cum pater, ff. de leg. 1. & in l. peto, §. pater in princ. ff. de lega. ij. Bar. in l. si cognatis ad finem: ff. de rebus dub. & ueniunt etiam nascituri, Paul. de Cast. cons. 17. per l. si. ff. de fundo instr. & l. grege de leg. 1. & omnino per Bartholomæum Cæpollam in cap. 1. de seruit. vrban. An vero familiæ appellatione compre-

13 hēdantur bastardi, † vř quod nō, ita Bal. in cap. innotuit, in finali col. extra de elect. ita est glossa sing. in clemen. 1. de baptis. Bart. in l. ex facto, §. si quis rogatus, ff. ad Senatus conf. Trebell. num. 2. vbi dicit quod quando non apparet de voluntate defuncti, quod de bastardo senserit, quæ colligi potest. quando in alia parte testamenti de naturalibus fecerit mentionem. argum. tex. in l. qui filiabus, in princ. ff. de legat. 1. de legatis 2. l. cum pater, §. rogo. & tunc si testator erat homo positus in dignitate, non uidetur sensisse de naturali, & intelligit ex dignitate hominem honestę vitę, vel honorabilis cognationis, ita quod ei esset verecundia si sua domus deueniret ad bastardos, argum. ad hoc de ventre in possess. mitt. l. 1. §. generaliter, l. 1. §. de inspiciendo versic. publicè enim interest de ventre inspicien. fallit, nisi naturales nati esset in figura matrimonij, Dominus Card. in d. clem. 1. nu. 10. ubi ēt glo. ibi in verbo liberi in fine dicit, quod naturales comprehendantur

14 nomine filiorum † quo ad parentum reuerentiam, non tamen quo ad commodum liberorum, seu honoris, & ita in casu nostro cum testator

iux-

iuxta Bar. sit homo positus in dignitate, siue etiam iuxta glossam, in dicta clem. prima, cum agatur de commodo liberorum, non videntur cõprehendi naturales. Ego autem hæc intelligerem stantibus de familia legitimis, & naturalibus, & naturalibus, qui essent proximiores: quia si solum essent naturales ex familia, & tunc cum bastardus descendat ex eodem sanguine, & sit filius patris, quemadmodũ filius legitimus, & naturalis, vt dixit Bartol. in l. tutelas, ff. de capite minutis, numero 4. & in l. fin. num. 1. C. de verb. sign. crederem ipsum comprehendere. Rursus dum disponendo, quod in defectum studentium de sua familia residuæ pecuniæ conuertantur in maritagium, fit, quod prohibue-
15 rit ius accrescendi, † quod quidem facere potuit, vt notatur in l. Dominus, §. 1. ff. de vsufructu. Coniuncta glossa in verbo solum. Bart. in d. §. si duo, nu. 2. Cum testatoris voluntas pro lege sit seruanda, 32. q. 2. capit. vltima volun. & quilibet rei suæ legem potest apponere, quam vult, l. in re mandata. C. mandati. Tertio in casu præsenti factum est legatum a testatore certæ quantitatis aureorum, videlicet decem, & octo, & additur pro quolibet eorum: vnde talis certa quantitas facit omnimodã disiunctionem rerum, in qua non
16 potest cadere ius accrescẽdi, † & ista est pura veritas, dixit Iason in l. re coniuncti, nu. 107. de legat. 3. & dixit, quod iste casus frequenter accidit, ita etiam refert Illustrissimus Dom. Cardinalis Mantica vir nunquam nostris temporibus satis laudatus de coniunctione vltimæ voluntatis, lib. 10. tit. 3. nu. 29. Accedat etiam, quod dum legãtur aurei 18. pro quolibet eorum, videtur fuisse factum legatum in subsidium alimentorum, tex. est in l. cum hi, §. si annos, ff. de transa. l. si cui damnũ, ff. de annu. leg. l. legatum, ff. de capite minutis, Ripa in d. l. re cõiuncti, num. 142. Crotus ibi, nu. 7. in quib. alimentis non habet locum ius ac-
17 crescendi. † l. Dominus, ff. de vsufr. & quemadmodum, l. 1. cum seq. ff. de vsufr. accresc. & ratio est: quia in alimentis censetur esse quantitas taxatiua, & in legatis taxatiuis cessat ius accrescendi, l. Lucius, §. si quę habebat, ff. ad Trebell. Mantica vbi sup. nu. 24. Anchar. in d. clem. ut hi, qui in fine. Guido Papæ dec. 204. & tenendo hanc opinionem non obstant in cõtrarium adducta, vbi ius accrescendi secũdum omnes habet locum in ultimis uoluntatibus, & solum tunc non habet effectum, quando apparet testatorem manifestissimè alıud uelle, quod in casu nostro de uoluntate testatoris manifestissimè non apparet; quia respondetur illud procedere, quando ius accrescẽdi posset habere locum, sed hic sumus in quantitate relicta, ubi omnes Doctores, ut Bart. & Bal. & Nicolaus de Neapol. & Iason in d. l. re coniuncti, nu. 105. concludunt in illa non habere locum, cum qualibet quantitas posit ad nutum demonstrari, & ita respondeo ad secũdum: nam negatur consequentia, quod in hoc casu secundum ius cadat ius accrescendi: nam contrariũ est uerius, ut per Iasonem, ubi sup. Ad tertium nempe, quod testator debet facere secundum conscientiã semper, sed præcipuè tempore mortis, & ita quod magis accrescat coniunctis pars deficiens, quam extraneis. Respondeo hoc procedere in coniecturis, sed in casu nostro, cum ius disponat non habere locum ius
18 accrescendi ratione separata † quantitatis, quæ a testatore relinquitur, fit, ut testator non faciat contra, sed secũdum conscientiam. Sic ad quartum respondetur, quod cessantibus legatarijs crescat puellis, hoc est ex-

pit.olim, el 2. de restit.spol. & quod notatur per Abbatem, de senten.excommun. in cap. ea noscitur, sic propter paupertatem multa remittuntur, l. illicitas, §. final. ff. de offic. præsidis. Hinc Bartolus in l. omnes, C. de annonis, & tribu. libro 10. dicit, quòd collecta a principe imposita ab officialibus exigentibus pauperibus remittitur, Anton. de But. in cap. licet, extra de censib. Bal. in cap. querelam, de iureiur. dixit, quod pro
4 pter paupertatem † quis excusatur a periurio, & glossa in l. eos, C. de appellat. dixit, quod qui propter paupertatem appellationem non prosequitur, a iure suo non excluditur, Innocen. in cap. ex ratione, de app. Baldus in l. secunda, §. si quis in iudicio ad finem, in versi. vltimo quęro, ff. si quis cautio. sic in casu nostro ob impotentiam satisdandi ob paupertatem remittitur idonea cautio. & statur nudæ cautioni, vt si studentes habeant bona immobilia, obligent illa: nam talis obligatio dicitur nuda cautio, Bar. in l. prætoriæ, ff. de stipul. seruo. verum si non habent, dent iuratoriam. In quibus tamen casibus ob impotentiam satisdandi
5 nō stetur iuratoriæ † cautioni, vide Ias. in d. l. 1. nu. 23. vbi refert casus 14.

TERTIA DIFFICVLTAS.

An perceptos redditus restituere teneantur, si finitis sex annis solum fuerint licentiati, & non doctorati.

SVMMARIVM.

1 *Licentiatus non habetur pro doctore, cum aliud examen requiratur.*
2 *Doctoratus dicitur dignitas, vocanturque Doctores illustres.*
3 *Directum imponitur doctori tanquam vincenti non semel, sed bis in certamine.*
4 *Licentiatus si commisit crimen morte dignum, & est plebeius non capite truncatur, sed furca suspenditur.*
5 *Statuto ciuitatis vt potestas habeat doctorē, non satisfit si habeat licētiatū.*
6 *Epilogus omnium, quæ in præsenti consultatione dicta sunt.*

CIRCA vltimam, An perceptos redditus restituere teneātur, si finitis sex annis solum fuerint licentiati, & non doctorati. Respondeo breuiter, quod sic, & hoc ex expressis verbis ipsius testatoris, ibi si finitis sex annis non venirent ad gradum doctoratus: ergo oportet, vt verba testatoris cum effectu compleantur: vnde Bal. in l. penul. ff. de milit. testamen.
1 dixit, quod licētiatus † non habetur pro doctore: quia aliud examen requiritur, & est tex. in l. athletæ, ff. de excus. tuto. vbi Athletæ illi excusantur a tutela, qui assecuti sunt victoriam, & gloriam, alias non. C. de athle. l. 1. libro 10. sic illi proprie dicūtur doctores, & dicuntur esse in dignitate constituti; vnde in prima cōstitutione, ff. veteris appellantur
2 illustres. † Vnde Abbas in cap. quando de magistris dicit ex illo tex. ibi, & dignitatem assumunt, quòd doctoratus est dignitas; Ad idem est tex. singularis, in authen. vt lice. matri & auiæ, §. quia circa, in versic. cuiuslibet dignitatis, per text. & glossam in l. secunda, C. de aduocat. diuers. iudicum. Igitur doctores illi dicuntur, qui coronati sunt in capite
3 per impositionem bireti, † quod debet eis imponi tanquam vincentibus in certamine, qui videntur certasse semel in examine priuato per puncta quæ dicuntur tentatiua, & semel in publico, quando assumunt gradum doctoratus; ita Bartol. in l. athletæ, numero primo, ff. de excus. tutor. Vnde cum licentiati non fuerint admissi ad examen publicum, non censentur doctores, & consequenter non satisfacerent volunta-

ti testatoris, fit etiam, quod cum licentiatus non susceperit biretum, non habeat priuilegia doctoralia, & ideo si commiserim crimen dignum morte, & esset plebeius,
4 † non capite esset truncandus, sed furca suspendendus: quia solum doctor debet gaudere priuilegio nobilitatis. Abb. in capitu. super eo. el secundo, de testi. Et ita fuit executum in ciuitate Neapol. die 22. Ianuar. 1575. vt refert Vincent. de Franch. decisio 101. primo volumine. Hinc etiam oritur, quod non satisfacit statuto ciuitatis, vel priuilegio, quod potestas habeat secum doctorem,
5 † si ducit secum licentiatum: quia adhuc in eo aliud examen requiritur, Felin. in capitu. eam te, numero primo, de rescript. facit etiam Concil. Trident. sessione vigesimaquarta, capitulo decimosexto. ibi Doctor, vel licentiatus: ergo cum dictio vel sit alternatiua, sequitur, quod aliud sit esse doctorem, aliudque esse licentiatum. Quod si quis obijciat text. in l. penult. ff. de milit. testamen. vbi proximè cingendus habetur pro cincto, Respondeo præter alias expositiones a nobis datas infra libro quinto, extra de pœniten. & remiss. ibi text. loquitur per verbum videtur, quod denotat fictionem: nam si videtur Doctor, ergo non est vere Doctor. Cum ergo verba testatoris sint accipienda in proprio significatu, l. non aliter, ff. de legat. 3. capitulo ad audientiam, de decim. fit, quod restituere teneantur redditus perceptos, si nō venerint ad gradum doctoratus. Sed modo, hæc omnia diximus quo ad primam dif-
6 ficultatem † iuuenem de familia, qui solus studet non posse prætendere ad ipsum spectare duo legata ratione iuris accrescendi, ex eo: quia deest alius, qui studet, cum licet ius accrescendi propriè locum habeat in vltimis voluntatibus, tamen fallit, quando apparet testatorem aliud velle, vt est in casu nostro. vt numero decimo, & numero decimosexto. Veniunt autem appellatione familiæ hi, qui sunt de domo, & cognomento testatoris legitimi, & naturales tantum, nisi nati sint in figura matrimonij, non tamen naturales, licet nos fuerimus in hac sententia, quod deficientibus filijs legitimis, & naturalibus veniant bastardi, & veniunt legitimi, & naturales ordine successiuo gradatim. & hæc a numero duodecimo, vsque ad decimūquintū, verum tunc studentes, (& ita ad secundam) poterunt consequi hoc legatum, si iuxta dispositionem testatoris dederint idoneam cautionem cum pignoribus, & fideiussoribus restituendi pecunias acceptas, si infra sex annos non susceperint insignia doctoratus, quam quidem si dare non poterunt ob paupertatem, dent cautionem nudam cum hypotheca, hoc est, obligando bona sua immobilia, si habent, quod si non habent, dent iuratoriam. Et hęc a numero 1. vsq. ad 5. Pecunias tamen perceptas, & ita ad tertium tenentur restituere licentiati, cum mens, & verba testatoris voluerint, vt habeant doctores. Et aliud est esse licentiatum, & aliud doctorem, vt a nu. 1. usque 6. Et hæc salua, &c.

D. Iacobus de Graff. a Cap.

DE REGVLARIBVS, & transeunt. ad religionem.

Consilium I.

Interrogatus, an possit Abbas, seu Abbatissa ex aliqua causa rationabili monachis, seu monialibus assignare tantum singulis per portiunculas quotidianas, menstruas, vel annuas, ita quod nihil vlterius teneatur eis

ad

ad victum; & vestitum pro eorum quotidianis, vel annuis impensis, sed suo commodo, vel damno ea reseruent, vel insumant: modo nihil in prophanos, sed in vsus pios licitos, & honestos expendat. Ad quod dubium rogo, vt Dominus, & illuminatrix mea Domina Maria labia mea aperiant, & Spiritus sanctus illuminet intellectum.

SVMMARIVM.

CIRCA hanc difficultatem antequam deueniā ad decisionem, præsuppono primum id, quod dixit Innoc. III. Abbati, & Conuentui Sublacensi, in c. cum ad monasterium circa finem de statu monach. huiusmodi verbis. Nec æstimet Abbas, quod super habenda proprietate possit cum aliquo monacho dispēsare; quia abdicatio proprietatis, sicut & custodia castitatis adeo est an-
1 nexa regulæ monachali, † vt contra eam nec summus Pontifex possit licentiam indulgere. Quod si hoc verificatur in summo Pontifice, vt nō possit dispensare, multò magis asserendum est de prælato quocunque, seu Abbate, aut Abbatissa. Qualiter vero dicatur non posse summū Pontificem dispensare super voto castita-
2 tis, & proprietatis, † glossa in verbo abdicatio recitat multorum opiniones; putat tamen verum esse, quod Papa in his duobus licentiam indulgere non possit, vt litera illa dicit: quia abdicatio, &c. Ricardus tamen theologus de media villa, 4. sentent. 38. q. 9. art. 1. dicit, quod dispensatio
3 potest accipi dupliciter, † vno mo-

do pro iuris relaxatione, ꝑ hoc glossa.1.q.7.§.nisi rigor. Alio modo pro iuris declaratione, quo respectu dicimus Papam dispensare super iure diuino declarando, & interpretando illud, extra de testam.capit.in omni clemen. si furiosus, de homic. notatur in regula pluralis, de regu.iur.libro 6. cum similibus; primo modo dicit nullum votum dispensabile: quia vouens obligatur Deo, & hoc est de iure diuino, quod Papa relaxare non potest, de restit.spol.cap.literas, argumen.dist.5.in princ. Secundo modo dicit quædam dispensabilia, & quædam non. Illa namque di-
4 spensabilia non sunt, quæ dignā cōpensationem habere non possunt, vt votū christianæ religionis, quod emittitur in baptismo: Hoc enim simpliciter necessarium est ad salutem: ea vero, quæ simpliciter non sunt necessaria ad salutem, sed sunt supererogationis, id est ad maius bonum augendum dispensabilia sunt: quia potest inueniri rationabilis causa, scilicet profectus maioris boni, vel vitatio mali siue per comparationem ad Rempublicam, siue ad vouentem, vt reformatio pacis inter regna maius bonum augendum dispēsabilia sunt: quia potest inueniri rationabilis causa, scilicet profectus maioris boni, vel vitatio mali, siue per comparationem ad Rempublicam, siue quo ad vouentem, vt reformatio pacis inter regna, quæ est maius bonum christianitati, quam proprium vnius personæ: Dictet enim ratio, quod sit aliquis in ecclesia loco Dei, qui periculis communitatum, & personarum pensatis vtilitatibus, & damnis possit rationabiliter prouidere: Et ex hoc concludit Papam posse hoc ex causa rationabili, cessante vero causa non posse: quia
5 nō esset † dispensatio secundum S. Bernardum. iij. de consideratione, capit.23. Et hanc opinionem sequitur Dom. Cardinalis, in d.c.cum ad monasterium, nu.6. sic Goffr. & Io. & Innocen. & Host. etiam sentiunt nempe ex magna, & necessaria causa hoc posse eaq; vrgentissima. Quid enim si tota christianitas, vel aliqua eius pars sit in periculo, nisi monachus fiat rex: quia forte non erit alius, qui sciat regnum regere, vel possit, nonne permittendum erit, q
6 fiat rex; Cum † cōmunis vtilitas sit præferenda priuatæ, 7.q.1.cap.scias, & cap.mutationes, & propter communē vtilitatem potest monachus fieri episcopus, 76.q.1.c.ne pro cuiuslibet: ergo eodem modo, & rex, sic super continentia ponit Innocentius exemplum simile, vt si aliqua pars christianitatis dicat, quod si debet dare regnū, vult, quòd accipiat talem reginam in vxorem, alias dabit eam infideli, aut tyranno, quo casu dixit Innoc. quod non debemus diligere contemplationem huius monachi, & eius continentiam contra maius bonum: quia non debet putare Deum crudelem, quod nolit per prouisionē vicarij sui huic christianitati prouidere: nam in quolibet voto excipitur nisi aliter placeat Deo, extra de voto, cap.scripturæ. Item non dicitur facere contra votum, ex quo facit auctoritate Papæ, qui est vicarius Christi, sicut dicitur in matrimonio, extra de transact.c.2.in prin. & non obstat quod
7 dicitur Vouete, & reddite: † quia bene intelligitur reddere, qui Dei dispensationi committit, & qui facit quod est ei magis placitum, cap. magnæ, & c.scripturæ extra de voto. Et tenendo hanc opinionem non videtur obstare textus in d. cap. cum ad monasterium in fine: quia Conar. in rubr. de testam.c.2.nu.11.& 12. dicit,
8 quod intelligenda sunt † verba illa manente uoto ipso; Non enim potest Papa dispensare, vt existens monachus habeat proprium, vel vxorē

ducat:

ducat: potest tamen eum eximere a voto, & religione, vt ita exemptus vxorem ducat, atque proprium patrimonium habere possit: Et haec fuit opinio Ioannis, & Vincentii, ut refert glossa in d. cap. cum ad monasterium, quam licet D. Thomas 2. 2. q. 88. artic. 11. improbat, tamen eius opinio nec per canonistas, & nec per omnes Theologos recipitur, vt dixit Do. Cardinalis in d. c. §. vlt. num. 4. vel illa verba sunt intelligenda de modestia summi Pontificis ad conuincendum illum Abbatem, ne existimaret se licentiam monacho concedere posse contra votum paupertatis. Ita Couar. Alij vero aliter exponunt illa verba, vt cõtra eam nec summus Pontifex possit, id est soleat indulgentiam indulgere, quamuis cum causa, vt superius diximus vrgenti, & graui possit. Hinc Ioannes, & Goffredus ponderando textum illum dicunt, quod bene dicitur in tex. licentiam: Ac si dicat. Nõ enim ibi dicitur Papam non posse dispensare, sed quod non potest indulgentiam concedere volũtariam, & sine causa: quia si causa subesset, bene posset dispensare, vt etiam affirmant Innocentius, & Dom. Cardinalis; igitur ad rem nostram deueniendo summus Pontifex voluit in illo textu exaggerare quam sit abdicatio proprietatis annexa regulæ monachali. Quare nullo modo existimare debet Abbas super habenda proprietate posse cum aliquo monacho dispensare, quamuis sit super
9 quacunque re etiam exigua, † per dictum tex. 12. quæst. 1. cap. nolo, & c. non dicatis, & d. c. cum ad monasterium, §. prohibemus, verbo aliquid, quæ quidem dictio etiam in minimo verificatur, l. si seruum, §. prętor ait, ff. de acquir. hæred. vnde non potest esse proprietarius in pecunia, cuius significatione continetur omne id, quod esse potest in patrimonio, l. pecuniæ, & l. sequen. ff. de verborum signific. quod idem intelligendum est de literis, dicto cap. non dicatis, & idem de muneribus, d. §. prohibemus, quamuis sint minimima, nisi de licentia Abbatis, Zabar. in d. §. notabili 4. quãuis appropriatio monachi in alio exiguo non sit
10 † peccatum mortale, vt pluribus rationibus affirmat Nauar. tit. nostro lib. 3. cons. 75. nu. 10. quantæ tamen quantitatis appropriatio proprietatis requiratur, vt ob eam monachus censeatur mortifere peccare, vide eundem nu. 18. igitur adeo proprietas ipsa est monacho interdicta, ut procedat etiam, quod si monachus esset parentibus orbatus, & omni tẽporali auxilio destitutus, & denuda-
11 tus, † sed nec possit a monasterio succurri, ac prouideri de vestibus, nihilominus proprium habere nõ poterit, ita Zabar. in clem. ne in agro, §. fin. q. 3. ver. oppono, de stat. mona. hoc est, vt habeat aliquid sine permissu Abbatis. Et intelligo Abbatem illum, qui præest monasterio, qui quandoque in quibusdam monasteriis dicitur prior, vt in Monasterijs Camaldulensium, & Vallis Vmbrosæ. Quod idem est, ac præpositus, secundum Hugonem, vt patet exemplum in monasterio S. Ioannis de monte in Bononia, & dicitur præpositus, id est maior prælatus: quia præest omnibus. Igitur cũ permissu Abbatis habere potest aliquid, si paratus sit resignare quandocunque iusserit Abbas, vt habetur in regula Sanctissimi Patris nostri Benedicti: quia tunc cũ de qua-
12 litate, & quantitate † nihil celet Abbati, & cum sine ipsius conscientia nihil recipiat, vel expendat, dicitur habere aliquid ad vsum, & non ad proprietatem; & ita intelligitur tex. in d. cap. cum ad monasterium, vbi potest habere peculium de licentia Abbatis: quia ibi peculium non ac-

cipitur pro proprietate, vel patrimo
13 nio † ff ad Trebell. l. cogi in princ. C. de episco. & cleri l. si quis presbyter, & neque pro alijs modis, qui ponuntur per Zabar. in rubr. de pecul. cleric. sed peculium ibi dicit aliquid ad vsum deputatum, seu cōcessum: nam etiam tempore vitæ monachi potest professus de licentia prælati habere libros, uestes, & pecuniam
14 ad vsum suum, † non per modum vsusfructus, sed in quantum ita exposcit necessitas: nam nulla constitutio vetat quin res, quæ vsu consumuntur, vt vestes, libri, & pecuniæ possit pro eius necessitate professus de licentia prælati habere, cū teneantur prouidere, vt hisce necessitatibus succurratur, ad hoc 12. q. 1. cap. episcopus, in quibus necessitatibus comprehenduntur etiam libri quoad dociles, vt possint īstrui, & alios docere, capit. super speculo, extra de magistr. Verum cessante necessitate licentia intelligitur denegata, 1. quæst. 7. cap. pro remedio: quia in superfluo præsumitur fraus, capi officij, extra de testam. & cap. fin. ad hoc bene facit clemen. exiui, §. porro, extra de verb. signifi. Et ita Sanctissimus noster pater Benedictus concedit vsum, & non proprietatem. Secundo præmitto, quod potest aliquid concedi ad vsum dupli
15 citer, † vel ad vsum incertum, ita vt sit in potestate alterius auferre illud, cum ei placuerit, & tunc stante causa rationabili, quæ duplex esse potest, necessitas, & vtilitas, & vtraque vel priuata, aut communis, vt recte adnotauit Cardin. a Turrecrema. in dicto cap. non dicatis nu. 3. & 4. potest aliquid concedi absq; vitio proprietatis. Non tamen potest concedi ad vsum rei certū, ita vt ille vsus non possit ab eo auferri: quia voluntas religiosi semper debet esse prælato subiecta, vt resignet quando ille voluerit, potest etiam concedi pecunia administrationem haben-
16 ti: † vt quia eleemosynarius, vestiarius, vel cellerarius, vel est in aliquo officio, ex quo habet recipere, & in vsus monasterij expendere, siue sit pecunia, siue aliud, ne cler. vel monach. capitulo primo. & tunc potius ipsa administratio proprium habet, quam ipse monachus, arg. extra de præb. c. 3. vel non hēt peculiū, sed administratiōnē peculij, c. 2. §. quia vero ut. nostro. Secus tñ esset, si esset administratio, cuius rōne haberet tantum circa spiritualia intendere, vt prior claustralis, vel alius audiens confessiones, vel tantū vacans obseruātiæ regulæ: quia tunc non licet ex hac causa habere peculium, Zab. ibi. nu. primo, in finem. Monacho vero simplici nullam administrationem habenti licentia non est conceden-
17 da, † nisi ex magna, & euidenti causa, vt habetur in clem. 2. de sta. monach. per Anchar. in d. c. cum ad monasterium, nume. 23. vt in casu nostro præsupponitur. Sicut infra videbimus. At hæc licentia dupliciter considerari potest, expressa, & specialis,
18 † tacita, & generalis, quam Diuus Thomas 2. 2. quæst. 33. art. 8, vocat præsumptam, & vtraque sufficit: quia taciti, & expressi eadem est virtus, l. cum quid, ff. si certum pet. c. 2. de rescrip. & dicitur tacita, vt si sciente, & dissimulante prælato religiosus aliquid possidet. Abb. 1. vol. consil. 88. colum. 3. Tunc enim id detinendo nō dicitur facere proprium, & nec peccat ex eo, quod detinet sciente, & non contradicente prælato. Ita Abbas in c. quod quibusdam, numero 10. extra de fideiuss. quibus sic præmissis deuenio ad quæstionem propositam, An possit assignari aliquid moniali singulis annis pro victu, & vestitu, ita q nihil vltra teneatur superior ei dare. Respondeo saluo semper meliori iudicio, quod sic: & primo quia eadem ratio, quæ

est

est in indumentis assignandis moniali singulis annis, ne incurrat uitium proprietatis, illa quoque in uictu sine scrupulo & proprietatis uitio militare potest: sed communis est Doctorum sententia, in d. cap. cum ad monasterium, & Decij in c.
19 edoceri, num. 17. de rescript. † posse assignari, (v.g.) decem pro indumentis, unde Specul. de leg. in materia dispens. §. sunt quoque, dicit, ut refert Anchara. in d. cap. cum ad monasterium, numero 23. quod Romana ecclesia scit, & tolerat quod regularibus taxetur aliquid pro vestimentis, quod idem Ioan. Andr. de regu. iur. in cap. non est obligatorium, de reg. iur. lib. notat de monialibus, quæ à monasterio habent victum, & a parentibus indumenta: ergo quod dicitur de indumentis, idem dicendũ est de victu: cũ appellatione uictus ueniant vestimenta, l. verbo uictus, de verb. signifi. Secundo hoc expresse affirmat Nauar. in vltima editione anno 1597. lib. 3. cons. 3. num. 46. de statu monach. vbi dicit, quod si regularibus datur singulis certa quãtitas pecuniæ, panis, & vini, & c. ita quod nõ detur ei amplius, licet plus expendant, nec minus, quamuis minus expendant, uidetur eis ita in dubio dari, vt possint impendere reliqua, si quæ eis supersint in eleemosynas, & alia opera pia, in quæ ipse prælatus iustè potuisset, & ita expresse tenet Nauar. quod potest concedi aliquid regulari pro victu, & vestitu.
20 Reuocat vero in dubium, an quod ei superest possit expendere in opera pia, cõcludit tamen quod sic, modo hæ adsint conditiones, & circunstantiæ, & prima, vt id sit more, & vsu receptum. Quapropter consuetudo præteritis tẽporibus fuit, quod superior religioso facultatem concedebat, ut alijs donaret ea bona, quæ ipse superior alioqui donare posset (v. g.) si donatio illa redundaret in vtilitatem monasterij, vel in pauperum, vel indigentium vsus, & multo magis consanguineorum pauperum, senum, & nobil. arg. 86. dist. in. per totam. uel ad afficiendos munusculis aliquos ex his, qui de cœnobio, vel religione benemeriti essent, vel ad conciliandam aliquorum beneuolentiam. Secunda, ut non extet aliquod præceptum in contrarium, vel si esset præceptũ, vt quod superest, possit expendi vsque ad certam quantitatem, illud obseruetur. Tertia, ꝙ donet id tm̃, ꝙ detrahit sibi parcius viuẽdo ex acceptis alimentis datis quotãnis a supiore vel a totius cõuentus procuratore, cui annui redditus cœnobij administrandi committi solent: quia tunc videtur dari eleemosyna ex tacito superioris consensu. Et hæc vera essent tempore, quo scripsit Nauarrus, sed hodie hoc omnino fieri vetuit S. D. N. Clemens VIII. in constitutione edita anno
21 1594. † quæ incipit Religiosę cõgregationes, vbi præcepit ne religiosi quicunque sint illi, siue viri, siue fœminæ cuiuslibet congregationis, societatis, & instituti non tam militię directe, vel indirecte, palam, vel occulte tam communi, quam particulari, & proprio nomine etiam sub quouis statuti, vel consuetudinis, seu potius corruptelæ, aut alio prætextu vel quacunque causa, nisi in generali capitulo, aut alia generali congregatione re mature discussa, unanimi consensu omnium superiorum permissu causa approbata fuerit, aliquam largitionem, seu missionem munerum facere valeant. ex quibus verbis prohibetur monacho, seu moniali ut quod ei superest ex assignato victu possit expendere in munerum largitionem. Non tamen per illam constitutionem prohibetur, quin possit aliquid assignari pro victu. Tertio hæc quæstio magis expresse ponitur per Nauar. de regular. comen. 3.

q.7. vbi quærit. An censeri debeat damnatus, seu infernalis status ille monachorum, vbi certa portio panis, & vini, & reliquorum necessariorum pro victu, & certa quantitas pecuniæ pro vestitu distribuitur alicui per portiunculas menstruas, seu annuas. ita ut nihil ei vltra tribuatur & tenet negatiuè. sed quod licite fieri possit, ex hoc per xiiij. causas, quas refert infra versic. viij. numero 29.

22 Modo conditiones concurrant.† & prima, ut id accipiatur a monachis, seu monialibus non quo ad proprietatem, sed ad vsum suum honestũ, ita quod nullo modo possit prælatus, uel prælata illud auferre, quando vellet, quia tunc concederetur quo ad proprietatem. Secunda, vt talis distributio fiat ex magna, euidenti, atque rationabili causa: Alias uitanda est, huiusmodi taxa-

23 tio † ad euitandum uitium proprij, quod est contra vnum de substantialibus regulæ, d. capit. cum ad monasterium, ita quod sine rationabili causa non est concedenda. At in casu nostro supponitur monasterium monialium ad tantam deuenisse inopiam, ut dietim uiuant de pecunia mutuata. Vnde oportet suos redditus immaturos, & in herbis vendere, & præter hoc indiget dictum cęnobium fabrica necessaria. Morantur enim ibi Moniales absque refectorio, & dormitorio, alijsque necessarijs ad habitandum: quare deputati ad administrandos redditus in hoc compulsi sunt, ut singulis quoque monialibus ad tempus incertum assignandum sit aliquid pro victu, & vestitu, ut sic de residuis redditibus possint ędificia necessaria construi, & debitis a monasterio contractis, quę multa sunt, satisfacere. igitur cum hæc fuerit causa rationabilis, quæ iuxta Turrecrem. in d. cap. non dicatis, potest esse duplex: vel necessitas, vel vtilitas, & vtraque, vel communis, uel priuata, & priuata est, quando conceditur monialibus aliquid determinatũ, vt quia de cõi non possũt absq; notabili detrimento tũ rerum tum corporis uiuere. Ideo ex his concludendum putarem partem affirmatiuam, quod possint deputari vna cũ ordinario loci, cui dictæ Moniales subiectæ sunt, assignare tantum pro

24 victu, & vestitu singulis, † ita ut nihil vltra teneantur eis pro necessitate tribuere: non tamen possunt dictæ moniales salua conscientia in eos vsus, quæ eis supersunt, distribuere quos ipsę maluerint: nã licet præteritis temporibus id fieri solitum fuerit, non quod eius portionis Monialis facta sit domina, sed quod tacitus quidã superioris assensus concurrere videretur: tamen S. D. N. Clemens VIII. interdixit in prædicta constitutione præterquam si fiat iuxta formulam in eo præscriptam, hoc est in generali capitulo,

25 aut alia generali congregatione re maturè discussa vnanimi consensu omnium, superiorumque permissu, & causa approbata per viam donationis: Quapropter saluo semper meliori iudicio, vt possit residuum a moniali distribui in honestos vsus, in casu nostro crederem sufficere licentiam ordinarij cum unanimi cõsensu ad sonum campanellę, quod possit monialis id, quod superest erogare in vsus honestos: tum quia si id erogat consanguineis hoc uidetur redundare in vtilitatem cœnobij. erogat enim parum, & percipit multum, cum mulierum genus in auaritiam potius, quam in liberalitatem suapte natura declinet: ut notat Decius in l. fœminæ, ff. de reg. iuris. At si monialis uellet erogare eleemo-

26 synaliter † id, quod supest, uel detrahẽdo sibi aliquid de uictu pauperib. & multo magis si pauperes essent consanguinei nobiles, aut senes

tunc

tunc crede eni hoc posse ex tacito cõsensu superioris, cum in hoc non videatur derogare constitutioni Clementis VIII. quæ loquitur de largitione munerum non autem de largitione eleemosynarum. Sed
27 modo breuiter restringendo,† hæc, quæ diximus; explicauimus ex Richardo, numero tertio, quod dispensatio, ut dicit iuris relaxatio de uoto a Papa fieri non potest, cũ non possit relaxare votum mediante quo quis obligatur Deo, cum votum sit de iure diuino, sed bene non potest dispensare, hoc est declarare ius diuinum circa ea, quæ non sunt simpliciter necessaria ad salutem, sed sunt bona super erogationis, ut num. 4. ex causa rationabili, quia sine illa non esset dispensatio: quare concludit ex causa graui, & urgenti posse Papam dispensare monachum habere proprium, vel super continentia, ut a n. 5. vsq. vij. At qualiter intelligatur nõ posse Papam dispensare cum monacho super habenda proprietate, vel super continentia, declara vt nume. 8. Igitur si Innocentius dicit nõ posse Papam indulgere super proprietate: ergo multo magis hoc existimat Abbas non posse facere nec in re exigua, ut n. 9. quæ proprietas consistit siue in pecunia, siue in muneribus, siue in literis, vnde nec Abbas poterit dispensare super proprio, etiamsi Monachus sit orbatus parentibus, & monasterium non possit prouidere de vestibus, ut nu. 11. quamuis bene poterit dispensare, ut possideat aliquid, paratus restituere, quando ipse voluerit, modo nihil celetur Abbati de qualitate, & quantitate, & nihil expendatur absque licentia Abbatis, ut num. 12. Et hoc ex causa rationabili, ut si monachi exposcit necessitas etiam per totum tempus vitæ suæ, vt num. 13. & 14. non tamen potest concedi ad usum rei certum, ita vt vsus ille non possit ab eo auferri, ut num. 15. potest etiam concedi monacho habẽti administrationem temporalem, non tamen spiritualẽ aliquid ad vsum: nam eo ipso, quod habet administrationem, vt vestiariis videtur concessum: sic etiam si habet aliquid monachus de licentia tacita, vt eo sciente, & dissimulante, ut num. 16. vsq. 19. potest etiam assignari, (& ita ad casum nostrum) aliquid moniali singulis annis pro uictu, & uestitu, ita quod nihil vltra superior teneatur ei dare, Immo ante constitutionem Clem. VIII. de largitione munerum, de qua nume. 21. poterat id, quod ei supererat, expendere in opera pia, modo quædam essent conditiones, de quibus, numero 20. sed modo omnino prohibetur donatio, nisi ut num. 21. Attamen vt aliquid possit assignare moniali, duæ requiruntur conditiones. prima ut concedatur ad vsum honestum, ita ut sit in potestate Abbatissæ auferendi: secunda, id fiat ex causa magna, & rationabili, ut numero 22. quibus existentibus credimus posse monialẽ id, quod superest, erogare in usus honestos pauperibus eleemosynaliter, maximè si pauperes essent consanguinei, vel senes, & hoc ex tacito cõsensu superioris: nam constitutio Clementis loqui videtur de largitione munerum, non autem eleemosynarum. & hæc a nu. 21. vsq; in finem. Et hæc salua semper censura sacræ semper Romanæ ecclesiæ.

D. Iacob. de Grassijs à Cap.

De Regularibus & Transeuntibus ad religionem.

Thema. Consilium II.

Inuitus quidem ad tria mihi proposità dubia circa eam constitutionem, quę aduersus regulares ad monasteria monialium absque licentia accedentes edita Romæ fuit anno

no 1590. Respondeo inuocato prius Christi, ac Beatissimæ Virginis præsidio: nam vt in cap. cum Paulus, & cap. principatus. 1. q. 1. ubi Christus non est fundamentum, nulli boni operis potest esse ædificium, cum nomine vero Iesus etiam Mariæ Matris dulcissimæ inuocādum est: quia sine Maria Christus nec concipitur nec nascitur, sine Maria Christus nō inuenitur a magis, non uocatur ad nuptias, non crucifigitur, & sine Maria spiritus sanctus non datur: igitur vt votis faciam satis hoc consilium tribus difficultatibus absoluetur. Quarum

PRIMA DIFFICVLTAS.

I. An transgressor illius constitutionis subijciens se diuersis pœnis ipso facto incurrendis, vt pœnæ priuationis officij, atque vocis actiuę, & passiuæ peccet mortaliter.

II. An transgressor teneatur ipso iure subire has pœnas.

III. An sit iniungendum in foro pœnitentiali uenienti contra legem præcipientem aliquid sub pœna, ut pœnam soluat.

PRIMAE DIFFICVLTATIS.

SVMMARIVM.

1 *Accessus ad monasteria monialium dupliciter exponi potest.*

2 *Attentatio licet puniatur affectu non secuto, tamen fallit in casu nostro.*

3 *Moniales, ut sint sub perpetua clausura quare fuerit inuentum.*

4 *Accessus ad moniales ut sit licitus, tria exiguntur.*

5 *Accessus ad moniales etiam a consanguineis est cauendus.*

6 *Frequentatio inducit præsumptionē maleficij & indicij ad torturam.*

7 *Abbates ueniunt appellatione religiosorum, ita Abbatissæ appellatione monialium.*

8 *Peccat legis transgressor magis positus in dignitate, quam inferior.*

9 *Peccatum est mortale transgredi legem quando constat de mente legislatoris uelle obligare ad mortale.*

10 *Pœna priuationis officij siue ad tempus siue in perpetuum ponatur, obligat ad mortale.*

11 *Pœna priuationis vocis actiuæ & passiuæ quid significent.*

12 *Pœna appositionis temporalis an sit causa ut euitet pœnam æternam.*

13 *Mens legislatoris quando colligatur uelle ex pœna obligare ad peccatum mortale.*

14 *Transgressores quicunque etiam in dignitate incidunt in has pœnas.*

CIRCA præsentem difficultatem multa prius sunt præmittenda. & primo, quod dum cōstitutio prohibet accessum ad monialium monasteria,
1 potest exponi hoc dupliciter: † & primo monasteria, id est moniales, ut sic ponatur continēs pro contento, simile notatur extra de excess. prælat. cap. fin. & in c. si ciuitas, de sent. excomm. in 6. potest etiam intelligi propriè, ut nō solum prohibeatur accessus ad moniales, sed etiam ad ipsarum monasteria, seu loca: facit optimus tex. in cap. monasteria, de vita, & hone. cleri. Vbi Petrus de Anchar. & Imola, atque Doctores. Quare cum constitutio Dominorū Cardinaliū loquatur de accessu, fit quod sit intelligenda simpliciter, vt iacet de accessu ad monasteria cum effectu, ut a simili dixit Anchar. in d. c. monasteria, num. 2. verum si cogitauerit quis accedere scienter absque legitimis malis contentis in dicta cōstitutione, & aliquid attentauerit, sed non perfecit, non incurrit pœnam, Franc. in cap. perpetuo, nu. 1. de elect. in 6. Hinc licet attentatio
2 puniatur † effectu aliquo non secuto, l. si quis cum telo, ff. ad l. Corn. de sicar.

ficar. & l. quisquis, C. ad l. Iul. Maie. & sola voluntas puniatur, arg. 1. q. 1. c. quicunq; studet. & dist. 51. c. si quis. tamen hoc fallit in pœnis, cum tales pœnæ non habeant locum in delictis non consummatis, etiam si deuentum fuerit ad actum propinquum. verba enim exigunt actum perfectum, Doctor. in l. 1. §. Diuus, ff. de sicar. quia sunt accipienda cum effectu: vnde licet per eum nõ steterit, quin perficiat accessum, tamen non incurrit pœnam, Francus qui supra. Secundo notandum est, quod ad magis abstinẽdum a monialium

3 conuersatione uolunt iura, † ut debeant sub perpetua clausura manere secundum formam traditam in cap. 1. de statu regu. lib. 6. & singulis annis per ordinarios uisitari, etiam si sint exemptæ, quod dic. ut in clem. attendentes, eo. tit. Ad quod videtur facere Conc. Trid. sess. 25. de regular. cap. 5. vbi episcopi tanquam Apostolicæ sedis delegati in monasterijs monialium exemptis possunt se intromittere, & curã habere clausuræ monasteriorum. Et ad clausuram uidetur pertinere accessus ad dicta monasteria. vt autem dictus accessus

4 sit permissus, † requiruntur tria; primo vt sit causa rationabilis, hoc est, cui ratio inest: nã si ratio non inest, non dicitur causa propriè, sed impropriè, ff. de uerb. oblig. l. si ita stipulatus, §. possum in fine. Quare est in argumentum, quod si per superiorem est prohibitus accessus ad certum locũ, uel ingressus palatij, quod ex causa ineuitabili contra faciens non punitur, arg. ad idem, ff. de publ. l. Cæsar. & est ratio, quia persona agens est illa, quæ debet puniri, sed ista nõ est persona agens, sed patiẽs: quia per vim patitur, ut ait Seneca in epistola. c. 7. ad Lucillum. Ducãt volentem fata, nolẽtem trahant. Secundo requiritur causa manifesta, & rationabilis, arg. 12. q. 1. cap. nolo xi. quæst. 3. ca. non sunt, & l. prætor, §. docere, ff. de vi. bon. rapt. De his duobus requisitis loquitur tex. in d. cap. monasteria. Tertio requiritur, ut accedat cum licẽtia speciali illius, ad quem pertinet, puta illius solum, qui præest monasterio, & curam habet monialium, 18. q. 7. cap. Decima, simile habetur in c. 1. de statu regul. in 6. uel ordinarij, si moniales sunt ei subiectæ, & quando permittitur accessus ad alloquẽdum cum monialibus, debet loqui coram Abbatissa, & dicere breuia, & compẽdiosa uerba, cap. diffinimus, 18. q. 1. Tertio notandum, quod eatenus prohibetur accessus ad monasteria monialium: vt nec clerici, nec laici accedere possint, ita text. in d. cap. monasteria, cõprehendendo etiam consanguineos:

5 vnde non debent visitari etiam causa consanguinitatis. Haud enim illa est causa sufficiens, & rationabilis: nam ut dicebat Hosti. etiam sub cognati nomine potest culpa tegi, facit quod notatur in cap. 1. de cohabit. cler. & muli. Vbi parentela non excusat à suspitione, maximè, quando adest frequentatio, iux. tex. in d. cap. monasteria: cum frequentatio indu-

6 cat † præsumptionem maleficij, & sic frequẽtatio facit indicium ad torturam, ita Bal. in d. c. nu. 1. vbi etiam dicit, ex glossa, quod dicitur quis frequentare per duas uices, l. tertia, C. de episc. audi. cap. super eo, de hæret. in 6. Igitur cum in constitutione, & decreto sacræ constitutionis dicatur nulli post hac, fit, quod excludatur a uisitatione monialium omnis religiosus, siue sit simplex religiosus, siue Abbas, modo curam monialium non habeat, & non sit deputatus ad illarum confessiones audiendas, arg. text. in c. cum ad monasterium uerbo Nullus, de sta. monach. ubi dicit Ioan. Andr. ergo nec Abbas, & nec

7 alius, cum Abbates † veniat appellatione religiosorum, cap. fin. extra de

simo,

ſimo.tradit communiter, Abbas in c.quoniam Abbas,de offic.deleg. facit etiam tex.in d cap.cum ad monaſterium,§.fina.ſic appellatione monialium,uenit Abbatiſſa, Franc. in cap.1.de ſtatu regul.in 6.immo in eadem ſpecie delicti magis punitur poſitus in dignitate, quam alius inferioris gradus, † & ita Abbas, quam
8 religioſus, cap.quoniam,de uita, & hone.cler.ubi poſiti in dignitate per annum ſuſpenduntur a beneficio, vel a ſpe beneficij, ſed alij inferioris gradus per ſex menſes, & lex dicit, quod augetur peccatum dignitate præpoſiti, ff.de re milit. l.omnes, §.augetur, & ratio eſt, quia præpoſiti ſunt tanquam ſignum poſiti ad ſagittam: vnde ſi male agũt,faciunt delinquere populũ,c.magnę, extra de uoto, facit tex.diſt.40.cap.homo,25.q.1.cap. nulli fas: nam quo gradus eſt altior,tanto caſus eſt perículoſior;& quo quis maioribus fungitur bonis, eo magis notatur ingratitudine,cap. periculoſe,de pœnit.diſt.1. Quibus ſic præmiſſis, quod tranſgreſſor ſe ſubijciens pœnæ priuationis officij, & uocis actiuæ, & paſſiuæ peccet mortaliter,faciunt multa:& primo, quia tunc quis peccat mortaliter,qñ conſtat de mente legiſlatoris, quod præcipiat, & uelit obligare ad peccatum mortale,† ſed modo hoc nobis
9 manifeſtum eſt, ſi velimus conſiderare verba legiſlatoris:ergo & quod ita ſit,patet, quia ibi ſũt verba præceptiua, nempe pręcipiunt inuiolabiliter obſeruari, quæ obligant ad peccatum mortale,c.2.extra de maior.& obed.14. q.2. c. quod præcipitur,bonus text. in cap.nulli fas,diſt. 19.c.uiolatores,25.q.1.immo ibi ſũt verba præceptiua inhibitiua,ſcilicet prohibuerunt ne dicti religioſi,& c. quæ efficacius obligant, & magis pręciſè aſtringunt,quam uerba affirmatiua,Abbas in ca. nouit extra,de iudic.quem ſequitur Decius in cap. nam concupiſcentiam, extra de conſtit. Rurſus adeſt aduerbium inuiolabiliter, quod denotat mentem legiſlatoris velle, ut dicta conſtitutio omnino obſeruetur. Adeſt etiam pęna priuationis officij, quæ ſiue apponatur in perpetuum, vt in dicta con
10 ſtitutione,†ſiue ad tempus, ſemper in iure apponi ſolet pro peccato mortali. ita gloſſa in cap. ad reprimendam,de officio ordin. Vbi iniungitur pœna priuationis officij in perpetuũ presbytero, qui duxit vxorem uel ad tempus clerico fornicario. Adeſt rurſus pœna priuationis uocis actiuę & paſſiuę, quæ etiam iniungitur pro peccato mortali,ut clarè colligitur ex Conc.Trid.ſeſſ.25.c.2.in fin. per quam quidem priuationem uocis actiuæ, & paſſiuæ cenſetur quis
11 priuatus iure dandi uocem † capitulariter in negotijs expediendis per uoces capitulantium collegialiter, puta in alienationibus, electionibus in profeſſionibus,& alijs tractatibus vt ſatis colligitur ex gloſſa in clem. 1.uerbo inibi,de regular. & ex Cardin.& Bonifacio in clem. Vt hi,qui, de æta.& qualit.priuatur etiam uoce paſſiua,vt nõ poſſit eligi ad aliquam dignitatem, vel ad id,quod eſt honoris,ſecus in his, quæ ſunt oneris, ut dixit Anchar. in dicta clem. 1.nu.5. Et ita priuatus voce actiua eſt etiam priuatus uoce paſſiua, ut ſatis exprimunt Zabar.& Bonifac. in d. clem. vt hi,qui,Nauar.de elect.lib.1.conſ. 6.Quod ſi quis obijciat,(vt aliqui aſſerunt) ex appoſitione pœnæ temporalis debere quem uitare pœnam æternam, & ita peccatum mortale,
12 † Reſpondeo, quod hæc vulgaris opinio eſt pluſquam falſa, & neſcio vnde prodire potuit,quod leges obligantes ad pœnam, non obligent ad culpam.cum pœna ſuapte nátura tũ genuinus effectus,tum apertum indicium ſit culpæ,Sotus li.1. de iuſt. & iure q.6.art.5.col.2. Etenim ſemper

per

per colligitur mentem legislatoris
13 uelle obligare trāsgressorem † ad
peccatum mortale, quando apponit
pœnam præsupponētem peccatum
mortale: Talis est priuatio uocis acti
uæ, & passiuæ, cum incurritur est in
famatoria transgresso is: ergo. Ita
est argumentum optimum, in c. per
petuo vbi Gem. n. 3. & Franc. n. 2. de
elect. in 6. notāt, quod ueniens contra le
gis præceptū peccat mortaliter, et si in
lege præceptiua sit alia pœna appo-
sita: quia ex appositione pœnæ tem
poralis non euitatur pœna Dei: pro-
bat hoc optimè tex. in d. cap. perpe-
tuo: quia dicitur ibi quod quo ad
Deum punitur iste, & etiam ab Apo
stolica sede, ex quo tunc fecit a iure
prohibita. uide etiam optimum tex.
in cap. commissa in fi. eo tit. in 6. ubi
faciens cōtra legem Dei peccat mor
taliter, etiam dato quod lex imponat
aliam pœnam temporalem. sic idem
uidetur sentire speculator in d. c. per
petuo, nu. 24. & 25. Quare ex his om
nibus concludendum arbitror, quod
cum sint verba præceptiua inhibiti-
ua, materia grauis: quia etiam, ut in
d. cap. monasteria, prohibitus est ac-
cessus ad monasteria monialium,
cum periculosa sit sexus cōmixtio,
vt est textus cum glossa in c. mulie-
res, de iudic. in 6. item pœnæ, quę ap
poni solent pro peccatis mortalibus,
quod transgressores quicunque sint
in dignitate constituti, ut Abbates,
14 † excipiēdo solum illos, (ut superius
diximus) quibus cura animarum in
cumbit, qui etiam abstinere debent
infra annum a frequentatione; nam
importuna frequentatio secundum
Hieronymum ad Demetriadem in
famat: unde & si nihil sit mali ope-
ris, tamen malum est frustra parere
maledictis, ut refert Anchar. & Za-
bar. in d. cap. monasteria. Item inclu
dendo et religiosos consanguineos,
omnes peccant mortaliter. Ita proba
tur in d. constit. Nulli post hac. &c.

Long

SECVNDA DIFFICVLTAS.

An transgressor has pœnas teneatur
subire antequam con-
demnetur.

SVMMARIVM.

1 *Pœna an debeatur ante sententiam.*
2 *Reuelator confessionis non est punien-*
dus iuxta iura, nisi post sententiam.
3 *Pœnitenti an credatur si dicatur confes*
sionem reuelatam.

CIRCA hāc difficultatem, An
transgressor has pœnas te-
1 neatur subire, † antequam
condemnetur. Respondeo breuiter,
quod non: hoc probatur per tex. in
l. fi. §. si uero, C. de iure delib. l. si quis
in tantā, C. vnde vi. in quibus iurib.
imponitur pœna ipso iure, & tamen
communiter Doctores asserunt illa
rum legum pœnas in foro conscien-
tiæ non deberi, nisi sit sequuta sen-
tentia declaratoria super crimine,
qua declaratione facta tenetur illas
subire, facit tex. in c. cum secundum,
de hęre. li. 6. faciunt et ea, quę nos di
ximus in nris detis. p. 1. lib. 2. c. 11 n.
23. cum seq. vbi si in religione caue-
tur, ut qui id fecerit, sit beneficio pri
uatus, expedit ut per iudicem decla
retur antequam executio fiat: sic a si
mili licet reuelator confessionis de-
beat de iure deponi, & omnibus die
2 bus vitæ suę ignominiosus fieri, † &
peregrinari, de pęnit. & remiss. c. sa-
cerdos, & secundum decretalem eo
dem tit. cap. omnis, debet deponi, &
ad agendam perpetuam pœnitentiā
in arctum monasterium detrudi, ta
men hæc pœnitentia imponenda est
in iudicio, quando quis conuincitur
de hoc, vel fatetur, iux. tex. in cap. ue
stra, & c. fi. de cohab. cler. & muli. nā
alias in foro pœnitentiæ videtur esse
pœna arbitraria pro huiusmodi fra-
ctione sigilli, sicut pro aliis peccatis,
ita

ita Archiep. Floré. in 3. par. sum. tit. 17. de celatione confess. c. 22. ibi Nota secundum Petrum de Paluda. An
3 uero credatur pœnitenti contra† cōfessarium si dicat reuelasse eius confessionē Communis est opinio Doctorum in d. cap. omnis, ut credatur ad puniendum eum pœna extraordinaria, immo Cardinalis ibi dicit posse confessarium torqueri, cum ueritas alio modo haberi nō possit, & ita fuit deuentum ad torturam contra quendam parochum in Curia Archiepiscopali inquisitum se tentasse plures fœminas ad turpia in actu cōfessionis, qui non confessus fuit ex ordine sacræ congregationis suspensus a cura per annum: Ego uero arbitrium esse crederem, An sit credendum attenta qualitate confessarij, & pœnitentis.

TERTIA DIFFICVLTAS.

An sit iniungendum in foro pœnitentiali venienti contra legem pręcipientem aliquid sub pœna, vt pœnam soluat.

SVMMARIVM.

1 *Confessor an debeat iniungere in foro animæ pœnas incursas, nu. seq.*
3 *Fraudantes gabellas peccant mortaliter; licet se subyciant periculo pœnæ.*
4 *Intellectus ad tex. in cap. 1. de adulterijs, ut non procedat in foro animæ.*
5 *Epilogus eorum, quæ dicta sunt.*

CIRCAM hanc ultimam difficultatem, an sit iniungendum in foro pœnitentiali uenienti cōtra legem præcipientem
1 aliquid sub pœna,† vt pęnam soluat. Dicendum, quod non, sed bene si lex iniungeret, quod satisfaceret læso de damno secuto propter eius delictum. ista enim lex est seruanda in foro pœnitentiali. Hinc excommunicatus per iniuriam, aut damnum illatum debet satisfacere læso, cap. cum pro causa, de sent. excom. antequam per confessarium absoluatur; ita facit tex. in cap. porro, & c. Parochianos, eo. tit. Vbi in his iuribus cōgrua satisfactio præcedit absolutionem, & sic habes limitationem ad textum in capit. fraternitatis 12. q. 2. quæ dicit, quod licet quis veniat contra legem imponentem pœnam, tamen in foro pœnitentiali non est sibi iniungendum, ut pœnam soluat,
2 † ita glossa singularis, quam ad hoc notat Geminianus in ca. commissa, §. illum, de elect. in 6. nu. 2. in fine, Quod si quis obijciat si pœna non est iniungenda a confessario pœnitenti, ut illam soluat, quomodo iniūget illi, ut læso satisfaciat? Respōdeo restitutionem damni non esse propriè pœnam, cum pœna proprie dicatur tam respectu recipientis, quā soluentis: at hæc pœna dicitur respectu soluentis, & non respectu recipientis: Accedat etiam, quod dixit Couar. in 4. lib. Decretalium par. 2. § 8. de contr. incest. nupt. num. 10. quod nulla pœna etiam ipso iure statuta in conscientiæ foro debetur, & nec exigenda est necessario ab ipso sacerdote, qui pœnitentem iudicat: facit etiam a simili, quod licet fraudantes gabellas exponendo se discrimini, & periculo pœnæ non uideantur in foro animæ peccare mortaliter, tamen nos in nostris decis. in 1. par. lib. 2. c. 125. nu. 7. contrarium af
3 firmauimus,† quamuis diximus, nu. 48. pęnam a iure impositam, vel per statuta non debere a confessarijs imponi pœnitentibus, nisi sit facta condemnatio per iudicem, sed sufficit, ut fiat restitutio gabellarum subtractarum, & hæc quidem satisfactio realiter fieri debet ante absolutionem, Quod si fieri non potest, detur cautio cum fideiussoribus, uel pignoribus, aut saltem sit cautio iuratoria,

Quod

Quod si nec sic proponat se saltem satisfacturum, vide text. cum glossa in d.c. porro, & capitu. parochianos. Facit etiam illud, quod dicitur vit ā tem virginem compellendum esse ducere in vxorem, vel dotare eam. Si pater noluerit nuptijs consentire, iuxta tex. in cap. primo, de adult.
4 † hoc enim procedit in foro exteriori: nam in iudicio interiori conscientiæ solum tenetur is damnum resarcire, & sic ipsi stupratæ dare tantū, quanto pluris eget corrupta ad inueniendum virum sibi æqualem, non autem integram dotē, hoc est enim damnum illatum resarcire. soluere autem dotem integram, & necessariam ad nubendum viro æquali, vt ex intellectu communi illius capit. primi, de adulterijs colligitur, ad pęnam criminis spectat, quæ in foro conscientiæ non debetur: ita hunc intellectum expresse notat Archiepisc. Florentinus 2. par. tit. 5. cap. 6. & §. 1. Bernar. diaz. in sua praxi crim. cap. 77. nos in 1. p. nostrarum decis. libro 2. capit. 79. numero 2. Et ita ex his concludendum videtur non teneri ad iniungendum in foro pœnitentiali, vt transgrediens legē recipientem aliquid sub pœna, soluat illam, sed solum damnum, sed modo reassumēdo breuiter dicta in præsenti consultatione diximus constitutionem prohibentem accessum ad monasteria monialium comprehendere omnes religiosos, siue in dignitate constitutos, siue non, siue consanguineos, exceptis abbatibus, qui illarum curam habent, qui nec etiam illas frequentare debent, & confessoribus deputatis ad audiendas earū confessiones, Nullus enim debet accedere absque licentia. Vt autem accessus sit licitus, requiritur causa rationabilis: item manifesta. & fiat de licentia speciali illius, ad quem pertinet: alias accessus est illicitus, si fuerit secutus, siue accesserit ad monasteria, siue ad alloquendum cum monialibus, & peccatum est mortale accedere absque licentia, licet accedens subiecerit se pœnis contentis in cōstitutione, vt pluribus medijs probauimus a num. 9. vsq; in fin. Non tamen transgressor tenetur illas pœnas subire, antequā condemnetur, vt habetur in secunda difficultate, & nec iniungendum est a confessario, vt pœnas soluat, vt latè diximus in hac tertia difficultate satis enim est in foro pœnitentiali iniungere pęnitenti, vt satisfaciat damno, si quod pœnitens dedit, vel forte in hoc casu exigere iuramentū a pœnitente, vt non amplius contra ueniat. Et hæc salua, &c.

D. Iacob. de Graffijs à Cap.

DE REGVLARIBVS, & transeunt. ad religionem.

Thema Consilij III.

Apud moniales quasdam vsu receptum est, vt ei, quæ in aliquo officio præposita, & constituta fuerit, dentur ab alijs munera valoris circiter quinque, vel decem, & vicissim hæc fiunt, rursus donaret alicui suæ consanguineæ, quando traditur nuptui de licentia suæ abbatissæ, quæritur modo, an non obstante prohibitione Clementis VIII Quæ incipit religiosæ congregationis 13. Kalend. Iulij 1504. Anno iij. Hæc licite fiant.

SVMMARIVM.

1 *Lex consuetudine non recepta si omittatur non vitiat.*

2 *Ius a principio traditum, si generaliter non recipitur, non ligat.*

3 *Leges humanæ ab intentione robur accipiunt.*

4 *Cōsuetudo præscripta quādo requiratur ad tollendā priorē legis obligationē.*

5 *Ius quando partim recipitur, & partim non, tolerantia regulariter non excusat.*
6 *Ius si a principio recipitur, & ex post facto ab omnibus tollitur Papa sciẽte, & tolerante, an tollatur per consuetudinem.*
7 *Ius vniuersaliter receptum an Papa sciente & tolerante quod fit aliquid contra illud tollatur.*
8 *Constitutionis Clementis viij. de largitione munerum summarium.*
9 *Consuetudo contra dictam constitutionem an excuset a peccato.*
10 *Papa præsumitur omnia habere iura in scrinio pectoris.*
11 *Tolerantia duplex permissiua, & approbatiua.*
12 *Munera recipientes a monialibus cõtra constitutionem præter peccatũ mortale tenentur ad restitutionem monasterio.*
13 *Satisfactum dicitur quandocunque debitor satisfaciat.*
14 *Recipiens pecuniam contra iuris prohibitionem non liberatur per gratuitam remissionem partis.*
15 *Causa pro iusta falso habita an excuset a mortali.*
16 *Epilogus eorum quæ dicta sunt.*

IRCA præsentẽ difficultatem inuocato prius Dei nomine, & Beatissimę Mariæ semper Virg. cuius hodie conceptionem celebramus, implorato suffragio, primo videbatur prima fronte, dicendum hæc munera fieri posse: quia sic se habet apud illos cõsuetudo: vnde dixit glossa notabilis in l. rem non nouam, C. de iud. quod illud, quod lege cauetur, si non est cõsuetudine receptum, si omittatur,
1 non vitiat, † vnde refert Baldus se ex dicta glossa consuluisse stante statuto, ꝙ non valeat sñia mercatorũ, nisi quatuor omnes consules intersint in diffinitiua, si consuetudo obseruat valere triũ sñiam sine quarto, ex quo consuetudine derogatum est statuto, illud non esse attendendum, per dictam glossam. sic idem Bald. in c. fin. in 7. col. de consuetud. dicit quod iura communia, quæ de consuetudine nõ seruantur, pro nullis habentur. Igitur cum talis constitutio non fuerit moribus recepta p ipsas moniales, quoad largitionem munerum in casibus prædictis, pro nulla habetur. Secundo facit tex. in c. quo circa, de consang. & aff. vbi videntur a peccato excusari, cum hoc sciat Princeps: nam tolerantia principis habet vim dispensationis. vt dixit Innoc. & Host. ibi. Tertio quia ĩ donando monasterium nõ videtur damnificari; quia si donant simplũ, postea habent duplum. Hæc & alia in suam excusationem adducere solent moniales. Attamẽ his non obstantibus respondetur aliter videri dicendum. Sed prius supponamus qualiter sit intelligendum id, quod dicitur tolerantiam principis habere vim dispensationis: vnde considerandi sunt quinq; casus, & primus, quãdo ius ab ipso principio, quo traditur, generaliter ab omnibus non
2 recipitur, † & Papa scit, & tolerat, & tunc dico, quod illud ius nõ ligat, ita text. in c. in istis temporibus, §. 1. ibi cum moribus utentium approbantur, dist. 4. ita in effectu cõcludit Do. Anto. de Butrio in c. 1. nu. 23. in fi. de treuga & pace. & ibi Cardin. Zabar. vers. Tertio oppono. Dixi Papa sciente, & tolerãte, alioquin si ipso inscio posset lex tolli per contrariam consuetudinem, vel ipso sciente, & non tolerante, vtique sequeretur quoddam absurdum, quod in subditorum esset libera potestate legem illis datam acceptare, & nõ acceptare, & ipsorum esset libera potestate se a superiorum subiectione eximere, & eisdem resistere, cum tamen dicat Apostolus ad Romanos, cap. 13. Qui potestati resistit, Dei ordina-

dinationi resistit, vt nos diximus in 1.par.nostratum, decis.lib.1.cap.14. numero 11. Ita quod ad tollendum hoc absurdum sufficit, quod lex sciéte principe, & tacente non fuerit recepta per contrariam consuetudinẽ a principio, facit ad hoc ratio: quia humanæ leges ex intentione robur
3 accipiunt,† ac proinde sicut legislator cum legem facit, animum obligandi non habet, non obligat lex: ita post legem inductam, si animum obligandi deponat, similiter nõ amplius obligabit lex: cum igitur inducta consuetudine legi contraria a principio, quo tradita est sciente legislatore, & non contradicente, nec inobedientes puniente iustè præsumatur legislatorem legis rigorem relaxare, perinde est, ac si dispensaret, & ita fit, vt per huiusmodi consuetudinem homines ab humanis legibus excusantur, ita Doctissimus Medina C.de ieiunio, quæst. 8. vers. facit denique, quod si quis obiiciat huiusmodi consuetudinem, cũ emanet sup eo, quod de se generat mortem: nam est contra votum paupertatis, quæ nõ tantum consistit in pecunia, sed etiam in muneribus, cap. cũ ad monasterium, §. prohibemus, de statu monach. fit, quod nusquam lex consuetudine tollatur, etiam si a principio non recipiatur, argumen. tex. in cap. final. extra de consue. ubi oportet consuetudinem debere esse rationabilem, & præscriptam; Respondeo, & præsuppono talem donationem fieri de expressa, vel tacita licentia Abbatissæ, ipsa vtiq; sciẽte, & non contradicente, & cum posset, non puniente, item aliis circumstantijs per nos appositis, eodem tit. cons. primo, nu. 20. & ita cum huiusmodi circumstantiis non generare mortem, & nec opus est huiusmodi consuetudo, vt priorem legis obligationem tollat. Quod si rationabilis, & præscripta iuxta textum in d. capitu. final. quia aliud est ius tolli, & tunc requiritur consuetudo præscripta,
4 † & aliud ab initio non esse receptum, & tunc sufficit, quod sciente principe ab initio non fuerit receptum, & nulla alia requiritur præscriptio, ita Do. Anton. in d. capit. 1. numero 23. Vnde quod iura dicunt, quod consuetudo nisi rationabilis, & præscripta sit per lapsum saltem decennij legem vincere non possit, & nec statutis Pontificum præiudicare, procedit de consuetudine inducta, & seruata nesciente superiore, cuius est legem facere, & reuocare. Nam eo id nesciente necessarium est consuetudinem contrariam iustam esse, & rationabilem, & per maius tempus præscriptam, vt legem vincat, secus de consuetudine maioribus scientibus introducta, & obseruata.

Secundus casus est, quãdo ius re-
5 cipitur † partim sic, & partim non, & tunc dico, quod tolerantia hæc generaliter non excusat, & hic est casus in capit. cum iam dudum, extra de præben. vbi ex simplici tolerantia Papa non videtur contra ius dispensare, vel velle ius tollere, sed solum videtur esse patiẽtia superioris in non puniendo, hoc tamen forte limita, nisi maior pars esset illa, quæ legem non reciperet, argumen. tex. in l. quod omnes, ff. ad munic. Nam quod maior pars facit, omnes fecisse videntur, vt ibi not. Hæc limitatio colligitur ex nostris distinctionibus in d. cap. 14. num. 11. vers. secundo, quam postea inueni apud Imolam in d. c. Cum iam dudum. nu. 13.

Tertius casus est, quando ius ab
6 initio recipitur, & ex post facto † vniuersaliter ab omnibus nõ seruatur, & Papa scit, & tolerat, & tũc credit Do. Antonius in cap. quia circa, numero 7 de cons. & affi. quod hoc ius tollatur per dissuetudinẽ: quasi Papa videatur velle quod vult vniuersalis

salis collectio fidelium, ex quo non contradicit, dist. 4. capit. in istis. §. leges, & ff. de legibus, l. de quib. Quartus, & vltimus casus est, quando ius recipitur vniuersaliter ab omnibus, sed Papa sciente fit aliquid contra
7 illud, & tunc † si Papa expresse, & specificè cum causa scripsit de tolerantia dicti casus, & tunc hoc subrogatur loco dispensationis, casus est in d. cap. quia circa, vbi ius, quo prohibetur matrimonium contrahi inter consanguineos, & affines vsque ad quartum gradum, iuxta tex. in capit. non debet, de consangu & affin. fuit ab omnibus receptum, si tamen obtinetur dispensatio a Papa super matrimonio inter consanguineos contracto falsa causa expressa, talis dispensatio non valet, nisi eam solus Papa specificè confirmet: At si nihil Papa specificè disponit, sed tacite, scilicet quia tacet, & tunc talis tolerantia, & taciturnitas non habet vim dispensationis, & quod diximus in Papa, idem etiam extende circa tolerantiam aliorum inferiorum contra sua statuta, Dom. Anto. in d. cap. quia circa in fine. Quo præmisso contrarium nobis videtur asserendum non posse moniales huiusmodi munera facere, etiam stante consuetudine, & de licentia tacita abbatissæ, vt diximus eo. tit. consi. primo, nu. 20. obstante constitutione eiusdem Pontificis, quæ sic se habet in summa: interdicuntur enim
8 omnes, † & quæcunque largitiones, & missiones munerũ factæ quibuscuncunque officialibus, & singulis personis, & superioribus quibuscunque; Ita vt nemo directe, vel indirecte, palam, vel occultè, tam in communi, quã in particulari, & proprio nomine quocunq; prætextu, seu causa quicquam tale attentare valeat, contrafacientibus apponendo graues pœnas priuationis dignitatum, & graduum, & inhabilitatis in perpetuum, & similia: Item infamiæ vocis actiuæ, & passiuæ absq; vllo superioris decreto, & aliarũ, nisi quando causa sit in generali capitulo discussa, & ita superiori videbitur de vnanimi consensu cõuentus, & sint munuscula, quæ debent dari communi, & non particulari nomine. Quæ quidem cõstitutio cum a principio communiter fuerit per oẽs, immo etiam si per maiorem partẽ recepta, fit, ꝙ si ex postfacto transgrediatur, non excuset a peccato, vt nos supra diximus, nu. 4. & in 1. parte nostrarum dec. cap. 14. num. 11. versi.
9 Tertius, nisi Papa † specificè scriberet velle certum actum tolerare, q̃d non est in casu nostro: quia tunc talis tolerantia haberet vim dispensationis, casus est in c. quia circa: quare non obstãt contraria, & primo quia sic se habet consuetudo, quæ sæpissimè legem inualidat, seu homines ab obseruantia legis excusat, vt multis medijs probat Doctissimus Medina; C. de ieiunio q. 8. ver. His non obstantib. nam respondeo huiusmodi consuetudinẽ non excusare. Tũ, quia vr̃ esse contra essentiale regulę, hoc est contra paupertatem: quia facit, vt monialis, quæ dat munera, & recipiens sint proprietariæ, d. c. cum ad monasteriũ, §. prohibemus, & dato, ꝙ præteritis tp̃ib. ante prædictã constitutionẽ esset talis cõsuetudo, vt poterat monachus, vel monialis aliquid donare, q̃d esset in rẽ, & vtilitatẽ monasterij, vel ad afficiendos munusculis aliquos ex his, qui de cœnobio, vel de religione erant benemeriti, vt dixit summa Azoria, lib. 12. c. 9. vers. quinto, modo esset vestita quibusdam circumstantijs, de quibus per nos eod. titu. consi. 1. numero 20. tamen hodie per huiusce modi constitutionem prorsus sublata est, cum potius dicatur corruptela, quamuis munuscula fiant ad beneficiorum acceptorum memoriam,

gra-

gratique animi testificationem, vt dixit prædicta cõstitutio, & nec obstat si post cõstitutionem fuerit subsecuta cõsuetudo: nam vt diiximus supra illa non violat legem, cum lex ab initio fuerit recepta. Tum etiam, quia talis consuetudo non est generalis, sed forte aliquarum non timentium Deum, vel credẽtium sibi hoc licere: tum etiam, quia in dubio nõ præsumitur Papa hoc scire: quia licet Papa præsumatur habere omnia
10 iura in scrinio † pectoris, capitu. primo, de constitut. in 6. & ibi glossa in verbo habere in fine, quod qualiter intelligatur, vide ibi Francum, numero 7. Tamen secus est de consuetudinibus locorum: nam qui nõ est de loco, præsumitur ignorare; ita Francus, ibi. num. 4. & quamuis Papa sciat talem constitutionem non obseruari, tamen huiusmodi tolerãtia est permissiua, sed non approba-
11 tiua, † iuxta glossam singularem in cap. denique, dist. 4. Etenim tolerat multa summus Põtifex, eo, quia nõ deducuntur in iudicium, vel nõ probantur, iux. tex. in cap. cum iam dudum, extra de præb. Quare concludendo sic nobis videtur saluo semper meliori iudicio, quod nisi absit aliqua specialis declaratio summi Pontificis, qua velit aliquod cænobium, vel congregationem eximere a tali constitutione in totum, aut in partem: vt quia permitteret donare vsque ad talem quantitatem, non possint moniales munera facere, etiam ad beneficiorum acceptorum memoriam, gratique animi testificationem, & transgressores affici pœnis in constitutione contentis, præter peccatum mortale, & recipien-
12 tes teneri † ad restitutionem in vtroque foro, non personæ singulari, sed monasterio, de cuius bonis facta est largito, cum quicquam acquirat monachus, acquirat monasterio, adeo vt restitutione ipsa realiter nõ facta nec etiam in foro conscientiæ absolui possint: Ita vt nec qui donauit, nec monasterium, cui facienda est restitutio, illam remittere, & iterum condonare, aut recipientem ab obligatione huiusmodi restituendi eximere, vel vt in pauperes eroget, cõcedere quoquo modo possit: ita habetur in prædicta constitutione, & sic fallit in casu huius constitutionis regula, quod satisfactum
13 dicitur, † qualitercunque debitor satisfaciat. glossa in regula peccatũ, verbo restituitur, li. 6. Vnde vt creditor debitori debitum sponte prorogare potest, quo ad tempus, ita in perpetuum illud remittere potest: quia satisfactum dicitur, &c. Et ratio est in casu nostro: nam quando aliquis recipit aliquid contra iuris prohibitionem, tunc non liberatur
14 per gratuitam remissionem, † Francus in capitulo statutum, § insuper, de rescript. in sexto. Turrecrem. in capitu. si res, 14. quæstio. 6. versic. secundo. Quare hac ratione infertur, quod si iudex ecclesiasticus delegatus aliquid acciperet, vt expediret causam, talis non liberatur facta remissione a dante, cum iudicium debeat expediri gratis, & non per pecuniam, d. §. insuper. Excusarem tamen per verbum illud appositum in constitutione, vt habetur per Iacobum Castellanum in compendio cõstit. summorum Pontificum Clementis VIII. 35. moniales a peccato, quæ quadam simplicitate ductæ non aduertentes ad constitutionem donarent: nam istæ non dicuntur attentasse, & non dicuntur venire contra, & ideo non peccauerũt mortaliter, modò donatio iuridicè fiat, vt supra diximus, vel si transgrediũtur constitutionem, credentes se habere rationabilem causam donãdi, quamuis re vera non esset, etsi iudicarent non esse iustam, non transgrederentur: nam tales transgressores

15 excusantur a mortali, † quamuis non a veniali, Caietanus 2.2. q.147. art.3.(verbi gratia) si crederent posse donare suis consanguineis pauperibus, vel redonare donanti iuxta legem naturalem, vt benefacienti benefaciamus. Etenim licet tales causæ excludantur per cōstitutionem, si tamen probabiliter crederent posse hoc facere, vtiq; excusarentur in foro conscientiæ, quousq; non fuisset publicata eorum ignorantia; quia tunc non viderentur facere dolose, & ita ignoranter. Sed modo breuiter perstringendo quæ a nobis fuerunt dicta, explicauimus quatuor casus circa tolerantiam princi-
16 pis, †& primus, ius a principio traditum si generaliter ab omnibus non recipitur non ligat, vt numero 2. & ponitur ratio, numero 3. Secundus, quando ius partim recipitur, & partim non: quia tolerantia generaliter non excusat, vt nu.5. Tertius, si ius ab initio recipitur, & ex post facto ab omnibus tollitur Papa sciente, & tolerante: quia tunc tollitur per desuetudinem. Quartus, si ius vniuersaliter ab omnibus recipitur, sed Papa sciente fit aliquid cōtra illud, & tunc si Papa expresse, & specificè scripsit de tolerantia dicti casus, tunc hoc subrogatur loco dispensationis: at si nihil specificè disponit, secus esset. Quo præmisso ad casum nostrum diximus Moniales nō posse munera dare ēt stante consuetudine contra constitutionem Clementis VIII. de largitione munerum absque peccato mortali, & pœnis sibi impositis: Quare recipientes munera tenentur ad restituendum monasterio, necessaria, & reali, & vera restitutione. Excusarē tñ moniales, vel qñ ex ignorantia non aduertentes ad cōstitutionē donarent, credentes se licitè facere posse, vel crederent absq; peccato mortali posse donare ex causa rationabili: quia donāt suis consanguineis pauperibus, vel benefactorib. Et hæc salua, &c.

D. Iacobus de Grassijs a Cap.

DE REGVLARIBVS, & transf. ad Religionem.

Thema. Consil. IIII.

CVIVSDAM cœnobij prælatus persuasum sibi habuerat plurimos laicos ad conuersionem admittere sub titulo, & ordine oblatorū, quos illinc ab vno mense, & eo minus in suo seculari habitu cōmoratos in præsentia monasterij seniorū ad hunc videlicet finem assentienti professioni per eos faciendæ conuocatorum agebat ille met mediantib. Notarij tabulis se, suaque monasterio offerre, vt moris est, triaque vota emittere, sicque nomine nouo, nouoq; religionis habitu reddere insignitos, quod factum cum a nonnullis ex senioribus illis, qui vocantur superiores improbaretur: quia expectandum magis assererent in eis probationis annum, vt in monachis, & conuersis cautū est iure; tamen conniuere tandem, vt prælato deferrēt. Cuius in huiusmodi peritia multa, & cognita credita est: e vicino vero ortæ sunt q̄stiones & iuris, & facti. Quidā.n. ex illis prædicto modo admissi licētiā exposcebant ad seculū redeundi, deceptos se obtēdentes viribus suis; & ipe debito experiendi monasteriū, & hinc obligationē inualidam, cum probationis annū nō habuerint, qui concedi solet monasterium ingredientib. ad finem profitendi. Sed ex aduerso monasteriū necessariā in eis asseuerabat, & validam professionem per vota iurata: nam ab initio fuit voluntarium, effectum fuit postea necessarium. Quæritur proinde de multis. Vnde

SEPTEM DIFFICVLTATIB. hoc Consilium absoluetur.

I. Vtrum posſit prælatus abſq; deliberata requiſitione aliquos recipere in oblatos monaſterii.
II. An oblati ante emiſſam profeſsionem ſint probandi in habitibus laicalibus.
III. An poſsint legitimè in oblatos recipi, nondum probationis anno completo.
IV. Quid ſi nondum elapſo anni curriculo fuerint effecti oblati, an poſsint libere redire ad ſeculum.
V. Poſito, quod ſic, an detur ei facultas ſemper egredi de monaſterio, & ad vitam laicalem reuerti.
VI. An ſuperiores non ſponte conſentientes, ſed ne contriſtaretur prælatus, poſsint venire contra factũ ſuum, aſſentiendo voluntati huiuſmodi prelatorum.
VII. Oblatione rite facta, an conſentiẽtibus ambabus partibus oblatis, & monaſterio, poſsit oblatio diſſolui.

PRIMAE DIFFICVLTATIS

SVMMARIVM.

1 *Monachi, religioſi, oblati, & conuerſi qui dicantur.*
2 *Monachorum religio vocatur ager dominicus.*
3 *Monachorum appellatione in materia odioſa non veniunt fratres.*
4 *Oblatorũ duæ ſunt ſpecies: nam alij dicuntur plenè oblati & alij non. Et an iſti gaudeant priuilegijs eccleſiaſticis. nu. ſeq.*
6 *Perſonæ eccleſiaſticæ ſunt hi, qui ſunt plenè oblati largo modo.*
7 *Ordines plures ſunt S. Franciſci.*
8 *Oblati an noua inſtrumenta conficere poſſint.*
9 *Conuerſi differunt ab oblatis, & monachis multipliciter.*
10 *Conuerſis quare tondentur capilli in capite ex parte inferiori, & non ſuperiori.*
11 *Conuerſi in quibus cum vere oblatis conueniant, & aſſimilentur.*
12 *Prælatus an peccet abſque deliberata requiſitione aliquem recipere in oblatum.*
13 *Virginum Deo dicandarum voluntatem quis explorare debeat.*
14 *Recipere ad Dei ſeruitium homines non probatos graue eſt peccatum. & nu. 16.*
15 *Adultus antequam baptizetur, debet cathechizari per viginti dies.*

IRCA primam difficultatem illud in medium adducto, quod glorioſo Paulo Apoſtolo diuinitus inſpiratum fuit 1. Corinth. omnis ſapientia nobis a Deo, iuſtitia, ſanctificatio, & redemptio. Ideo illuminatricem meam Mariã inuoco, ut Chriſtum Ieſum rogare dignetur, vt ſua ſolita liberalitate labia mea aperiat ad huius conſultationis veritatem explicandam, & declarandã. Amen. Quare pro explicatione terminorũ duo tantum ſunt præmittenda, & primum, quod habemus in iure mo-
1 nachos, † de quibus habetur toto tit. de ſtat. monach. Item religioſos, capitu. nimis, 1. & 2. extra de exceſs. prælat. conuerſos, cap. vt lex. 27. q. 1. cap. non dubium, de ſenten. excom. & oblatos, gloſſa in d. cap. ut lex, monachus proprie dicit a Monos Græcè, qd latinè dicitur ſolus, & Achos, quod Latinę dicitur triſtis, quaſi ſolitarius, & triſtis, 16. q. 1. cap. placuit, gloſſa in l. decernimus, C. de ſac. ſan. eccl. vnde ideo ſolitarius, & ſingularis dicitur: quia debet uitare hominum multitudinem, 17. q. 1. capit. ſi cupis, & tex. in d. c. placuit in cõmuni, 16. q. 1. dicit, quod ſicut piſcis ſine aqua, ſic monachus ſine monaſte-

rio, vel cella caret vita: monachi igitur propriè dicuntur, qui sunt de regula Sanctissimi Patris nostri Benedicti, decima octaua quæstio. prima, capitu. pernitiosam. Horum autem varia sunt genera: nam quidam nigri, alij albi, & multi alij sunt diuersorum colorum: qui tamen omnes sub regula Sanctissimi Patris nostri Benedicti concluduntur, & monachorum religio secundum Zenzel. quem refert Petrus, de Ancharan. in clemen. ne in agro, de statu monach. ager dominicus † appellatur: quia in ea vita contemplatiua ducitur, in qua spiritualia seminantur, vt fructum reddant centuplum, extra de renunt. cap. nisi cum pridem. versiculo, Nec putet. clement. exiui, extra de verborum signifi. distinct. 50. cap. & purgabit. Mortuus enim monachus mundo sicut semen multiplicatum in agro plurimum fructum affert, argumen. extra de elec. cap. cum non sit. Religiosi autem dicuntur fratres mendicantes, dicto capitu. nimis secundo, Decius in capitu. causam, numero 6. & 7. extra de iudic. Hinc infertur, quod in materia odiosa appellatione monachorum † non veniunt fratres, nec contra, cum attẽdatur communis vsus, vt notatur in cap. ex literis, capit. extra de sponsal. facit tex. in cap. quam 2. quæst. 7. Abbas in cap. sanè, in fine extra de foro compet. Decius in dicto cap. causam. At oblati licet repetiantur in multiplici differentia, vt habetur per Ioan. Calder. extr. de regularib. cap. vlt. tamen ad præsens, Alij sunt perpetuo, & plenè oblati, † de quibus habetur in cap. per exẽptionem, de priuil. in 6. & sunt qui se, & sua perpetuò ecclesiæ tradiderũt cum effectu, hoc est irreuocabiliter per emissionem professionis. Geminianus in dicto capit. per exemptionem, & hi gaudent tum priuilegijs exemptionis ecclesiæ concessis,

2

3

4

dicto capitu. per exemptionem, tum priuilegio canonis, 17. q. 4. ca. si quis suadente, & cap. non dubium, extra de sent. excom. quam fori, c. 2. extra de foro compet. & ibi per Doctores, & isti aliquando vocantur deuoti, clemen. 1. extra de elect. Quandoq; conuersi professi, cap. vt lex continẽtiæ, 27. quęst. 1. sunt & alij non plenè oblati, qui se, & sua non plenè dedicauerunt monasterio de præsenti, sed manent in seculo, vel retinent vsumfructum, aut partem suorum bonorum, & isti huiusmodi priuilegijs non fruuntur, de quibus supra. Immo matrimonium per eos contractum tenet de facto: quia nullũ
5 votum † dirimit contractum, nisi sit solennizatum per professionem factam alicui de religionibus approbatis per sedem Apostolicam, vel per receptionem sacrorum ordinũ, capit. vnico, de voto in 6. facit glossa in capitu. vt priuilegia, de priuileg. Quæ vocat largo modo has perso-
6 nas ecclesiasticas, † Huc spectant hi, qui suam personam afferunt, & non bona alicui ecclesiæ, seu loco pio, nõ vt profiteãtur tria uota substantialia regulæ, sed vt assumant quendam specialem modum viuendi, vt dixit glossa singularis in clemen. prima, de relig. domi. text. est singul. in clemen. cum ex eo. verbo, Tertio, de senten. excommunic. quę ponit plures ordines Sancti Francisci: nam primus fuit fratrum mi-
7 norum, † qui est arctissimus, & caret proprio etiam in communi, de hoc satis de verborum signific. clemen. 1. Secũdus fuit Sanctæ Claręqui differt a primo: quia ordo ille etiam fœminis arctissimus est: habet tamen proprium in communi. Est tertius pro viuentibus in coniugio tam maribus, quam fœminis, & habent professi proprium in singulari, & est potius modus viuendi, est tamen approbatus per Nicolaum 3.

Et

Et hi tales sic se offerentes si notarij sunt, non solum instrumenta antiqua, de quibus sunt rogati, possunt conficere, cum talia etiam notarius factus monachus possit complere, Ioann. Andreas in cap. vt officium, de hæret. in 6. Doct. in cap. sicut extra ne cler. vel mon. modo adsit licētia sui prælati, cum per professionē amiserit velle, & nolle, capit. si religiosus, de elect. in 6. sed etiam noua
8 instrumenta † conficere, per ea, quæ notantur in d. cap. ut lex continentiæ, ita Marianus Socin. in tract. de oblat. libello octauo, q. 22. Et notandum, quod isti fratres tertij ordinis alias uocantur continentes, ex eo dicti, quod certis diebus abstinent a thoro, de quibus in c. cum ex eo, de elect. in 6. Huc etiam spectant Deo deuoti, cap. Duo sunt 12. q. 1. promittentes certum quid ecclesiæ, item fratres Sanctæ Mariæ della schala de Senis, promittentes paupertatem, & obedientiam non tamen castitatem, de quibus per Ioan. Calder. tit. nostro in cons. vlt. & pen. Secundo notandum est quod differunt cōuersi ab oblatis, & monachis multi-
9 pliciter, † & primò: quia appellantur conuersi ad differentiam fratrum, vel monachorum, qui sunt clerici, hoc est admittuntur ad chorum, uel qui ad ordines promouentur. Nam conuersi sunt, uel quia de facto non ordinantur, uel ordinari nō possunt, vt sunt bigami, aut alias irregulares, uel alias ab ordinum susceptione remoti. Secundo, quia conuersi non tenentur ad recitandum officium, sed ad tot pater noster, & Aue Ma-
10 ria, † Hinc non tondentur capilli ex parte superiori capitis, quia summitas capitis est eminentia mentis, facit extra de sacra vnct. cap. vnico, versic. in uertice: per ipsius ergo denudationem mētis eleuatio designatur, & quia conuersi ministerijs diuinis non occupantur, ideo superius non raduntur, cum solum occupentur in laboribus manuum. Raduntur autem ex parte inferioris capitis, quia deponere debent temporalia, ita glossa singul. in clem. 2. in uerbo tonsuram, de uita, & honest. cleric. Doctores in cap. duo sunt, 12. q. 1. & in cap. prohibete, distin. 23. Tertio: quia conuersi non possunt consequi prælaturas, ut monachi, & nec admittuntur ad electionem, vt monachi professi, d. cap. cum ex eo. Quarto differunt in habitu: quia conuersi debent habere habitum disparem ab alijs professis, Imola in clem. 1. de priuileg. nume. 21. Quinto circa transitum ad arctiorem religionem: nam monachi possunt de iure cum licentia transire ad arctiorem religionē, cap. licet extra, de regul. sed conuersi, & oblati astringuntur monasterio magis, quam monachi. unde etiam causa arctioris uitæ nō possunt transire ad alia monasteria, quamq̃ petant licentiam a superiori: quia effecti sunt quasi serui monasterij, uide glossam singularem 27. q. 1. c. ut lex continentiæ, in verbo professi in fine. Comparantur autem conuersi cum oblatis perpetuo, & irreuocabiliter, primo: quia ut monachi, ita
11 & hi tales non possunt recedere, † & obligantur religioni, Zabar. in clemen. 1. nume. 30. de decim. Gem. in d. cap. per exemptionem, & vt conuersi sunt deputati seruitijs monachorum, ita & oblati, cum dicantur serui: solent tamen differre oblati a cōuersis, in tribus, primo in habitu: quia deferunt habitum breuiorē, q̃ conuersi. Secundo quia non mutantur de monasterio in monasterium, vt conuersi. Tertio, quia cōuersi præcedunt oblatos in ordine sedendi, & in alijs, ex quibus omnibus colligitur oblatos plene, & irreuocabiliter quo ad incorporationem, & priuilegia non differre a conuersis. & professis, qui obligantur ad religionem,

sicut

sicut & monachi, ut per Zabar. in d. clem. 1. num. 30. Tertio id est adnotandum me loqui de oblatis perpetuo, qui se offerendo expresse emittunt professionem, vt dicebat Matt. sicut refert Zabar. in Clem. 1. nume. 30. de decim. vel de his, qui promittunt obedientiam monachalem, puta, quia omni suæ voluntati renunciant, & omnia committunt voluntati abbatis: nam tunc talis obedientia pro professione sufficeret, 12. q. 1. c. nolo, & c. non dicatis. non autem de oblatis perpetuo, qui se, & sua offerrent assumpto aliquo habitu professionis: nam licet isti sint personæ ecclesiasticę, & gaudeant priuilegijs monachorum. Zabar. qui supra, Gemin. in c. per exemptionem, nume. 11. de priuil. in 6. non tamen ex hoc obligantur religioni, sicut monachi: vnde possent matrimonium contrahere. Zabar. & Gemi. qui supra. Calder. consi. fin. de regular. lib. 3. Quibus sic præmissis deuenio ad primã difficultatem. An peccet prælatus absque deliberata requisitione reci-
12 piendo aliquem in oblatum? † Respondeo saluo semper iudicio, & c. quod sic: tum quia sumus in arduis, vnde semper pręcedere debet diligens & subtilis inquisitio, facit tex. in cap. illud 20. q. 1. ubi impuberes sponte a parentibus oblati monasterio in anno 15. a prælatis moniti debent inquiri, an in habitu monachali permanere cupiant, an non, idem habetur per Lanzell. in §. Monachi, de regul. & mona. facit a simili tex. in cap. cum locum, extra de sponsal. ubi si timetur inferri uiolentia puellæ, de cuius matrimonio agitur, debet iudex ei prouidere locum tutum & honestum, iuxta glossam in c. de benedicto 32. quæst. 1. ut ibi libere ualeat consensum proprium exprimere, facit etiam c. quoniam, dis. 24. vbi ordinandus est examinandus de multis, de uita, genere, patria, ætate, & loco, ubi conuersatus sit, & huiusmodi, sic tex. in cap. cum in cunctis, extra de elect. dicit, quod in cunctis sacris ordinibus est facienda inquisitio de ætate, grauitate morum, & literarum scientia, sic in Concil. Trid. sess. 25. de reformat. c. libertati, prospiciens concilium libertati uirginũ Deo dicandarum statuit atq; decer-
13 nit ut non antea puella † professionẽ emittat, quam explorauerit episcopus uel eo absente, uel eo impedito vicarius uirginis uoluntatem diligẽter, an coacta, an seducta sit, An sciat quid agat, & si uoluntas eius libera cognita fuerit, habueritque conditiones requisitas iuxta monasterij illius, & ordinis regulã, ei libere profiteri liceat, & hoc ideo, quia agitur de status laicalis mutatione ad regularẽ: quę profecto ratio cum militet in casu nr̃o idẽ ius erit statuẽdũ, l. illud, ff. ad l. aquil. ita ut peccet prælatus non adhibendo subtilem diligentiã, quia turpius eijcitur & cũ dedecore suæ famę, quam non admittitur hospes. extra de iureiur. c. quemadmodum, § 1. uers. quia turpius: Tũ etiam facit tex. in c. monasterijs. 19. q. 3. ubi habetur in tex. quod si graue est inexper-
14 tos hominum obsequijs applicare, † grauius erit ad Dei seruitium improbatos applicari? ut qui heri fuit nudus laicus, hodie absque probatione sit religiosus, facit tex. dist. 18. in summa. ordinate ergo procedendum est. cap. fin. ead. dist. vt nouiter uenienti non statim tribuatur ingressus, sed probetur, An spiritus ex Deo sit, si pseuerauerit, si illatas iniurias, si difficultates uisus fuerit patienter ferre, si persistat in petitione sua: ita sanctissimus pater noster Benedictus in regula c. 58. ubi declaratorium in uerbo post quatuor, nu. 4. vult, quod nouitius stet antequam ei detur annus nouitialis per quindecim dies cum suis uestibus secularib. ut interim possint eius mores ab omnibus

cou

considerari: sic etiam adultus antequam baptizetur debet Cathechiza
15 ri per xx. dies, † hoc est diligenter instrui, capitulo ante baptismum, cap. ante xx. de consecr. distinct. 4. sic etiam dixit Sotus in 4. sentent. dist. 15. q. uni. art. 3. uersic. secunda cõclusio, quod ideo adultus differtur baptizari, ad ecclesię cautelam: nam ut Ioannis ca. 14. legitur, non est omni spiritui credẽdum: sic in casu nr̃o differendus ingressus ad religionis, & monasterij cautelã est, ne una ouis morbida sanas inficiat oues, extra de stat. monach. cap. ea, quæ, §. 1. plerumque enim monasterium, quod semper tranquillum fuerat, litigioso recepto aliquo & seminante discordias non quiescit: Tum ẽt, quia sumus in incognitis; & ideo diliẽgs facienda est inquisitio, argum. tex. in c. 1. de cler. pereg. Accedat etiam tex. qui hoc manifestissimè dicit, in cap. legem dist. 53. Cuius verba hęc sunt. Si qui vero ex militaribus uiris in monasterijs conuerti desiderant, seu festinant, non sunt temere suscipien
16 di, † nisi eorum uita fuerit subtiliter inquisita, & quamuis hodie sufficere uideatur fides, quæ defertur a nouiter ingredientibus, quod sunt ex legitimo matrimonio procreati, non ære alieno supra vires facultatum suarum grauati, & nec criminosi, iuxta constitutionem Sixti V. quæ incipit, cum in omnibus. Tamen illa non potest prodesse ad hoc vt cognoscatur an possit ferre austeritates, & mores aliorum supportare, & an mores illius ab alijs religiosis cõprobentur iux. tex. in c. monasterijs, Quare ex his omnibus concludendum uidetur in culpa esse pręlatum, eo ipso, quod ignotum, & non probatum admittit, argu. tex. in l. unic. C. de illyricianis, li. xi. & teneri de mala electione, argu. dist. 23. c. tales, ff. nautæ caup. stabul. l. fi. §. 2. de offic. Archid. cap. ea quæ, glossa in cap. ad apostolicam, verbo prohibendum, de regul. & debet puniri arbitrio iudicis, ex quo non apponitur certa pœna, ff. de iur. delib. l. 1. in fine, legitur, & notatur in c. de causis, de offic. deleg.

Secunda Difficultas.

An oblati ante emissam professionem sint probandi in habitu laicali.

Summarium.

1 *Oblati an sint probandi in habitu laicali.*

2 *Austeritas monachalis male probatur in habitu seculari.*

3 *Nouicius quare sit nouo habitu induendus.*

4 *Monachi in quibus casibus secundum regulam Sancti Benedicti possint expelli.*

5 *Disciplina monastica in quibus gradibus consistat.*

6 *Carceris inclusio successit loco eiectionis a monasterio.*

Circa hãc secundam difficultatem, An oblati sint pro-
1 bandi in habitũ laicali, † & quod sic, faciunt multa iura, & primo tex. in cap. legem, dist. 53. ibi debent in suo habitu prolatis suscipiẽdi. Ad idem tex. est, & manifestius, dist. 54. c. multos, ibi probetur prius in laicali habitu constitutus. Ad idẽ tex. in cap. super eo, de regulari. ibi si ad priorem statum redire uoluerint, in eadem veste, qua ueniunt, reuertantur ad idem. tex. 17. quæst. 2. cap. si quis incognitus. Tandem hoc uidetur innuere regula sanctissimi patris nostri Benedicti ca. 58. ubi dicit, quod cum sępius examinatus fuerit, & tandem professionem fecerit, tũc demum mutet habitum. Vbi ad finem capituli hæc sunt verba. Mox ergo

ergo scilicet post professionem exuatur rebus proprijs, quibus uestitus est, & induatur rebus monasterij: at pro contraria parte, quod qui est in probatione sit probandus, non in habitu suo, sed nouitiali, primo hoc probatur iure, secundo consuetudine. De iure inquam, quia ideo nouiter ingressus debet probare, ut possit austeritates religionis experiri, capit. ad Apostolicam, de regular. quas si sufferre non potest, libere, & absq; peccato nullo irrequisito poterit ad priorem statum laicalem reuerti, c. statuimus, eo. ti. sed qualiter quæso poterit nouus ingrediens plene deliberare an regulę ualeat austeritates ferre, si cilicium iuxta carné non ferat, aut non portet laneam camisiam, quam ferunt monachi in monasterio: igitur si in ueste seculari esset probãdus, malè probaret, & nõ probaretur in austeritatibus religio
2 nis † quæ ex parte in habitu consistũt, 19. q. 3. c. monasterijs, ita Gem. in d. cap. legem, Hostien. in d. c. super eo. Quare concludendum est habitum religionis ad probationem omnino necessarium esse, cum in uestitu religionis deferendo sit quædã uitæ austeritas, difficultas, ac labor, qui inter probationis experimenta numeratur. Vnde ad capitula, quę uidentur contraria, sic respondetur, & primo ad textũ in d. c. legẽ: nam dũ dicit in habitu, suo intelligitur in deputato sibi ad probationem, & postea sibi datur habitus monasticus, qui est professorum. sic etiam non obstat tex. in cap. multos; quia dum dicit in habitu laicali, exponit glossa in d. capitu. super eo, & cap. si quis incognitus, de habitu nouiciali, qui dicitur suus, idest sibi deputatus, sic pariter non obstat dictum regulæ 58. nam dum dicit, Exuatur rebus proprijs, intelligitur de eo, qui vesté antea mutauerat. Est ergo intelligẽda regula, quod in introitu mutet habitum. quia sicut induit nouum
3 hominem, † sic nouum quoque habitũ debet assumere, arg. tex. in his, quæ notantur in cap. ex parte, §. fin. extra de regular. uel loquitur regula secundum tempus antiquum, quando mox post aliquam examinationé poterat ingressus profiteri, unde ibi loquitur de professo. At hodie non potest nouicius per professionem alicui religioni se astringere infra annum, eod. ti. in 6. c. non solum, & habetur in Concil. Trident. sess. 25. cap. 15. Sed dices, si professus erat, & tenebat professio, atque exire nõ poterat: quare ergo seruabantur ue
4 stes. † Respondeo, quia secundum eandem regulam ex certis casibus poterat de monasterio expelli, ut patet in eo, quod notatur infra eod. ca. fin. (v. g.) Habetur enim in regula nostra 49. capitulo, quod qui ter exiuit, amplius non admittatur, uel iuxta eandem regulam. Qui non corrigitur iuxta disciplinam: nam secundum regulam sanctissimi nostri legislatoris disciplina monachi delinquentis consistit in sex gradibus
5 † Primus est secreta monitio, Secundus priuata correctio, Tertius simplex, uel minor excommunicatio, Quartus ieiunij afflictio, Quintus flagellorum vapulatio, Sextus ad Deum oratio, Septimus de monasterio expulsio, quod colligitur ex capitulo regulę 23. de excom. culp. & 28. de his, qui sæpius correpti emendari noluerint, & si sic expulsus pœnitẽs redire uoluerit, recipitur usque ad tertiam uicem, & non ultra. Quamuis hodie eiectio ex cœnobio cum iure caueatur ne fiat, tex. & glossa in c. fin. vbi Panor. de reg. in usum uendicãda non est sed eius loco carceris in
6 clusio † succedit, ita Victorinus Mãsus olim Abbas S. Seuerini Neapolis congregationis Cassinensis, sed hodie præsul dignissimus Artiani, qui una cum Bernardo Diax triremium

mium pœnam, quę in facinorosos uidetur locum obtinuisse, nisi grauissimum, maximique offendiculi scelus esset, aduersus monachos detestatur, quibus maior dignitas est collata, quam Angelis: unde dicit non esse huic infami punitionis genere tradendos, ubi tanta est sceleratorum copia hominum, tãtus squalor, tantus denique omnium ęrumnatum, ac immunditiarum aceruus est. Quapropter de præteritis difficulter sperandus est dolor, sed bene timendum ibi deteriores mores acquisituros, præterquam, quod Christianis offendiculum præbetur. Quapropter in ea ego semper essem sententia, ut tales facinorosi carceri manciparentur ad tempus, vel in perpetuum, non quidem, ut communem vitã agerent cũ monachis circa victum & habitum, sed ut inedia afficerentur, & vitam sibi pœnam æstimarent. ut dicit glossa singul. a simili vna cum tex. in cap. a nobis, de simon. Hodie vero (vt ad rem nostram redeamus) sunt nouitijs reseruandæ vestes vsq. ad annũ professionis, & si tunc exire modis omnibus uoluerint, deposito habitu nouitiali, quem assumpserant, reddẽdæ eis sunt uestes ueteres reseruatæ, & ipsi debent relinquere uestem nouitialem, ita tenet glossa in d. c. super eo, ubi Innoc. & Host. Aegidius Bellam. in d. cap. legem in fine. Vnde dicit ibi Turrecrem. quod si consuetudo, uel regula disponit in qua veste debeat nouiter ingrediens obseruare regulam, illud seruabitur, ut sentit glossa in d. cap. super eo. Idem dixit Lau. Vinc. & Philip. Tan. in d. c. ut refert ibi Anchar. scilicet in hoc standum esse consuetudini monachorum. Cum igitur sit de iure, & de consuetudine, ut habitum ipsum nouitialem portare debeant, illud seruandum erit. At quotuplex sit habitus nouitiorum, uide glossam, & Cardinalem in clemen. eos, eo. tit. nostro, vbi habetur quod est triplex.

Tertia Difficultas.

An laici sint recipiendi pro oblatis non dum anno probationis completo.

SVMMARIVM.

1 *Oblati perpetuo dicuntur uere religiosi.*

2 *Vitæ mutatio fit cum labore animi, atque difficultate.*

3 *Annus probationis datur ut probet, atque probetur.*

4 *Donare seipsum nemo potest, sed sic uelle, & nolle.*

Circa Tertiam. An sint recipiendi oblati non dũ anno probationis completo? respondeo quod cum oblati perpetuo, atq. irreuocabiliter sint vere religiosi emissa pro-
1 fessione, † Zabar. in clem. 1. nu. 30. de decimis. Gemin. in d. c. per exemptionem, fit, quod sicut recipi non possunt monachi, ita ut egredi non ualeant, nisi prius habeant annum probationis, & ita hodie indistinctè seruatur, cap. ad apostolicam, c. consuluit, cap. statuimus, tit. nostro, & in Conc. Trid. sess. 24. c. 15. ita etiam debent esse in probatione ipsi oblati, ut illo spatio uita, moresque eorum sollicitè comprobentur, ne quis eorum aut non sit contentus eo, quod uoluit, aut ratum non habeat quod elegit: nã si graue est inexpertos, & rudes hominum sociari obsequijs, multo grauius erit ad Dei seruitium improbatos applicari, ita est optimus tex. in d. c. monasterijs. Timendum est enim ne postea de facto pœniteat, argu. tex. in cap. 1. cum suis concordantijs de seruis non ordin.

din. & in auth. Quomo. oport. episc. §. Igitur ordinandus episcopus, coll.
2 1. & difficilis est uitæ mutatio, † & cum animi fit labore, in auth. de mo nach §. sancimus igitur, coll. 1. Hinc fuit prouisum, ut detur annus integer, cap. ad nostram tit. nostro. ut sic possit omnes austeritates, & mores religionis experiri. Quare in casu isto annus inchoatus nõ habetur pro completo, 21. q. 1. cap. illud, & q. 2. c. si in qualibet, & c. significatum de regular. Tum etiam, quia ingrediẽs religionem uel dicitur monachus, uel religiosus addictus choro, uel oblatus perpetuo, sed religioso, vel monacho dubio procul datur annus ꝓbationis, ut etiam statuit Conc. Tri
3 dent. ubi supra, ut probet, † & probetur, d. c. ad apostolicam. Hinc tex in c. non negamus, dist. 61. dicit, quod licet in laicis placidi sint mores, tñ Deus milites suos probatos q̃rit: quę quidem ratio eo magis procedere uidetur in oblatis, qui mancipantur seruitijs corporalibus, cum maius periculũ uideatur imminere in eis, cum fortasse non possint processu temporis quotidianos labores, & austeritates, quæ fiunt in religione ferre, & isti oblati dicuntur etiam alio modo donati, quia donant se, & sua, Quod si quis reuocet in dubium, Quomodo possit hoc esse, ut quis pos
4 sit donare seipsum, † cum nemo sit dominus membrorum suorum, l. liber homo, ff. ad l. aquil. dist. 55. cap. si quis absciderit, dicas, quod non donat personam suam, sed uelle, & arbitrium suum. quod est in eius potestate, 12. q. 1. c. non dicatis, extra de testam. c. 2. lib. 6.

Quarta Difficultas.

Quid si nõ dũ elapso anno fuerint effecti oblati per cautelas, an possint libere, hoc est absq; licentia nullo requisito egredi de monasterio.

Summarium.

1 *Anno probationis qualiter renunciari de iure poterat.*

2 *Dictio per, temporis denotat continuationem.*

3 *Religiosus conferens se ad arctam religionem, debet iterum per annum probari.*

4 *Votum solemne non requirit de necessitate scripturam.*

CIRCAM hanc quartam quęstionem Respondeo, quod licet de iure poterat quis renunciare anno probationis per tex. & glossam in d. cap. ad apostolicam, ita tamen quod interuenerit consen
1 sus recepti, & recipientis, † vt ibi, tamen hodie ex Conc. Trid. nulla esset professio ante facta, nullamque induceret obligationem ad alicuius regulæ, vel religionis, aut ordinis obseruantiam vel alios quoscunque effectus. Hinc fit, quod annus completus de essentia religionis, quod significat præpositio illa per, secundum canonistas, & præsertim Archidiac. in c. cum contumacia, de hæret. in 6. ibi per annum. tex. in cap. præsentiũ 7. q. 1. Vbi præpositio illa per, de sui
2 natura denotat cõtinuationem † temporis, probatur per tex. etiam in d. c. ad apostolicam, qui cum simpliciter loquatur de tempore, intelligitur de continuo, ff. de diuers. & temp. præscrip. l. 1. & ibi not. Et ita fit, quod hodie non potest fieri renunciatio illius anni, cum per concilium non tam ius priuatum, quod publicum dici potest, cui renunciari non poterit, c. contingit. 1. de sent. excom. ca. si diligenti, extra de foro compet. vnde adeo uerum est, quod nouiter uenienti ad religionem dari debeat annus probationis, ut procedat etiam
3 in professo, qui si ad arctam † magis se confert religionem, non potest ibi uotum emittere professionis, nisi an num

num habeat probationis, Nauar. extra de regular. lib. 3. conf. 35. qui hoc probat septem rationibus. Quod si quis obijciat non comprehendi iuxta Conc. Triden. perpetuo oblatos, eo, quod potius uideantur emittere uotum simplex religionis, quam solemne, cum sine scriptura, & oretenus professionem emittant, & ideo non uidentur proprie religiosi: Etenim non promittunt tria uota ita solẽniter, & in ecclesia in missa maiori, ut monachi. Respondeo, quod votũ, vt dicatur solenne, non requirit de
4 necessitate scripturam, vt est glossa sing. in ca. 1. extra de censi. lib. 6. ubi dicit, quod scriptura non est necessaria ad emissionem professionis, vt ualeat, Hostien. in c. statuimus, nu. 4. de regula. sed bene ad probationem ne quod postea actum est, in dubiũ reuocetur, cap. omnes 27. q. 1. c. salu berrimum 1. q. 7. & 20. q. 1. c. vlt. Turrecrem. in d. cap. vidua, & c. omnes. Sed solum necesse est vt emittatur professio in manu prȩlati uel alterius de mandato illius iuxta notata, in cap. porrectum extra de regular. in aliqua de religionibus a sede Apostolica approbatis, iux. tex. in c. vnico, de uoto in 6. §. Sed modo oblati genibus flexis coram prælato, & superioribus offerunt se promittentes tria uota, castitatem, obedientiam, & paupertatem usque ad mortem secundum regulam, quam profitẽtur, & dictus prælatus illos incorporat, & recipit in oblatos, & induit habitu oblatorum. & amplectitur eos in osculo pacis, mutans eis nomen. ergo dicuntur proprie, & solenniter professi, ita gl. in d. c. porrectum. Lapus alleg. 29. n. 10. cum promiserint tria uota, quæ sunt substantialia regulȩ, capitulo cum ad monasterium de statu monach. Quod autem fiat professio absque scriptura, & quod non fiat in missa ante altare maius, Lapus, qui supra, numero vndecimo non est de necessitate professionis.

Qvinta Difficvltas.

Posito, quod possint egredi, An semper detur eis facultas libere egrediendi, & ad seculum redeundi.

Svmmarivm.

1 *Annus probationis requirit annum cõpletum & continuum.*
2 *Nouitius stans in religione per sex menses si postea exit & ex interuallo reuertitur, & stetit per alios sex menses, non dicitur professus.*
3 *Nouitius, & non ueteranus dicitur, qui non est per annum continuum.*
4 *Professus qualiter possit exire emissa professione.*
5 *Tertiarij S. Francisci an sint uere religiosi.*

IRCA præsentem difficultatem breuiter respondeo, quod aut uolunt egredi ante annum, quo ingressi sunt, aut iã post annum: si primo modo, cum ea, quæ loquuntur de monachis, intelligãtur de perpetuo oblatis, dico, quod cum annus prabationis requirat annum completum, & conti-
1 nuum, † absque ulla interpellatione, ut aperte probatur in d. cap. ad Apostolicã, & ca. porrectum, ad hoc quod possit probare omnes austeritates in religione, ut magnas uigilias, abstinentias, silentium, labores, & alia quȩ consistunt in assidua clausura, & cõtinua castitatis obseruãtia, Hinc Io. de Lig. in cle. cos tit. nostro dicit, quod si nouitius stetit in monasterio per sex menses, demum exijt,
2 & facto aliquo interuallo † iterum rediit, & stetit per alios sex menses, non potest licitè recipi ad professionem, quoniam intermissum tempus

pus minuit asperitatem regulæ: nã certum est grauius ducere abstinentiam per annum continuum, quàm per annum interpellatum: ergo nõ perfectè expertus est regulam. Itẽ iura, quæ faciunt mentionem de certo tempore, debent intelligi de tempore continuo: quia regulariter omne tempus debet esse continuum, vt notat glossa in rubr. de diuer. & temp. præscrip. & ita tex. in d. c. ad apostolicam, qui loquitur de anno, qui debet dari nouitio, intelligitur de continuo, hoc est quòd nouitius per totum annum continuum maneat in monasterio sub obedientia prælati, & nec exeat ab illo saltem sine ipsius licentia per tex. in c. 1. de regul. in 6. per quem illud ibi tenẽt Domin. de S. Gemi. & Francus per Lapum Abbatem. facit tex. in l. interdum, §. quoties, ff. de publ. & vectig. ubi seruus dicitur nouitius, qui non stetit in vrbe per annum continuum vbi Bar. per illum tex. dicit, quod dicitur nouitius, qui intrauit ordinem minorum, & stetit per mẽses, & postea iterum reuersus est, &
3 stetit per alios sex menses, quia iste dicitur nouitius, & non ueteranus, cum veterani dicantur, qui permanent anno continuo, ut ibi per illum tex. sic Abbas in d. c. ad Apostolicã, nu. 9. dixit, quod si statuto cauetur, ut bannitus a centum libris supra possit impune offendi, bannitus a quinquaginta libris respectu unius debiti, & pro alijs respectu alterius debiti non potest impune offendi, quia ex quo sunt diuersa, nõ debent coniungi ad faciendum unum, & hanc opinionem tenet Lapus allegat. 46. Abbas, qui supra. Paulus de Castro in d. §. quoties, n. 3. Alex. vol. 5. consi. 34. numero primo, Franc. in c. eum, qui. nu. 4. de reg. iur. in 6. igitur cum requiratur annus continuus completus, fit, quod si oblati prædicti infra annum non complerum faciant suas oblationes, sint nullæ, nullamque pariant obligationem iux. Concil. Trident. quare possunt libere exire, non obstante cuiuscunque contradictione & nullo requisito infra annum, ita tex. apertus in c. statuimus, ubi Doct. de regul. Quare cum nulla sit obligatio, omnia recuperabit, d. c. statuimus uerbo priorem. argum. de regular. cap. postulasti, & hoc manifeste colligitur ex dicto Concil. Trid. quod si post annum a die professionis uelint exire, tunc non possunt audiri nisi intra quinquennium a die pro-
4 fessionis, † & tunc non aliter, nisi causas, quas prætenderint, deduxerint coram superiore suo, & ordinario, ut habetur in Concil. Trident. sess. 25. cap. 19. & ita extenderem illum tex. ad oblatos perpetuo saluo semper meliori iudicio. Quod si quis obijciat, Nauar. libr. tertio regular. cons.... dicentem oblatos se, suaque donantem cum promissione trium substantialium regulæ, non esse uerum religiosum. Respondetur casum illum longe differre a nostro: nam ibi oblatus non mutauit habitum. Hic autem sic. ibi expressit nolle profiteri regulam, offerẽdo se: quare fit, ut actus agentium non operẽtur ultra intentionem illorum, l. non omnis, ff. si certum pet. At hic absolutè se obtulerunt. Quare cum diuersus sit casus, fit, ut ex diuersis non fit facieda illatio, l. Papinianus exuli, ff. de minor. Hinc Nau. tit. nostro cons. 19. consuluit tertiarios S.
5 Francisci uiuentes † in congregatione, in qua fit professio trium uotorũ essentialium esse ueros religiosos, ut est quædam extrau. Xisti IV. quę incipit. sacra Romana, unde cũ sint uere religiosi, fit, ut omnia, quæ dicuntur de religiosis, procedãt etiam in ipsis perpetuo oblatis, exceptis ijs quæ supra diximus in prima difficul. nu 9. cum sequ.

Sex-

SEXTA DIFFICVLTAS.

An superiores non sponte consentientes, sed ne contristetur prælatus, possint venire contra factum suum.

SVMMARIVM.

1 *Religiosus consentiens actioni iniustæ, licet sit nouissimus, peccat mortaliter.*

IRCA sextam, cum superiores in casu proposito se remiserint voluntati prælati, bona fide ignorantes illud fieri non posse, & credẽtes assertioni prælati, quod hoc poterat fieri, cum esset in iure Pontificio peritus, ac versatus, & postea experientia teste videntes multos ex oblatis pœnituisse, & malo animo esse in religione, credendum est, quod non peccauerint; si postquam probabiliter dubitare cęperint, in hoc amplius non consenserint, verum si consenserint
1 actioni iniustæ, † quamuis sint nouissimi, ex eo, quia vident uota præcedentium vicisse, & quod eorum uota nihil prodessent, tamen peccãt mortaliter, quod multo magis procederet, quando probabile esset per vota posteriorum prolata mutanda esse vota priorum, sic etiam peccarent mortaliter, quando se a capitulo absentarent, quando viderent, quod auctoritas prouidendi per hoc remaneret apud eos, qui zelo carẽt, vt inquit Syluester in verbo consensus, q. 3. in fi. Hæc, & multa alia diximus in nostris dec. in 1. p. lib. 2. cap. 127. a nu. 11. vsq; 19.

SEPTIMA DIFFICVLTAS.

An cõsentientibus ambabus partibus hoc est oblatis, & monasterio, possint exire.

SVMMARIVM.

1 *Regula, quod omnis res per quascumque casus nascitur, per easdem dissoluatur, qualiter intelligatur.*

2 *Epilogus omnium, quæ in præsenti cõsultatione dicta fuerunt.*

IRCA vltimam, crederem quod non: nam quemadmodum præcluditur uia religiosis post annum emissa professione exeundi, dicto capit. statuimus, etsi fugiunt, annuatim sunt inquirendi, & cogendi, ut ad monasterium reuertantur, cap. fin. extra de regul. ita & istis præcluditur uia, vt dimitti nõ possint: unde non obstat, quod omnis res per quascunque causas nascitur, per eosdem etiam dissoluitur, capitulo primo, de regul. iur. sed oblatio fuit contracta per consensum oblati, & per consensum monasterii: ergo per easdem causas potest dissolui: nam respondetur dictam regulam procedere, quando aliquid esset introdu-
1 ctum † in fauorem singularium, sed modo hic adest fauor publicus: vnde illi fauori renunciare ipsi non possunt, capitulo contingit, 1. de sentent. excommunic. Tum etiam, quia cum ipsi non habeant uelle, nec nolle, 12. quæstione prima, cap. nolo, & capitu. non dicatis, fit, quod nec tacite, nec expresse renunciare posśint. c. Ioan. & ibi Host. n. 2. ext. de regular. uerum reassumendo quę a nobis fuerunt dicta in tota hac pręsenti consultatione, † diximus primo, quod habemus monachos, conuersos, & oblatos, ut nu. 1. & fratres, qui in materia odiosa non cõprehẽduntur sub monachis: oblati uero, qui sunt plenè oblati, offerẽtes se, & sua monasterio habitu mutato cũ ꝓfessione sunt uerè religiosi, non sic, qui nõ sunt plenè oblati, ut n. 4. & 5. & qđ plene oblati licet in multis diffe-

rant a monachis, & quandoque æquiparentur, vt nu. 9. 10. & 11. tamẽ conueniunt in hoc, vt teneatur prælatus cum deliberata requisitione recipere illos, vt monachos, vt numero 12. ratio ponitur a num. 14. vsque 17. Qui oblati non in habitu laicali, sed nouitiali probandi sunt, vt habetur per secũdum difficultatem, & debent probari per annum continuum, & completum, vt monachi, vt in 3. diffic. num. 1. vnde si ante annum fuerint effecti oblati, possunt libere egredi de monasterio absque peccato, & hoc procedit, etiam, si renunciauerint anno probationis, vt latè habetur in quarta, & quinta difficultate. & si fuerint effecti professi, possunt, vt & monachi audiri intra quinquennium a die professionis deducendo causas coram suo superiore, & ordinario, vt in 3. difficul. num. 4. At superiores consentientes professioni oblatorum, qui non steterunt per annum, credimus excusatos a peccato, si crediderint prælato perito in iure Pontificio illã emitti posse, vt in 6. difficultate. Si tamen superiores consensissent actioni iniustæ: quia sunt nouissimi, & viderent eorũ vota nihil prodesse: quia vident vota præcedentium vicisse, vtique peccarent mortaliter, vt in dicta diffic. nu. 2. Hæc salua, &c.

D. Iacobus de Graffia Cap.

DE REGVLARIBVS, & transeuntib. ad religionem.

Thema Consil. V.

Aderat Synodalis Leonis X. 1517. vbi dicebatur, quod episcopi poterant cogere religiosos mendicantes ex magna & graui causa, vt ad processionem accederent iuxta text. in cap. nimis graue, de excessib. prælat. Dummodo non distent per miliare. De qua Synodali facit mentionem Ioann. Tabiensis in verbo Episcopus, numero decimo quinto. Et hodie sacra congregatio Illustrissimorum Dominorum Cardinalium sacrosancti Concilij interpretum super intelligentia, & obseruatione, cap. duodecimo, versic. dies etiam festi sessio. 25. de regular. anno 1602. censuit vt monasterij regulares vltra medium miliare a ciuitate distantis non possint compelli accedere ad processiones. Modo fui interrogatu de duobus, & ita

Hoc Consilium duabus difficultatibus absoluetur.

I. Qualiter sit facienda mensuratio an a porta monasterij vsque ad muros ciuitatis, vel vsq; ad principium burgi, ad hoc, vt possit colligi an religiosi sint distantes vltra medium miliare.

II. Quando sunt plures viæ, per quã viam sit ipsa mensuratio faciẽda.

PRIMAE DIFFICVLTATIS SVMMARIVM.

1 *Passus qualiter mensurandi, quando mensuratio miliaris fit. num. 15. Et passus quot pedum, & pes quot digitorum. nu. 3.*

2 *Diœcesis appellatione an veniat ciuitas, & e contra.*

3 *Legatum eorum, quæ habet Romæ comprehendit etiam ea, quæ sunt in suburbijs.*

4 *Ciuitate interdicta etiam suburbia intelliguntur interdicta.*

5 *Morbo graui affectis si prohibentur esse in ciuitate etiam in suburbijs prohibentur permanere.*

6 *Prohibitus morari in ciuitate, in suburbijs quoque prohibetur morari.*

7 *Natus in vico dicitur natus in ciuitate.*

8 *Princeps non est verisimile quod velit*

lit mutare proprietatem verborũ.
9 *Villa qualiter a ciuitate differat.*
10 *Ciuitas, & diœcesis sunt nomina distincta. nu 15.*
11 *Ciuitatis appellatione quando veniat diœcesis & è contra.*
12 *Ciuitas, & vrbs idem sunt.*
13 *Priuilegium concessum ciuitati non extenditur ad villas.*
14 *Suburbium quid proprie dicatur, & quid continentia ædificia, nu. 17.*
16 *Statutum, vt maleficia commissa in ciuitate puniantur arbitrio potestatis, non extenditur ad commissa in suburbijs.*
18 *Represaliæ concessæ cõtra Florentinos non comprehendit comitatinos.*
19 *Ciuitatis appellatione veniunt suburbia; quando ratio, quæ militat in ciuitate, militat in suburbis, vt duobus correlarijs ostenditur.*
20 *Ciuitate interdicta vt intelligantur interdicta suburbia, est speciale: ergo in contrariam est ius commune.*
21 *Patriæ appellatione continentur suburbia, & continentia ædificia.*
22 *Clausula motu proprio fit secundum propriam significationem vocabuli, & plenissime interpretatur in fauorem eius, cui facta est gratia.*
23 *Recipientes dignitatem motu proprio sunt immunes a gabellis.*
24 *Nomina propria loci, & communia quæ, & qualiter differant.*
26 *Clericorum ciuitatensium appellatione non veniunt clerici rurales.*
27 *Exceptio firmat regulam in casibus non exceptuatis.*
28 *Vsui communi standum est, an ciuitas comprehendat suburbia.*

IRCA præsentem consultationem Redemptoris omnium nomine inuocato, & Beatissimæ Virginis Mariæ suffragio implorato, Quod sit faciẽda mensuratio a ianua ecclesiæ ipsius monasterii vsque ad continen-
1 tia ædificia, † hoc est vsque ad principium burgi, faciunt multa. Et primo videtur esse textus singularis in l. mille passus, ff de verbo. sign. nam qui in continentibus ædificiis morantur, Romæ morari videntur, eo. tit. l. qui in continentibus, & l. ædificia: vnde cum Romæ appellatione veniant continentia ædificia, l. 2. ff. eod. tit. sic videtur, quod appellatione ciuitatis, & ita quod sit facienda mensuratio vsq; ad continentia ædificia. Secundo facit dictum Host. in cap. 1. de offi. ord. vbi appellatione
2 ciuitatis venit ciuitas, † & Hostiensem sequitur Dom. Cardin. Florentinus, ibi ver. quæro, qui allegat glossam in verbo, in diœcesi, in cap. vnico, de rerum permu. in 6. quare tex. in d. ca. 1. facit ad quæstionem, quod statutum, quod viget in ciuitate, intelligatur etiã habere locum in villis, & castris, & est glossa ordinaria in l. ex ea, ff. de postulãdo, verbo sententiam. sic glossa in authent. si quis igitur, quib. modis natur. effi. legitimi, dicit, quod consuetudo ciuitatis astringit villam, vel restringit. Ita quod collecta imposita ciuitati extenditur ad castra. Tertio facit glossa in l. 2. ff. de verb. sig. vbi si a testatore legantur omnia, quæ habet
3 Romæ, † intelliguntur legata etiam ea, quæ habet in suburbiis, hoc est continentib. ædificiis, & quare hoc, nisi quia Roma incipit a suburbiis, & ita ab illis videtur terminanda mensuratio. Quarto facit tex in c. si ciuitas, de sent. exc õ. in 6. vbi si ciuitas subiicitur ecclesiastico interdi-
4 cto, † eo ipso vult Summus Põtifex continentia ædificia intelligi interdicta. ex quo textu clare apparet nomine ciuitatis venire suburbia, & continentia ædificia, quæ sunt de diœcesi, pro quo etiam faciunt dicta l. qui in continentibus, & l. ædificia, ff. de iudic. l. insulæ, extra de censi. l. forma, §. si vero Zaba. in cle.

Ne Romani, de iud. immo adeo interdicta ciuitate censentur etiã indicta suburbia, vt procedat etiam, si suburbia non sint subiecta illi Domino, cuius causa ciuitas interdicitur, (verbi gratia) si ciuitas sit quo ad iurisdictionem, & temporale dominium subiecta illi, cuius causa interdictum decernitur: suburbia autem alteri, profecto illa interdicta erunt, secundum Doctores, & Ancharan. in d.c. si ciuitas, Fel. in capit. Rodulphus, col. 2. post Calder. de eccles. interdicto, 2. membro, versicu. quod quæro, qui subdit idem esse, vbi in illa suburbia minime haberent iurisdictionem ecclesiasticam is, qui interdictum decreuit, quod est omnino notandum: accedat etiam, quod dicit Felinus in cap. Rodulphus, de rescript. quod si morbo graui, quem vulgus pestem appel-
5 lat, † affecti prohibeantur in ciuitate esse, interdicti etiam intelliguntur in suburbijs. Sic prohibitus ne in ciuitate moretur, non potest
6 morari in suburbijs, † l. relegatorũ, §. constitutum, ff. de interdic. & releg. quia eo ipso, quod sunt interdicta maiora, intelliguntur etiam interdicta minora, ita tex. & gl. in d. §. constitutum, glossa in l. cui pacto, ff. de seruis export. igitur si patria, vel ciuitas interdicta est, etiam suburbia intelligi videntur. Accedat etiã textus in l. nulli, §. quod si in vico. C. de episcop. & cler. vbi distributio facićda inter pauperes fieri debet per illum episcopum illius loci, vbi testator moritur. Quare si in vico testator mortem obierit, per episcopum illius ciuitatis fieri debet, sub qua viuus esse dignoscitur, & ita ex illo textu apparet, quod appellatione ciuitatis venit vicus. facit etiam tex. in l. forma, §. si vero, ff. de censi. & l. qui ex vico, ff. ad municipal. vbi qui in vico nascitur, ciuis esse non desinit, & eam patriam dicitur habere, cui ciuitati vicus ille respõdit, scribunt Soc. senior consi. 7. col. 1. & consi. 74. col. 1. lib. 1. Decius consilio 389. numero 7. & Socinus iunior consil. 2. numero 30. lib. 1. Menoch. consi. 74. num. 97. At pro contraria parte, quod non sit facienda mensura vsque ad continentia ædificia, sed vsque ad muros ciuitatis faciũt multa, & primo, quia non est verisimile, quod velit princeps mutare naturã,
8 & proprietatem verborum, † nisi hoc expresserit, l. si quando, C. de inoffic. testamen. vbi concessio libere testandi intelligitur legitime, & solennitate iuris seruata, sed ex propria significatione ciuitatis non veniunt suburbia 17. q. 4. capit. quæsti. versi. Et ideo. Bartolus post glossam in l. si hæres, §. vicis, ff. de legat. 1. vbi ponens differentiam inter villam,
9 † & ciuitatem, dixit uillam sine muris, sed ciuitatem muris circundari: ergo cum ciuitas sit illa, quæ muris circumdatur, & hoc est de propria significatione uocabuli, & communi vsu, ut infra videbimus, dicendũ, quod ista mensuratio sit terminanda a muris ciuitatis, cum constitutio dicat, quod si regulares distarent vltra medium miliare a ciuitate, non possint cogi ad processiones faciendas: facit, quia hæc duo nomina ciuitas, & diœcesis, quæ incipit a partibus, quæ sunt extra ciuitatem, sunt nomina distincta tam in signi-
10 ficatu, quam in uocabulis, † pro hoc C. de codicill. l. vlt. nam ciuitas dicitur, quæ murorum ambitu continetur, & terminatur, sed diœcesis dicitur reliquum territorium, quod pertinet ad regulationem episcopi, qui ciuitati præest. Vnde ex hoc poni potest hæc conclusio, quod in dispositionibus non latæ interpretationis, in quibus uerba debent intelligi in proprio significatu nomine diœcesis non venit ciuitas, & nec econuerso, Sal. in l. cui pacto, C. de seruis export.

port. Ioannes Andr. & alij iurium pontificum interpretes in d. c. si ciuitas. Baldus in l. 1. ff. de offic. præfe. vrbis, Bartholomæus Socinus vol. 4. consi. 86. nu. 1. sed quando venit vna
11 sub reliqua, † hoc fit per extensionem, & interpretationem, ita Zaba. in d. clem. ne Romani nu. 6. in fine. sed modo sumus in priuilegijs concessis a summo pontifice motu proprio omnibus religiosis, vt non teneantur accedere ad processiones, si distant per medium miliare a ciuitate, & hoc, vt contemplationi vacare possint, & quieti, iuxta text. in c. placuit, & c. si cupis 1641. Quæ priuilegia cũ sint stricte interpretanda vulgatis iuribus, fit quod sint intelligẽda in proprio significatu, hoc est, vt ipsa ciuitas murorum ambitu termineτur, iuxta text. in d. cap. si ciuitas, alias si priuilegium extenderetur vt ciuitatis nomine suburbia continerentur, sequeretur, quod priuilegiũ concessum in fauorem religiosorũ, redundaret in odium, quod esse nõ debet. Tertio, quia ciuitas, & vrbs
12 † idẽ sunt, vt patet ex l. præscriptio. C. de operi. publi. sed certum est ꝙ appellatione vrbis non continentur ędificia, vel castra, aut villæ, l. nam quod liquidæ § fin. ff. de penu. legata, cum vrbis appellatione intelligatur vrbs muris finita, & terminata, l. 2. ff. de verb. signific. ergo nec appellatione ciuitatis: hinc Dominus Signorollus notat ex gl. in l. si duos §. amplius. ff. de excusat. tuto. quod priuilegium concessum ciuitati non
13 extenditur † ad villas, & nec ad Castra, cum sint diuersa, vt notatur in d. ca. si ciuitas, vnde de vno ad aliud non infertur, l. si maritus. C. de don. int. vir. & vxo. nisi aliud de mẽte cõcedentis appareat, vel nisi vsus loquendi, aut consuetudo aliud inducat: nam his videlicet vsui, & consuetudini standum esset, extra de sponsal. c. ex literis, & l. liberorũ §. quod tamen. ff. de lega. 3. c. cum dilectus, extra de consuet. Anchar. in d. cap. si ciuitas nume. 1. facit etiam optimus textus in c. ego amplius, dist. 63. vbi etiam habetur, quod ciuitas, & suburbium ponũtur vt diuersa, & sub-
14 urbia proprie dicuntur burgi, † extra, & prope ciuitatem, in quibus domus sunt contigue: cum ergo suburbium differat a ciuitate, fit, quod mẽsuratio fieri debeat vsque ad muros ciuitatis: rursus stylus curiæ, qui debet attendi, de crimi. falsi, c. quã graue est, quod ciuitas, & diœcesis po-
15 nantur vt diuersa, † nam curia ob honorem ciuitatis non vult, quod comprehendatur sub nomine diœcesis, sed quod nominet suo nomine: nã quæ speciali nomine sunt digna, non veniunt, nisi nominatim exprimãtur, ff. de iniur. l. item apud §. hoc interdictum. Præterea facit, quia si quis impetrat primam vacaturam a ciuitate, non comprehenditur ecclesia ruralis, ad hoc optime facit tex. in l. fin. C. de testamen. item si statutum dicit, quod maleficia commissa in ciuitate puniantur arbitrio po-
16 testatis, † non extenditur ad maleficia commissa extra ciuitatem, quãuis ciuitas muris amplietur, atque ita, ut suburbia comprehendantur, & includantur: nam adhuc non competit hoc arbitrium in delictis in illis perpetratis, ideoque ex baldi auctoritate in dict. capitu. Rodulphus, numer. 8. Felinus numer 2. Menoch. de arbitr. iudicum libr. 1. quæst. 99. numer. 8. si quidem ciuitas, castrum, uilla, & oppidum id significant, quod murorum ambitu continetur, & est communis omnium sententia in cap. alma mater. in 2. par. §. 1. nu. 8. uersicu. primum, de sententia excommunicationis in 6. Accedat etiam decisio Grammatici consilio 48. numer. 4. qui post Alexandrum, & alios, quos citat, respondit statutum Neapolitanum

quo pœna mortis indicitur ciuibus deosculantibus virgines, non comprehendere continentia, & ita casalia. etenim hæc differunt scilicet suburbia a continentibus ædificijs: quia suburbia intelliguntur burgi
17 extra, & prope ciuitatem, in qui-
17 bus domus sunt contiguæ: At continentia ædificia sunt domus vltra burgos separatæ, & non contiguæ, Ita eleganter dixit Petr. de Ancharano in dicto cap. si ciuitas, num. 2. sic Baldus in l. si aliqua, ff. de offic. proconsu. dixit, quod si repræsaliæ sunt concessæ contra Florentinos, non comprehenduntur comitatiui;
18 † idem Baldus in authent. & omnino, C. ne vxor pro marito, & in l. insulæ, C. de iudic. & in cap. 1. de offic. ordin. confirmatur etiam ex Baldi doctrina in dicto capitulo, Rodulphus, numero 3. quod si testator legat mihi frumentum, quod habet in ciuitate, nō venit frumentum, quod habet in comitatu, ff. de penu legat. l. nam quod liquide, §. si ita: ex quibus omnibus manifestum fit, quod appellatione ciuitatis non continentur suburbia. Accedat etiam textus allegatus pro contraria parte, in dicto cap. si ciuitas: nam ibi est specia-
19 le, † quod appellatione ciuitatis cōprehendantur suburbia: quia si in suburbijs posset celebrari interdicta ciuitate, vtique vilipenderetur sententia interdicti, quod esset contra rationem literæ, dicto cap. si ciuitas. Ita ex illo text. docuit Abbas in d. cap. Rodulphus. numero 13. & Felinus numero 4. ibi limitat dupliciter, qui & alia exempla affert, & illud multum conuenit, quod si morbo illo graui quem pestem vulgus appellat, affecti prohibeantur in ciuitate esse, intelliguntur etiam prohibiti existentes in suburbijs, cum ratio prohibitionis hoc ostendat, ne ciuitas inficiatur, ita in specie Bald. in capit. significauit, numero 12. de rescrip. sic etiam eadem ratio militat cum prohibito per sententiam, ne moretur in ciuitate: nam intelligitur etiam prohibitus a suburbiis: nam prçter eam rationem, quod cui sunt interdicta maiora, sunt etiam interdicta minora iuxta tex. in l. relegatorum, §. constitutum, ff. de interdict. & relega. est hæc: quia alias iudicis auctoritas vilipenderetur. Licet Neapoli moris sit addere etiā verba hæc, ne intra ciuitatem, eiusque suburbia moretur, iuxta tex. in dicta l. relegatorum, versic. Etenim moris est. Igitur quod sit speciale
20 in dicto capit. si ciuitas, † probatur ex illo textu. nam dicitur isto casu scilicet ne fiat illusio auctoritati ecclesiasticæ: ergo secus in aliis, ita Archidiac. Gemin. Petrus de Anchar. & Franc. in dicto cap. idem Archidiac. in dicto cap. statutum, de rescr. in 6. numero 5. ergo cum sit speciale, in contrarium est regula, & ius cōmune, glossa singul. in verbo specialiter, in capitu. præsenti, §. loc. de præben. in 6. Hinc Bald. in l. secunda, ff. de verb. signifi. videtur tenere, quod licet appellatione patriæ com-
21 prehendantur suburbia, † & continentia ędificia, l. vxorem, § legauerat, ff. de leg. 3. tamen appellatione ciuitatis continetur solum id, quod muris cingitur, vt ibi, & d. l. nam quod. §. fin. tum etiam: quia cum accedere ad processionem huius venerabilis, ac sanctissimi sacramenti sit materia fauorabilis, & de iure communi etiam priuilegiati tenebantur accedere ad illam, cum sit processio publica, iuxta textum in capitu. nimis graue, lo secundo, extra de excess. prælat. & nos in primo volumine consiliorum, libro 3. consilio 20. numero sexto, eodem titulo, quod manifestius postea explicauit Concil. Tridentinum, sessione vigesima quinta, capitu. decimotertio, fit, quod latissima fieri debeat interpretatio,

ratio: eo magis, quia hoc decretum factum a Dominis Cardinalibus videtur esse quædam interpretatio Concilij Tridentini, vt exempti quicunque vocati ad publicas processiones accedere compellantur, tamen cum hoc decretum fuerit factum ad nullius instantiam, sed motu proprio, videtur esse facienda interpretatio iuxta propriam signifi-
22 cationem vocabuli, † hoc est, vt fiat mensuratio ab ecclesiæ ianua vsque ad ciuitatem, id est muros ciuitatis, cum clausula motus proprii operetur id, quod alias non veniret: vnde dicit textus optimus in capitulo si pluribus, extra de præben. in sexto, quod dicta clausula operatur, vt fiat plenissima interpretatio in fauorem eius, cui facta est gratia. Hinc licet Papa præsumatur non velle prouidere beneficiato, capitu. cum adeo, de rescrip. capitulo cum teneamur, de præben. tamen clausula motu proprio operatur circa pluralitatem beneficiorum. Accedat etiam quod dixit Bartolus in l. vniuersi, C. de legationibus, libro decimo, vbi
23 recipientes dignitatem † ad postulationem, vel instantiam alterius, non habent immunitatem a muneribus: secus vero, si ex mera liberalitate, & motu proprio. Ita dixit Decius in capitulo ad aures, numero trigesimo, de rescri. Accedat etiam, quod licet processio Sanctissimi, ac Venerabilis Sacramenti sit fauorabilis, & plusquam fauorabilis, tamen cum Romanus Pontifex hoc decretum motu proprio fecerit, colligitur mentem illius fuisse interpretari hanc gratiam in fauorem regularium, qui sunt extra ciuitatem, vt sint exempti ab illa processione, ob id, quod cum sint defatigati nimiis vigiliis nocturnis; & præcipue in cantando officium in ieiunio ante festum, subleuentur ab alio onere eundi, ac redeundi per solis ardorem extra ciuitatem, vt qui in vno grauatur, in alio releuetur, & processionem faciant reuerenter, & honorifice illud sanctissimum sacramentum. Circumferendo per suas ecclesias, & tenendo hanc opinionem non obstant in contrarium adducta, & primo textus in l. mille passus, ff. de verbor. significatio. vbi habetur, quod mille passus non a muro ciuitatis, sed a continentibus ædificiis numerandi sunt: nam respondeo, & præmitto pro intelligentia, quod habemus quædam nomina propria loci, puta Romæ, aut
24 Florentiæ, Capuæ, † &c. & quædam nomina appellatiua communia, vel ciuitatis, quæ nominantur a cinctura murorum, vel appellatiuo nomine vrbis per aratrum circulans. In nominibus propriis loci, vt Romæ, Capuæ, aut Florentię tunc continentur etiam suburbia coniuncta ciuitati: At in nominibus appellatiuis communibus, vt vrbis, vel ciuitatis, tunc non veniunt suburbia, vel continentia ędificia extra muros. Igitur vt ad obiectionem respondeamus, dico, quod textus in dicto capit. mille intelligi-
25 tur non de vrbe, aut ciuitate, † sed de Roman. sic enim dicit glossa in d. l. mille passus verbo continentibus. Roma enim continentibus ędificiis finitur, seu terminatur, l. secunda, l. vt Alphenus, l. ædificia, & l. qui in continentibus. Igitur diætæ vulgares, seu legales, de quibus habetur per glossam in cap. nonnulli, de rescriptis versic. ultra duas diętas sunt incipiendæ a continentibus ædificiis, & non a muris ciuitatis, & ita quoque responsum est ad tex. in d. l. qui in continentibus ædificiis moratur, Romæ morari videtur, & ratio est: quia Roma est nomē patriæ, & ideo comprehenduntur ædificia continentia, ff. de leg. iii. l. uxorem, § legauerat, uel aliter responderi po

N 4 test,

test, quod nos non sumus in ędificijs coniunctis, quæ coniunguntur vsq; ad portam Ciuitatis, hoc est in burgo: nam tunc licet monasterium in burgo existens distaret vltra mediũ miliare a ciuitate, forte teneretur ad processionem accedere; cum qui in continentibus ædificijs, &c. Sed monasterium, de quo agitur, est ędificium disiunctum a burgo, & separatum ab alijs ædificijs: quare fit, vt mensura sit inchoanda ab ecclesiæ ianua illius monasterij vsque ad muros ciuitatis, cum appellatione ciuitatis, non contineantur ecclesię rurales, sicut nec appellatione clericorũ
26 † ciuitatensium continentur clerici rurales, hoc est in ecclesijs ruralibus residentiam faciẽtes, ff. ad municip. l. eius. §. Celsus, & ff. de fundo instr. l. cum quidam duos, vbi textus est notabilis. Pariter nec obstat, quod appellatione ciuitatis cõtinetur diœcesis, & statutum, quod viget in ciuitate, dicitur vigere in villis: quia respondetur, quod tũc illud procedit, quando eadem ratio, quæ est in ciuitate, dicitur vigere etiam in suburbijs, & in diœcesi, vt diximus supra, Verbo Limita dupliciter. pariter nec obstat aliud, quia si legantur a testatore ea, quæ habet Romæ, videntur etiam legata ea, quæ habet in suburbijs; quia illud ideo est: quia appellatione patriæ venit Roma, cuius nomine continentur suburbia, Bartol. in dict. l. 2. ff. de verbor. significat. Ancharan. in cap. felicis, numer. 11. ibi si dixit, de pœnis in 6. Rursus satis fuit responsum ad tex. in dict. capit. si ciuitas: quia textus ille loquitur pro, & non contra. etenim cum ibi sit casus specialis, fit,
27 quod exceptio firmat regulam † in non exceptuatis 32. quæstio. 7. capit. si dominus. Francus in c. qui ad agẽdum, de procur. in 6. pariter ad text. in d. l. relegatorum. §. constitutum responsum fuit supra. Vltimo non obstant text. in l. qui ex Vico, vbi appellatione ciuis continetur comitatensis: nam respondeo, quod ideo in casu nostro appellatione ciuitatis nõ veniunt comitatenses, quia ciuitas ponitur pro loco: nam tunc muris finitur, secus vero, quando ponitur ciuitas pro personis: quia tunc appellatione ciuium continentur comitatenses, & ita procedit text. in d. l. qui ex vico: quare ex his omnibus concludendum videtur saluo semper meliori iudicio, cui semper hæc, & omnia mea dicta subijcio, vt mensura sit facienda ab ecclesiæ ianua monasterij, & terminanda ad muros ciuitatis, tum ex proprio vocabulo ciuitatis, tum ex vsu loquendi, qui sic se habet, vt tunc quis dicatur ingredi ciuitatem, quando post burgum ingressus est ianuam ciuitatis, cui
28 quidem vsui, † & consuetudini præsertim in hac materia standum est, vt dixit Petrus de Anchata. in dict. cap. si ciuitas, & allegat text. in cap. ex literis, de spõsalib. l. liberorum §. quod tamen, de legat. 3. l. cum de lanionis. §. asinam, de fundo instr. & instru. lega. c. cum dilectus, de consuet. & magis ipsi, quam proprio significatui verborum, vt est text. in l. Labeo. §. quam Tubero. ff. de suppell. legata.

SECVNDA DIFFICVLTAS.

Quando plures viæ sunt, per quam viam facienda est mensuratio.

SVMMARIVM.

1 *Mensuratio per quam viam est facienda, quando plures sunt via.*
2 *Mulio non tenetur de præda sibi facta domino mercium, si iuit per viam consuetam.*
3 *Via terrestris, & non aquestris attenditur, quando sunt plures via.*

4 *Via*

4 *Via per planitiem, & si longior attenditur, & non quæ per montem breuior.*

5 *Epilogus eorum, quæ dicta sunt.*

CIRCA hanc vltimam difficultatem, per quam viā sit facienda mensuratio, 1 † quando plures sunt viæ. Respondeo, arbitror quod sit facienda per viam magis vsitatam, ita Bart. in l. 1. ff. si quis Caut. arg. text. in l. eos. §. fi. cum glossa ff. de falsis. Idem Bartolus in l. continuus. §. cum ita, de verbor. obligat. Hinc dixit Bar. in l. 1. §. 2. ff. de his, qui deiec. vel effud. per illum textum esse decisam quæstionem Florentinam: nam inter Florētinos, & Vbaldinos conuentum erat, quod Vbaldini tenerent vias securas: nam intelligitur per quas solitum est itinerari. Ideo si quis iret per viam insolitam, & derobaretur, Vbaldini non tenerentur, sic Barto. in l. cum proponas per illum tex. C. de naut. fœn. dixit, quod si mercator tradidit merces mulioni, qui in 2 itinere derobetur: Mulio non tenetur, si fuerit derobatus per viam solitam, secus vero si per viam insolitam. Et quando via est altera longior, debet attendi via breuior, dummodo non sit periculosa, vt per. Domi. Anton. de Butr. in cap. nonnulli, de rescript. plene per Imolam in dict. l. continuus. §. cum ita. Hinc nota argumentum contra nūcios communes, quibus soluitur tantum pro numero milliarium, quod constat mille passibus: passus autem est quinque pedum, & pes 15. digitorum, text. & ibi glossa expressa in capitu. sicut primo. 17. quæstion. 4. quia debent habere facta commensuratione per viam rectam, & non per viam magis lōginquam, ita Bal. in l. 1. in princip. ff. de excusat. tuto. ad hoc etiam allegatur text. in l. qui fiscales, & ibi ad hoc nocat Bartol. C. de Nautic. libr. 11. nisi via recta esset periculosa ita Bald. in dict. l. 1. ff. si quis caut. rursus non est mensuranda instantia itineris per obliquum, sed per directum, l. non solū. §. annus, & ibi Doct. & Baldus ff. de excu. tut. Bar. in l. pen. & fi. C. de Nauiculariis lib. 11. l. in itinere. ff. de ver 3 bo. signific. & quando sunt duæ viæ, vna terrestris, & alia aquestris, attenditur potius aquestris, & ita si ciuitas habet duas vias, vnam per mare breuiorem, & alteram per terram longiorem, quod debet venire, attēditur potius terrestris, & ita si citatus habet duas vias, vnam per mare breuiorem, & aliam per terram longiorē, quod debet venire per terram, licet sit longior, secundum Hosti. & Io. And. in c. olim, de excep. D. Ant. & Imola in d. c. nonnulli, de rescri. quod est notandū pro religiosis, qui ex obedientia proficiscuntur de monasterio ad aliud monasterium magis longinquum, vbi sunt duæ viæ, vna per mare breuior, & altera per terram longior, quia est facienda taxa per terram, licet illa sit longior, modo vere veniat per terram. Sic si habet duas vias, vnam per mon-4 tes, quæ est breuior, † & alia per planitiem, quæ est longior, quod est attendenda illa, quæ est per planitiē, secūdum Specul. in tit. de citatione §. 1. vers. quid si reus, Archid. in c. statutum, §. cum vero, de rescript. in 6. sed vt hæc omnia breuiter perstringam, diximus in 1. difficultate regulares, qui distant vltra medium miliare a ciuitate, ita vt cōpelli possint ad processiones, esse faciendum mensurationē a ianua monasterij, vsque ad muros ciuitatis, vt multis medijs affirmauimus a nu. 8. in 1. difficultate vsq. 28. Quæ quidem mensuratio debet fieri per viam magis vsitatam, & non per obliquam, sed per directum, vt num. 1. & 2. in vltima difficultate, & per viā terrestrē,

& non

& non aqueſtrem. vt num.3. & per viam, quæ eſt per planitiem, quamuis ſit longa, & non per viam montium, quæ erat breuior. Et hæc ſalua, &c.

D. Iacobus de Graſſijs a Cap.

Conſilium VI.

SVMMARIVM.

1 *Dilapidationis ſuſpitione vigente an interdicatur adminiſtratio bonorum.*

2 *Monitoria contra ſcientes, & non reuelantes quando concedantur.*

3 *Depoſitiones in iudicio receptæ abſque iuramento non tenent.*

4 *Teſtes repetiti abſque citatione partis non faciant fidem contra reum, fallit ſi ſit confrontatio cum reo.*

5 *Reus examinatus ante repetitionem teſtium poteſt carcerari, nu. 6.*

7 *Carcer quando datur ad cuſtodiam non affert infamiam.*

8 *Pœna dilapidantis bona eccleſiaſtica.*

9 *Triremium pœna aduerſus religioſos adhibenda non eſt.*

10 *Carcer, qui datur religioſis ad pœnã qualiter dandus.*

INTERROGATVS de pluríb. & primo an delecto ad cœnobij bona adminiſtranda ſuſpitione vigente, vel infamia promulgata de ſuſpitione dilapidationis ſit adminiſtratio temporaliũ interdicẽda? breuiter reſpondeo, quod debet fieri proceſſus de ſuſpitione dilapidationis, in quo conficiendo eſt
1 procedendum ſummariè, & abſque ſcriptura, tum quia non agitur de magno præiudicio, tum, etiam, quia timetur ne ſi is, contra quem inquirendum eſt de veritate, in adminiſtratione perſiſtat, corrumpat officiales, & impediat cognitionem veritatis: vnde probata ſuſpitione iuxta Anch. in c. licet Heli, in fine extra de ſim. remouebit ab adminiſtratione, vt extra de ſim. c. licet Heli, q textus propriè loquitur de prælato regulari, vbi in verſi. quia vero ibi fuit ꝓbata ſuſpicio dilapidationis, præſumptione violenta, quia ex aſſertione religioſorum, & prælati confeſſione conſtitit, quod prælatus defunctus dimiſit non modicam ſummã pecuniæ, & prælatus conſumpſit illam, & etiam obligauit monaſterium in alia maiori ſumma pecuniæ, & ideo Papa ſuſpendit illum ex illis veriſimilibus, & indubitatis præſumptionibus. Igitur probanda eſt ſuſpitio dilapidationis, vt patet clarè per illum textum, vt interdicatur temporaliũ adminiſtratio, ita Archidia. in c. vobis 12. q. 2. nu. 3. Barbat. in c. venerabili. col. 10. de offic. delega.

2 Secundo interrogatus, an poſſint concedi monitoria contra ſcientes, & non reuelantes, an talis delectus ad bona cœnobij adminiſtranda illa dilapidauerit, furto ſubtraxerit, & male conſumpſerit. Reſpondeo, ꝙ ſic modo concedãtur in ſubſidium, quando aliter veritas haberi non poteſt, ita Sotus diſt. 22. q. 1. ar. 2. probatur ex Conc. Trid. ſeſſ. 25. c. 3. de reformat. & ex c. ad noſtram el. 2. de iureiur.

Tertio interrogatus, an depoſitiones per viam reuelationis factæ contra ſupradictum dilapidatorem faciant fidem in iudicio? Reſpondeo, quod non: quia recipiuntur ſine iu-
3 ramento: quare vt valeant, oportet vt examinentur, vt teſtes in forma iudicij, quod ſi contrarium depoſuerint in iudicio, ſtatur poſteriori dicto cum iuramento, Bal. in l. fi. ff. de re iudic. Felinus in c. cum in tua, numer. 5. de teſtibus, quo caſu nec poſſunt puniri de falſo, late Felinus ibi nu. 8. dicens hanc opinionem eſſe veriorem, & communiorem: igitur vt depoſitiones per viam reuelationis factæ faciant fidem, neceſſe eſt, vt di-

dicta eorum repetantur in iudicio, & confirmentur.

Quarto interrogatus, an testes huiusmodi repetiti absque citatione
4 † partis faciant iudicium contra huiusmodi reum, vt possit uinculis mãcipari, dixi quod non, l. si quando, C. de testi. c. in nomine Domini de testi. Bar. & Angelus in l. fi. ff. de quæstion. nisi testes facta affrontatione coram inculpato negante affirment quę dixerint, Afflictus in constit. humanitate, nu. 15. Quod si iudex fuerit recusatus, vt suspectus, & ipse post propositam suspitionem processit ad repetitionem testium, Maran. de ordine iudic. parte 4. iudiciorum, 16. dist. nu. 4. nec in tali casu potest carcerari. ibi Maranta.

Quinto interrogatus, an examinatus huiusmodi reus ante repeti-
5 tionem testium sit carceri † mancipandus? respondeo, quod si non dubitatur probabiliter de fuga, nõ est in carcerem conijciendus; cum depositiones factæ, per viam reuelationis non faciant fidem, nisi iuratæ, vt supra diximus. At si iudex veretur ne reus fugam capiat ante iudiciũ, tunc carceri includi debet, quousq; commissi delicti rationes excutiantur, verum repetitis testibus, & affirmãtibus, cum sit delictum tale, pro quo non venit imponenda pœna pe-
6 cuniaria, sed pœna corporalis, tunc debet carceribus mancipari, ita Iulius Clarus dixit communem in sua praxi li. 5. §. fin. versic. in hac autem materia q. 46. & Foller. in verbo. Et si comparent, fol. 153. num. 1. dixit, quod peruenitur ad carcerationem a relegatione sup. Quare cum pro furto imponatur depositio clericis, Deci. in c. cum non ab homine, nu. 14. de iudic. fit quod sit carcerãdus.

Sexto interrogatus, an huiusmodi carcer afficiat eum nota infamiæ:
7 Respondeo quod non, quando † datur ad custodiam, vt regulariter fit, c. quamuis, de pœnis. fieri enim potest vt carceri quis ad custodiã iniectus postea vero expleta causa innocens reperiatur: potest etiam vsu venire, vt ad quæstiones quis positus fortiter se gerat, & quælibet praua indicia eo tormento purget, Bar. & Bald. in l. 1. ff. de custod. reorum.

Vltimo interrogatus, probato delicto quali pœna veniret iste puniendus? Respondeo, quod probata dilapidatione per testes iuratos, & non aliter, c. nuper, de testi. & c. licet Heli, de simo. & non euacuatis indicijs
8 per defensiones, aut torturam, est remouendus perpetuo ab administratione temporalium, vt in quo quis deliquit, in eo puniatur: quia de præterito præsumitur in futurũ, & præteriti ratio scire futura facit: nam semel malus semper præsumitur malus in eodem genere mali, vt in regula iuris. Item est priuandus executione ordinum, & ad infamiæ notã carceri mancipandus perpetuo, ita hæc colliguntur ex Archidiac. in d. c. vobis. & per Canonistas in d. c. licet, & in c. venerabili, de offic. deleg. & præter condemnationem ad restitutioné, facit tex. in c. parochianos, c. porro, de sent. excom. Triremium vero pœna, quæ in facinorosos videtur locum obtinuisse, nisi grauissi-
9 mum, † maximiq; offendiculi esset scelus aduersus religiosos adhibenda non est, vt dixit Bern. Diaz. in sua praxi Crim. & nos alias diximus supra cons. 4. 2. difficult. num. 6. igitur triremis loco carcer aut perpetuus, vel ad tempus dari religiosis potest, ita vt ibi reus communem vitã cum alijs in cibis, & potibus nõ agat, sed duriorem, sic tamen vt possit sustentari, & non perimi, iuxta tex. in c. nouimus in fine de verb. signific. & c. a nobis, extra de Apostas. ut uitam sibi pęnam æstimet. Et hæc salua semper censura melius sentientis.

D. Iacobus de Grassijs a Cap.

De

DE REGVLARIBVS, & transeunt. ad religionem.

Consilium VII.

SVMMARIVM.

1 *Doctor reprobatus non potest amplius reprobari fallit. nu. 2.*

INterrogatus An bene faciat prælatus, qui nouitium ad professionem ballottatū, & reprobatum, iterum fecit reballottare. Respondeo quod mihi uidetur dicendum quod non, absque aliqua rationabili causa, per d. Bal. in l. 2. C. de libertis, & eorum liberis. Vbi per illum tex. ad finem in ultimo notab.
1 dixit, quod si doctor † semel reprobatur, non potest postea amplius doctorari. sic Bal. in l. 2. C. de uindicta libert. dixit, quod notarius semel remotus ab officio non potest amplius creari tabellio per comitem palatinum, etiam si per principem esset ad famam restitutus. idem dixit in cap. gratum, de postul. prælat. num. 4. & glo. fin. in §. fin. in auth. de armis, dixit, quod si Tabellio deliquit in officio, non debet a modo posse hoc officium exercere. Quod autem diximus in Doctore reprobato, quod non possit amplius doctorari, fallit, nisi reprobatus in examine
2 iterum didicerit, † quia tunc posset iterum præsentari, examinari, & doctorari, Bal. in c. officij in fi. de elect. Ita de hoc est tex. satis notab. in cap. post translationem, ubi Bal. numero 5. de renuntia. & ita ex his uidetur quod si nouitius iterum de licentia fecerit nouitiatū, iterum ballottari posset. Adde ad hæc Iasonem in l. secunda, C. de præscrip. uerb. Et hæc salua, &c.

D. Iacob. de Grassijs à Cap.

SVMMARIVM.

1 *Mulier habere potest bona triplicis conditionis.*
2 *Bona Paraphernalia quæ, & quare sic dicantur.*
3 *Bona paraphernalia possint per uxorē a marito repeti quandocunque.*
4 *Mulier adultera non solum dotem, sed etiam paraphernalia amittit.*
5 *Bona in dubio præsumuntur peruenisse de bonis uiri ad uxorem.*
6 *Præsumptio quando euitatur delicti, præsumitur qui ex bonis alterius acquisiuisse.*
7 *Opera capitur dupliciter, proprie, & improprie.*
8 *Operæ quædam dicuntur officiales, & quædam artificiales.*
9 *Obedientia in quo differat a reuerentia, & honorificentia.*
10 *Operæ artificiales alio nomine uocantur fabriles, & industriales.*
11 *Votum licet nemo sanæ mentis prohibeatur emittere, multæ tamen personæ prohibentur.*
12 *Vota quorundam licet possint reuocari per eorū superiores, tū hmōi uouentes, ac reuocātes nō peccāt. ut nu. 14.*
13 *In uotis semper excipitur auctoritas superioris.*
15 *Vir potest reuocare uotum, quod prius permiserat uxori ut faceret.*
16 *Vidua tenetur adimplere uotum a marito reuocatum.*
17 *Vota ab uxore emissa, quæ maritus irritare non ualeat. nu. 21.*
18 *Vxor debet operari uiro sicut seruus domino. nu. 20.*
19 *Maritus causatiue potest uxorem compellere ad operandum.*
22 *Dos quando dicatur sufficiens.*
23 *Eleemosyna quando ab uxore fieri potest absque uoluntate uiri.*
24 *Intellectus ad textum in l. sicut patronus, ff. de oper. libert.*
25 *Vxor multa facere potest absq; consensu uiri.*
26 *Vxorem esse quasi famulam uiro, qualiter intelligatur.*

Vo-

27 *Vota quæ sint, quæ adimpleri nequeant absq. consensu uiri.*
28 *Epilogus eorum, quæ dicta sunt.*

Consilium I.

INterrogatus an maritus possit irritare uota realia hac lege emissa, ut ea soluat de acquisitis ex operibus manuum suarum, unde Clementissimi Dei, & Deiparæ Virginis subsidio implorato: vt præsentis consultationis uerã conclusionem mihi aperire dignetur, cum non simus sufficientes aliquid ex nobis cogitare, ut præclare scripsit Apostolus, sed ex Deo est oĩs nostra sufficientia, & quo facilius decidatur dubium, nonnulla præmitto, & primum, quod bona, quæ po-
1 test habere mulier, † sunt triplicis conditionis. Quædam enim sunt bona dotalia, & in istis maritus plenã habet administrationem iure suo, Quædam sunt bona paraphernalia, & quędam sunt bona extra dotem, quarum administrationem retinet sibi: quia non tradit ea bona marito, nec quasi tradit. ita Baldus in l. maritus, nu. 2. C. de procurat. Bona
2 paraphernalia sunt illa, † quæ ipsa uxor defert secum tempore, quo inducitur in domum mariti, & ipsi marito eorum administrationem concedit uel tacite, ut quia illi tradit instrumenta, & nomina debitorum, argumen. C. de donat. l. 1. argumen. l. fin. cum glossa in verbo usuras, & ibi Baldus, C. de pact. conuen. tit. d. l. maritus, uel expresse, ut habetur in l. hac lege, & l. fin. C. eodem titul. & l. si ego, §. dotis, ff. solut. matrim. Et dicũtur paraphernalia, quasi iuxta dotem, a para, quod est iuxta & fara, quod est dos, quasi bona data iuxta dotem, ut notat Azon. in summa, C. de iure doti. numero 8. verum si talia bona inferuntur ab uxore in domumm mariti ea intentione, ut fiant uiri erunt eius, alioquin in dubio remanebunt uxoris, sed ideo plerunque traduntur ei, ut illa maritus custodiat, & non ut fiant eius: Quare possunt per vxorem à marito repeti quandocunque etiam con-
3 stante matrimonio, † ita Baldus in l. ubi ad hoc, in colum. pen. C. de iure dotium, & non possunt per maritum inuita, uel contradicente uxore administrari, l. hac lege, & ibi Baldus hoc notat, C. de pactis conuent. An uero vxor propter adulterium amittat hæc bona paraphernalia, Couar. in lib. 4. decretalium, in secunda par. de sponsali. §. 6. nume-
4 ro secundo, dicit communem esse opinionem, cum glossa in capit. plerunque, de donat. inter vir. & uxor. quod sic, sicut & dotalia, & allegat tex. in l. fi. C. de bonis mater. sunt & alia bona, quæ non sunt dotalia, nec paraphernalia, ut illa, quæ vxor habet omnino separata a bonis uiri, & in suo regimine, ac dominio reseruata, ut puta sibi data, vel ex successione delata, aut alias, de quibus loquitur text. in dicta l. maritus, & ibi Baldus, numero 2. modo de hoc constet per ueras probationes, alioquin in dubio præsumuntur ad
5 se peruenisse ex bonis sui uiri, † & per consequens desinunt esse uxoris, & sic erunt sui uiri, & hæredis, ita glossa indistincte tenet in l. cum oportet, Cod. de bonis quæ libe. ut habetur in l. Quintus Mutius, ff. de donatio. inter vir. & vxor. & in l. etiam, C. eodem titul. Huius autem præsumptionis ratio est, ne præsumatur acquisiuisse ex turpi causa, quæ turpitudo magis est fugienda, quam amplectenda, & præsumenda, Bal. in l. cum oportet in prin. circa finem, C. de bonis quæ liber. ubi dat doctrinam, quod quan-
6 do euitatur pręsumptio delicti, † pręsumitur quis ex bonis alterius acquisiuisse, & exẽplũ ponit in uxore, d. l. Quin-

Quintus Mutius, idem Baldus in d. l. cum oportet, & l. si vxorem, col. 2. uersic. Vtrum illud, C. de condit. inser. Angel. in consil. 141. super 1. in prin. & facit gl. 1. q. 1. in c. manifeste, quæ dicit, quod ad vxorem pertinet probare res non esse mariti, & tradit Baldus in cons. 67. punctus talis est. volu. 5. vbi dicit certum esse in iure, quod res empta per vxorem constā te matrimonio empta præsumitur de bonis mariti, nisi aliunde de se pecuniam habuisse alleget, & hoc etiā habet locum in uidua, quia militat eadem ratio ad euitandam malam suspitionem, ut notat Benedictus Capra cons. 13. pro declaratione prę dictorum, col. 2. sic pecunia, quam expendit filius, præsumitur esse de bonis paternis, ut concludit glossa in d. l. cum oportet, & ibi Doctores, Soc. cons. 61. in 4. uolu. & cons. 92. incipiente Circa primum in primo uolumine. Secundo præmitto, quod
7 opera dupliciter capitur, † large, & stricte. large appellatur omne, quod quis facit, uel non facit gratia alterius, sed stricte dicitur diurnum officium, & ita capitur in l. 1. ff. de operis libertin. & dicitur officium, quod quis exhibet alicui per diem scilicet artificialem, & non naturalem, hoc est per horas duodecim, & non uiginti quatuor, ut ff. de annu. lega. l. 2. & ff. de uerb. signific. l. 2. §. 1. licet quandoque officium ponatur pro operibus obsequialibus, ut in salutando, & similia, quæ alio modo dicuntur officiales, glossa in l. si non sortē, §. libertus, ff. de cond. indeb. At operæ quædam (ut modo diximus) uocantur officiales, siue obsequiales,
8 † quæ consistunt in curialitate, & reuerentia, & sub hoc nomine obsequialium comprehenduntur operę reuerentiales, obedientiales, & honorificæ, licet aliqua differentia sit inter istas: nam obedientia præsup-
9 ponit superioritatem, † & habetur ad mandatum, Est enim obedientia mandati executio, sed reuerentia nō requirit mandatum, quia mouente iustitia legis, uel moris exhibenda est, quāuis superior dormiat, taceat, uel nesciat, ff. de in ius uoc. l. nesciat, l. venia. ff. de oper. liberti. & honorificentia est quidam honor, qui debetur superiori, ut cum canonici occurrunt episcopo, & procedunt ante eum in suo felici ingressu processionaliter, sicut moris est, vel libertus, quando lauat pedes domini, uel quādo seruit ei in mensa. Quædam etiā operæ uocantur artificiales, quę alio uocabulo dicuntur fabriles, & indu
10 striales, de quibus loquitur text. in l. operæ, ff. de operibus libert. quæ nomina sunt synonyma idem significantia, scilicet artificiales, fabriles, & industriales: nam faber est artifex sed artifex est industriosus quandoque plus, quandoque minus, exemplum de istis operibus artificialibus in vxore, vt si esset obstetrix, chirurgica, vel textrix, aut aliter negotiatrix, & lucraretur aliquid, de his uide Panormitanum, in c. literas, ubi Ioan. Andr. extra de restit. spoliat. Ad operas obsequiales tenetur regulariter mulier uiro, nisi mulieris conditioni, & dignitati repugnēt, Abb. qui supra, sed ad secundas regulariter non tenetur, si dederit uiro dotē sufficientem, nos in 1. par. nostrarū decis. cap. 67. num. 9. Tertio præmitto, quod licet quilibet sanæ mentis
11 possit vouere, prohibentur † tamen quædam personæ, quæ ad emittendum uotum non habent liberam facultatem, sic prohibentur episcopi absque licentia Papæ, sic clerici sine licentia episcoporum, Religiosi sine uoluntate prælatorum, filijfamilias, & pariter vxores sine licentia patrum, vel maritorum, quod qualiter intelligatur, uide ea, quæ diximus in 2. parte nostrarum decis. lib. 2. c. 12. num. 23. Turrecrem. in c. sunt

sunt quidam, num. 2. 17. q. 1. Quarto quod personæ, quæ sunt subiectæ,
12 uoluntati alterius, † puta uxor, seruus, filius familias, &c. non peccant uouendo, quamuis huiusmodi votū non sit firmum sine consensu eorū, quibus subijciuntur. Etenim iuxta D. Tho. 2. 2. q. 88. in earum voto intelligitur debita conditio, si suis placuerit superioribus prælatis, argum. tex. in c. venientes, de iureiur. & cap. nō est, extra de uoto ubi in uotis semper excipitur auctoritas superioris,
13 † patet etiam, quod pater irritat uotum, & iuramentum puellæ, & vir uotum vxoris, sic etiam intelligitur reseruata auctoritas superioris in promissionibus, ff. ad municip. l. Imperatores & in constit. de feud. §. fin. Et idem in iuramēto c. ad nostram, d. c. uenientes, de iureiur. Hinc per illum tex. dixit ibi Imola, numero 4. quod si filius familias existens in studio iurauit creditori non exire domum debito non soluto, quod si pater eum reuocet, & exeat quæsita licentia a creditore, sed non obtenta, filius non est periurus, sic tenuit Feder. de Senis disputando, vt refert ibi Dominus Antonius, quia in tali iuramēto intelligitur exceptum ius patris, & superioris, idem pariter dicendum est in uxore. Quare pater, tutor, maritus, & prælatus non peccant, reuocando votum sub ditorum
14 sibi, † sed utuntur iure suo a Deo, & a Canone sibi concesso, & nec ipsi vouentes pecant, non implendo, ca. noluit, c. manifestum 33. q. 5. Quod si quis obijciat magis esse obediendum Deo, quam hominibus, cap. si dominus, xi. q. 3. scribitur enim uouete, & reddite, c. magnæ extra de uoto. Respondetur, quod mulier obediendo uiro non peccat, quia in hoc casu Deus hoc vult, & præcipit, ut ostendatur quanta sit subiectio mulieris uiro, quod procedit, ut mulier
15 teneatur marito obedire, † etiam si vir uellet reuocare id, quod prius vxori permiserat, Turrecrem. in cap. manifestum 33. q. 5. & hoc est quasi mirabile: Etenim si prius mulier erat obligata alteri homini, uir non potest eam ab illa obligatione liberare, & tamen liberat eam ab illa obligatione, qua tenetur Deo. Et hoc ideo secundum Hugonem, quia hoc specialiter exprimitur a Deo, siue a lege, sed non illud. Verum secundum ueritatem mulier non absoluitur ab obligatione, qua tenetur Deo, sed non tenetur exequi, & adimplere promissum uiuente uiro, sed eo mortuo tenebitur, ita Archidiac. in
16 d. cap. noluit. Quare aduertant confessarij, quod quando mulieres in cōfessione dicunt, se multa uota emisisse siue ieiunandi, siue abstinendi a carnibus tali die, siue induendi cilicium, &c. si ea fecerint perpetuo, insinuent illis se dicta uota propria auctoritate reuocare non posse, auctoritate autem mariti ea uota posse sine peccato reuocari. Et hæc sunt intelligenda de uotis illis, quæ marito obsunt, & incommodant, vel bonam domus, & familiæ administrationem impediūt, ut si uxor uoueat ieiunia, peregrinationes, abstinētias, & similia. Admoneant tamen uota illa mortuo uiro adimplere debere, Hæc Archidiac. in d. cap. noluit. cæ
17 tera vero vota, vt recitandi preces aliquas, largiendi eleemosynam de ijs rebus, quarum habet liberam potestatem, & administrationem, uel si uotum fecisset vxor non mentiendi, non peierandi, non dicendi falsum testimonium, non posset maritus illa irritare. Quibus sic præmissis, quod maritus possit irritare uotū ab uxore emissum, ut soluat de acquisitis manuum suarum, facit tex. primo in l. sicut patronus, ff. de ope-
18 ris libert. ex quo tex. & glossa habetur vxorem operari uiro, l. sed si uir, ff. de donatio. inter virum, & uxor.

Hinc

Hinc dixit Bald. in l.assiduis. C. qui poti. in pign. hab. quod vxor debet operari uiro, etiam in telis faciēdis, Afflict.decis.44. num. 30. sic seruus debet operari domino, l. 3. §. si quis seruum,ff.de statu liber. vnde dicit, tex.in c.hęc imago,& c.est ordo.33. q 5.quod vxor est penè famula uiri, & tenetur ordine naturali ei seruire: vnde quod operatur, cedit lucro uiri.per d.l.sicut patronus: vnde casu,quo non vellet uxor operari, tunc
19 posset maritus causatiue † puta subtrahendo sibi alimenta,eam compellere,ut ei seruiat,hoc est sibi subijciatur.sic ibi exponit.Turrecrem.si ergo vxores uiro sunt subiectæ,fit, ꝙ uotum sine mariti consensu emittere non ualeant, sicut nec seruus, ut dixit D.Tho.2.2.q.88.art.8.Archid. in cap.si quis incognitus,17.q.2.& si emittunt,illud exequi non tenentur absque licentia maritorum, cum lucrum, quod percipiunt ex operibus suis, fit mariti, vt videtur annuere glossa in d.cap. est ordo. immo dixit Turrecrem.in c. sunt quædam, nu. 9. 37. q. 1. quod uir potest etiam illa uota irritare,quæ fuerunt emissa ante matrimonium contractum, quæ contracto mattimonio non dum erant completa,d.cap.noluit,quod intellige quæ sibi, & familiæ administrationi rei domesticę nocent. Rursus facit quod habetur per Antoniū de Prato ueteri in consilio, quod incipit, Vere crudelis, quod est post consilium Alex.109.in 4.par. consil. vbi habetur, quod quæsita ex operis ipsius uxoris,sunt ipsius uiri:q a tenetur vxor operari uiro,de quo etiā per Doct. in l.si cum dotē,§.transgrediamur,ff.sol.matr. At pro cōtraria parte facit, quod possit vxor aliqua uo-
21 ta emittere, & obseruare absque uolūtate uiri,ut quæ exequi potest absque scandalo eius:nam illa non tenetur frangere, sed adimplere, ut vouit, videlicet si promisisset dare de suo pauperibus, si haberet bona extra dotem,vel paraphernalia, uel si operetur manibus suis, modo dede-
22 rit dotem sufficientem, † quę tunc dicitur sufficiens, quando satis esset ad alimentandum se, & maritum, vel communes filios,saltem ubi maritus esset inutilis,& nō haberet, unde se aleret;quia tunc id quod operatur, cedit lucro vxoris, & per consequens potest uota de illo lucro adimplere,sicut etiam a simili idem dicimus vxorem, quæ non potest eleemosynam largiri absque consensu uiri, posse tamen licitè illam facere
23 de bonis paraphernalibus,† & alijs extra dotem, uel si fuerint lucrata, ita,quod exhibuta gubernatione domus,ac familię,ut refert Syluester ī uerbo eleemosyna,uersic. Quintū, & viij. vnde non obstant in contrarium adducta, & primo textus, & glossa in d.l.sicut patronus,quia textus ille intelligitur, quando mulier non dederit dotem sufficientem pro sustinendis oneribus matrimonij:
24 † nam tunc operabitur uiro usque ad supplementum onerum,& quod superest cedit lucro suo, & non mariti, vel quo ad quasdam operas paruæ existimationis, quas similiter debet operari,argum.ff. com mod.l.in rebus,§. præsenti,& ff.soluto matri. l.si cum dotem,§.sin autem. Quod secus esset, quando dedisset dotem sufficientem: quia tunc licet teneatur ad opera obsequialia, & officialia,ut lauare caput, & pedes mariti, &cæt. & hoc inspecta conditione suæ personę,facit tex.in l.interdum, ff.de oper.libert.non tamen tenetur ad opera artificialia, ut si esset obstetrix,aut negotiatrix, ita Abbas in c. literas,extra de restitut. spoliat. Syluest. in verbo vxor: quia tunc lucrū sibi cedit. Hinc fit,quod uxor potest
25 † societatem contrahere cum uiro, textus optimus in l.alimenta, §.fin. ff.de aliment.& cibar.legat.& item

si con-

& conducit prædiũ, sibi acquirit, itẽ si stipulatur aliquid cum uiro, acquirit sibi partem suã, l. scripturæ, ff. de fi. instrum. sic pariter, si non esset ad uiri obsequium, ad nullas operas tenetur, facit tex. in l. si stipulata, ff. de don. inter vir. & uxor. igitur intelligenda est propositio illa, mulierẽ esse quasi famulã viro, † scilicet quo ad opera obsequialia, uel artificialia, uel qñ non habet dotem sufficiẽtem, non aũt simpliciter: quia, non transit in potestatem uiri, sed secundum quid, quatenus est sub cura, & regimine uiri, & quo ad debitũ coniugale, & communia obsequia, ut dixit Bald. in l. assiduis, C. qui potio. in pign. habean. nu. 4. qui interrogatus sæpius, respondit non posse vxorem uiuente uiro facere telas pannorum lini, uel lanæ, aut aliqua alia manualia, quæ intra domum uiri exercentur: pariter nec obstat, ꝙ uotũ emissum ab uxore sine licentia uiri non ualet, cum sit subiecta uiro: quia illud intelligitur de uotis, † quæ adimpleri non possunt sine scandalo uiri, & quæ sunt præiudicialia obligationi, quam habet ad uirum, & iuri matrimoniali, ut de ieiunio tali die faciendo, de nõ comedendis carnibus, uel aliud huiusmodi, ita Turrecr. in d. c. manifestũ, nu. 2. non tñ, quando fieret de lucro prouenienté ex operib. artificialibus eo modo, ut diximus: quare ex his oĩb. perspicue hæc præsens difficultas facta fuit, qñ igitur similis casus occurrit, † interroganda est mulier, an dederit dotẽ sufficientem, quæ satis est ad alendũ se, & maritum, atq; cões filios, quod si sic, poterit emittere huiusmodi uotum, ut nec maritus illud irritare ualeat, teneturq; mulier illud adimplere, sed si dederit dotem insufficiẽtem, & nec alia bona extra dotẽ habeat, poterit maritus irritare, quamuis uxor cũ consensu uiri illud emiserit, ut dixit Turrec. in d. c. sunt qui

26 (margin: se quasi famulã viro)
27 (margin: lud intelligitur de uotis)
28 (margin: igitur similis casus occurrit)

dam. Verum cum ĩ casu nostro mulier, quæ uouit sit huiusmodi conditionis, quod non habet dotem sufficientem, & fuit admodum fragilis ad emittenda uota multa abstinentiæ, atq; realia, arg. text. in c. 2. de uoto, ideo concludimus posse absque peccato talia uota a marito irritari, insinuando mulieri, ut eo mortuo teneatur ea adimplere, quæ de uotis personalibus dixit Archid. in d. c. noluit. Et hæc salua, &c.

D. Iacob. de Graffijs a Cap.

DE VOTO.

Consilium II.

SVMMARIVM.

1 *Vouentis intentio est prius in votis exploranda.*
2 *Communicans pluribus verbis excommunicato vnicam excommunicationem contrahit.*
3 *Excommunicatione vna ligatur clericum percutiens pluribus ictibus.*
4 *Fornicãs multipliciter vna vice qualiter puniatur.*
5 *Pœnæ debent delictis commensurari.*
6 *Ludi plures facti eodem tempore cum pluribus, an habeantur pro vno ludo.*
7 *Facta de proximo licet plura sint, habentur pro vno facto.*
8 *Obligatus duplici vinculo ad horas, transgrediendo semel tantum peccat nu. 10.*
9 *A ludo recedens qui mutato proposito illico redit, dicitur bis ludere.*
10 *In fraudem uoti non est aliquid faciendum.*
11 *Confiteri quis tenetur quoties peccat, seu numerum peccatorum.*
12 *Indulgentiam lucraturus accedens pluries ad ecclesiam, an toties lucrabitur, quoties accedit.*
13 *Periurium an toties quis committat, quoties venit contra illud.*

14 *Actus toties multiplicatur quoties cõsummatus iterum geminatur.*
15 *Delicta tot sunt, quoties quis facit contra prohibitionem.*
16 *Continuo quæ fiunt, pro vno facto habentur.*
17 *Adulteria tria eodem die commissa in foro fori, quando habeantur pro vno.*
18 *Accusatio nascitur ex quolibet coitu.*
19 *Ludens ad azardum si pluries ludit, quare puniatur semel pœna statuti.*
21 *Testis qui pluries dixit falsum super diuersis articulis, an semel puniendus sit.*
22 *Epilogus eorum, quæ dicta sunt.*

INTERROGATVS iterum, vtrum votum personale non ludendi nisi decem pro vna vice sub pœna soluendi aureos quingentos Nunciatæ Beatissimæ, dicatur fractum, si ludendo pluries in die transgressus fuerit summum ab eo taxatam, Et prius Dei nomine inuocato auxilio, & B. Mariæ semper Virg. implorato suffragio, præsuppono primum, q; confessarius debet explorare prius intétionem vouentis,
1 †cum eatenus se extendat votum, quatenus se extendit eius intentio, vt dixit Do. Thomas, quem sequitur Caiet. 2.2.q.189. art. 4. nã si intellexit votum emissum, scilicet vt non ludat nisi decẽ in die, tunc pluries ludendo dicitur frangere votum, sed si est in dubio: quia solum verba expressit, & ignorat qua intétione, & mente illa expresserit, vt in præsenti lusore, tunc vidẽdum erit, An isti plures ludi facti eodem die cum eodé lusore sint diuersi, & plures ludi censeantur, vel habeantur ꝓ vno: quia si essent plures, q̃uis excesserit summã, modo non excesserit in vno ludo, nõ erit transgressor sui voti, etiã si habeatᷣ pro vno ludo. At si fuerint plures, & distincti ludi, & summa aureorũ simul excessa, secus erit dicendũ. Igitur q; pluries ludendo in die videatur semel tm̃ ludere, multa faciũt, & primo, qui pluribus verbis cõicat excõicato, vnicã excõicationem contrahit
2 †c. nuper, de sent. exc. notat Io. And. ĩ reg. delictũ, de reg. iu. ĩ 6. & qui plures iniurias eiusdẽ speciei alicui dicit, vnica tm̃ actione teneť. Bar. ĩ l. itẽ apud Labeonẽ, §. 1. ff. de iniur. & qui clerico plures intulit ictus, non tot excõicationibus, sed vna solum est excõicatione innodatus. Ita probatur per text. in c. si quis suadente 17. q. 4. arguendo per singulare. Si quis, & singulare clericum, & per plurale manus, & per singulare anathematis, ex quibus colligit hic studiosus, q; vnus vnum pluries percutiens vnã tantum excõicationẽ incurrit.
3 † Ad idem decretalis, de sent. exc. c. cũ pro causa, ibi percussit in dormitorio, & traxit verberando per claustrũ, Ad idem de sent. & re iud. ĩ 6. c. ad Apostolicæ: nam ibi dř in singulari sacrilegium perpetrasse, qui Cardinales, prælatos, & clericos multos capi fecerat: ergo sic in casu nostro, qui pluries in die luserit, semel tantũ lusisse dicendus est. Secundo fortius arguitur, fornicationes vna die perfectæ, & multiplicatæ pro vno delicto haberi videntur: ita vř dixisse Bald. in
4 l. quicunq; C. de ser. fug. col. 3. quem refert in c. licut, nu. 4. extra de testi. quia diuersa facta pro vno cõputantur ratione continuationis, & ita fornicatio multiplicata debet haberi ꝓ vno delicto, de hoc etiã habetur per D. Cardinalẽ Florent. in clem. 1. §. si qui in prima oppositione, de priuil. post Petrũ de Anch. ibi n. 14. quo in loco Cardinalis dicit, Ex his habito respectu ad hoc capitulũ arguitur secundum Laur. q; non magis peccat, quis multiplicãdo fornicationes cũ muliere vna nocte, q̃ pro vna fornicatione. Hinc ẽt Bal. ĩ c. cũ ecclesia, de causa possel. & propr. nu. 6. dixit, quod

ꝙ tria adulteria cõmissa cum muliere, anteq̃ diuertat ad extraneos act⁹, habent̃ pro vno maleficio continua to, seu aggregato. Tertio corroborari potest hæc sñia: quia pœnæ debẽt
5 delictis † cõmensurari, text. est in l. cum quidã, extra de iureiur. c. quæsiuit, extra de his, quæ fiunt a maio. par. cap. sed modo qui pluries accessit ad domũ alterius, vnica ei pœna adulterij imponitur, gl. ĩ l. vulgaris, ff. de furtis, vr̃ notari 27. q. 1. c. virginibus, & in l. si quis viduã, ff. de quęstio. vt dixit Ancha. in d. clem. 1. nu. 14. ergo vr̃, ꝙ vnicũ tantum erit delictum, cum una solum debeatur pęna: quod si quis respondeat secundũ Bart. ibi, ideo semel imponi pœnam pro diuersis adulterijs: quia pęna nõ est iterabilis, cũ pro adulterio debeatur pęna mortis, l. quãuis, C. de adulter. ergo secus, qñ pœna esset iterabilis: vnde maior pœna esset imponẽda pro pluribus fornicationibus, qñ pęna esset iterabilis: At contra notat Barto. in l. inficiando, §. infans, ff. de furtis, vbi dicit, ꝙ si statuto caueatur, ꝙ si quis luserit ad azardũ, † puniatur in centum, modo aliquis lusit cum pluribus in eodem loco vno sero, & pluries vicit, & perdidit, ꝙ nõ videntur plura delicta, & plures ludi, ex pluralitate vincendi, sed vnus, cum totus iste ludus dicatur vnus, donec sit habitus pro cõpleto, & absoluto recedentibus lusoribus: Non. n. quis potest perfecte vicisse, donec ludus nõ sit perfectè cõplet⁹: q̃a adhuc superest timor pditionis. multa. n. possunt accidere, per quæ pecuniã, quã vici, perdã, & recedat a me, l. naturalem, §. 1. & l. laqueũ, ff. de acqu. rerum dom. facit tex. in l. qui cum maior, §. accusasse, ff. de bonis libert. & in l. in seruitutem, §. petijsse, ff. eod. tit. & ita ex his clare patet ludentẽ pluries in die pro semel ludere habendum. Quarto hoc videtur confirmari per dictum Bar. in l. de quibus, nu. 12. & in repet. nu. 17. ff. de legib. vbi ea, quæ fiunt de pro-
7 ximo, licet plura sint: † tamen præsumuntur esse idem, vt notatur in l. nonnunquã, ff. de iud. & dicuntur fieri de proximo secundũ eundẽ ea, quæ fiunt eodẽ die, Quinto duplici obligationis vinculo ad horas canonicas recitandas tenetur: quia est be
8 neficiarius, & in sacris, † facit text. in c. fi. de rescr. & habetur in declaratione Sacri Concilij Lateranensis sub Leone X. sess. 6. §. statuimus. Itẽ per glossam in ca. 1. extra de celebr. miss. & tamen transgrediendo præceptum, semel tantum peccasse dicitur, quemadmodũ qui huiusmodi distinctis obligationibus ad horas canonicas tenetur, satisfacit semel illas recitãdo: sic testis, qui simul interrogatur de pluribus articulis sub iuramento, & in omnibus mẽtitur, non plura periuria, sed vnicum tantum periurium committit, Archid. in c. inter cætera, nu. 2. 22. q. 4. Bald. in l. quicunq;, nu. 6. C. de seruis fug. ergo qui pluries in die luserit semel solum lusisse dicendus erit. Ex altera vero parte, ꝙ iste non dicatur fractor voti pluries ludendo, cum sint diuersi ludi, & in quolibet ludo non excessit summam decem; primo facit: quia iste vouit non ludere nisi decem pro una vice: ergo discedendo a ludo, si postea ludit, dicit̃ alius ludus, & per cõsequens non est trãsgressor voti; ita additio ad Bart. in l. inficiãdo, §. infans, ff. de furtis. L. C. verbo dicatur. vbi limitat dictũ Bartoli dicentis, ꝙ si uno sero luserit cũ pluribus, & pluries vicerit, & perdidit, totus ille ludus dicitur unus: nã si unus a bancho ludi recesserit cum
9 proposito amplius non ludendi, † & postea mutato proposito redeat, licet in continenti, dicitur bis delinquere, vt notatur in l. 1. §. si rem, ff. depositi, ita Angelus in d. l. vulgaris, in princ. quod idem esset, si statu

tum punitur inuentum ad ludum: quia si tūc pluries quis inuenitur ad ludū, pluries punitur, quãuis sit continuatus ludus: nam ad inuentū fit relatio, vt l. quid ergo, in princ. ff. de his, qui not. infamia, facit C. de seruis fug. l. si fugitiui serui, quod idē dic de deponēte arma, & postea mutato proposito ea reassumente, quod secus videtur, si non mutato proposito recessisset, & deinde iterum lusisset: quia tunc videretur fecisse in
10 fraudem voti, † Quod non est faciendum, sic nec aliquid faciendum est in fraudem priuilegiorū, c. quanto, extra de priuileg. sic neq; in fraudem canonis, c. constitutus, de conceff. præb. sic neq; in fraudem legis, ff. ad Senatusc. Maced. l. 4. §. his aūt, vide Anch. in d. c. quanto, nu. 4. Secundo facit glossa notabilis in c. imitare 6. q. 1. quæ concludit imponendam esse pœnitentiam pro quolibet actu, hinc notat ibi Archid. nu. 6. ꝙ quoties quis peccat, toties confiteri
11 tenetur, † arg. tex. in d. c. imitare. & 25. q. 1. c. 2. & ita quoties aliquã quis mulierem carnaliter cognoscit, toties cōfiteri debet, nisi esset aliquis, qui diu perseuerasset in actu carnali cum vna. etenim tali casu sufficit dicere se perseueranter peccasse in illo genere peccati, & per tantū tempus id egisse, de pęnit. dist. 5. c. 1. secundū Laud. qui ita notat in c. 2. 25. q. 1. hoc tamen intelligit Præpositus in d. ca. imitare, nu. 3. quando pęnitēs aliter exprimeret confessori, ꝙ possit confessor verisimiliter elicere quoties confitens tale peccatū cōmiserit, puta quia dicat, Cōcubinam tenui, vel amasiam per annum, cum ea peccaui carnaliter perseuerando dicto tēpore, & sum assuetus cum ea peccare semel, vel toties in hebdomada. Ego tamen hoc arbitrarer esse de consilio: quia sufficit dicere perseuerantiam temporis, vt habetur per Archid. & Aegid. Bellamęram per tex. in cap. consideret, versicu. quantum perseuerauerit, de pœn distinc. 5. vnde tali casu confitendo perseuerantiam temporis, nec numerum postea confiteri tenetur, si illum recordaretur, vt nos diximus in appendice, libro 1. capitu. 9. numero 23. faciunt etiam hæc ad quæstionem, ꝙ si eadem persona vadit eodem die pluries ad locum, vbi cōceditur cer
12 ta indulgentia, toties, † quoties vadit, indulgentiam consequetur; ita tenet Card. Flor. in clem. 1. versicu. quibus, de priuileg. & clemen. 2. versic. ad hæc, de pœnit. & remissio. verum D. Thomas in 4. sent. distinct. 20. quęst. 3. art. 2. ita concludit, quod aut indulgentia est perennis, hoc est sine alicuius temporis determinatione, vt dicendo, Quicunque iuerit ad ecclesiam talem, consequitur indulgentiam. (verbi gratia) vij annorum, & tunc quoties vadit, toties cōsequitur. Aut indulgentia conceditur cum temporis determinatione: ita dicendo, quicunque iuerit ad talem ecclesiam vsq; ad tale tempus, vel quicunque vadit tali die, & tunc non consequitur indulgentiam nisi semel tantum, licet pluries vadat, ad quod bene facit tex. in cap. 1. & 2. de fil. presbyt. lib. 6. & de præb. c. non potest. 2. responso eodem libro. Igit quando indulgentia cōceditur sine temporis pręfinitione, tunc quoties vadit, toties indulgentiam consequitur. Ad idem facit text. in c. ad apostolicæ, verbo deierauit sæpius, de re iud. in 6. vbi toties quis cōmittit peccatū, quoties venit contra iuramentū, facit tex. in c. venerabilem, versi. sicut, extra de ele. & c. quoties 22. q. 5. Abbas in c. cum in ecclesijs, in fi. de maior. & obed. Quod si quis obijciat textum in cap. cum haberet, de eo qui cogno. consanguin. vxo. suæ, vbi ille iurauerat non adhęrere adul
13 teræ, † & post iuramentū per multum tempus illi adhæsit, & tamen dici-

dicitur ibi, ꝙ ille tamdiu in adulterio, & periurio perdurauit, dicit tex. in singulari periurio, & non periurijs, & sic videtur, quod veniẽs multoties contra promissionem iuratã, non incurrat pluries periurium: nã potest dici, quod ibi sumitur periurium in genere quod durauit in perpetuum, etiam dato, quod pluries venisset contra iuramentum, sed in textu, in cap. ad Apostolicæ, sumitur in specie: Vnde si vna die facit contra iuramentum, est periurus, si postea alia die facit contra iuramentũ, est periurus in diuersa specie, licet postea in genere idem sit, ita Gem. in d. cap. ad Apostolicæ, §. sed licet, nu. 11. Tertio facit, quia actus toties multiplicatur, quoties semel perfe-
14 ctus iterum geminatur, † (Exemplum) in delictis, qui adulteriũ opere completum iteraret, dicitur duo adulteria commisisse. Baldus in ca. cum ecclesia de causa possess. & propriet. Nauar. in Manu. c. 16. versic. Quartum, sed iste ludum completũ iterauit: ergo ludum bis multiplicauit. Quare si in quolibet ludo non excesserit quantitatem promissam, nõ dicitur voti transgressor. Quinto ludus videtur esse actus, qui quandam habet successionem ex reiteratione, & tunc quot ludos quis facit, tot actus fecisse videtur, sic a simili dixit Bartolus in d. l. inficiando, §. infans, nu. 6. prohibitum est, ne vinum vendatur vltra octo denarios pro qualibet foglieta, seu mensura
15 † tota vna die vendidisti, certe putat Bartolus quot personis vendidisti, & quot mensuras singulariter vendidisti, tot sint delicta, vt l. cum mancipium, ff. de ædil. edicto, l. scire debemus, de verbor. obligat. facit ad hoc glossa singularis in d. ca. imitare, versic. Tertiò, vbi dicit, ergo videtur, ꝙ toties pęnitentiam faciam, quoties committo fornicationem ẽt cum eadẽ muliere, & ꝙ quasi pro diuersis delictis sit mihi pœnitẽtia iniungenda, vt de pœn. dis. 5. c. consideret, & de pœn. d. 1. c. mensurã, sic ad propositum qui post ludum completum recedendo a bancho mutato proposito iterum ludit cum alio, vel cum eodem, dicitur denuo ludere quãuis secus esset, si ego luderem vna simul cũ pluribus personis: quia tunc ex illa pluralitate personarũ, cum quibus vna simul ego ludo, nõ dicuntur plures ludi, vt dixit Barr. vbi sup. n. 6. in fine: oportet ergo, ut sit multiplicatus ludus, ꝙ recedã a bancho, & deinde mutato proposito ego redeam, licet in continẽti, vt supra diximus. Et tenendo hanc opinionem non obstant in contrarium adducta, & primo, ꝙ qui plurib. verbis cõicat excommunicato, semel tãtum est excõicatus, sic de irrogantibus plures iniurias, ac de sufferentibus plures ictus clerico illatos: nam ideo illud est, quia quę cõtinuo fiũt,
16 † pro vno facto habẽtur, ff. de adul. l. quod ait, §. fin. sic dicimus de illo, qui occidit filiã, & adulterum, & de his, quæ vnico impetu fiũt vnica est snĩa, & qui plurib. vulneribus vnico ictu aliquẽ occidit, vna erit actio de occiso: ita Io. Andr. in regula Delictũ, nu. 16. in fi. & 17. & ita responsum est ad textum in c. cũ causa, de sent. exc. Sic nec obstat secundum, ꝙ fornicationes vna vice perfectæ, & multiplicatæ pro vno delicto habeantur: nã rñdeo, ꝙ Bal. in c. cũ ecclesia, extra de causa poss. & propr. Loquitur de actib. quo ad inducẽdã consuetudinẽ, ideo vult una cũ Bar. in d. l. de quib. ꝙ actus consũmati, & pfecti eadẽ die sunt frequẽtes actus: vnde tria adulteria eodẽ die cõmissa sunt tria adulteria, & nõ vnũ, sed in foro fori ad inducendã cõsuetudinẽ
17 reputantur pro uno, † qñ fiunt eodẽ die: quia non potest constare de consensu populi, sicut qñ fiunt successiuè diuersis dieb. & tpib. arg. ad hoc

ad Senatusc. Vel.l.si mulier.& ff.ad l. Aquil.l.illud in fin.nam ad introducendam consuetudinem requirũtur tot actus, ex quibus insurgere possit expressus, vel tacitus consensus populi, vel habentis potestatem legis condendæ, de his vide Imolam in l.fin. ff.de consuet. sic etiam respondendum est ad id, quod arguebatur pro Laud. quod non magis quis peccat multiplicando fornicationes vna nocte cum muliere, quã pro vna fornicatione: quia fuit responsum non habere locum in foro pœnitentiali, vnde Archid. in d. cap.imitare,num.6.dixit & ita quoties fornicatur, toties confiteri debet, & Gemin.in d.cap.dicit, quod ex multiplicitate fornicationis multiplicatur contemptus Dei, & proximi, nouumque peccatum contrahitur toties, quoties mulier carnaliter cognoscitur; Pariter nec obstat, quod pluries accedendo ad mulierem carnaliter cognoscendam vnica pœna imponitur: ergo vnum est delictum,cum pęna sit delicto commensuranda: quia respondeo, quod fatendum est,quod ex quolibet coi-
18 tu nascitur accusatio, † l. Iulianus, ff.de adulter. sed quia pœna non est reiterabilis, quando pœna capitis imponitur,ideo glossa in d.l. vulgaris, ff. de furtis,dicit, quòd vna tantum pœna imponitur: vnde Bartolus in dicto §. infans,dixit quod qui ludit ad azardum, licet ludat cum pluribus in eodem loco, & eodem sero, tamen non tenetur nisi semel ad pœnam statuti dicẽtis, quod qui
19 luserit ad azardum † puniatur in tantum: sed respondeo, quod ideo vnicus est ludus propter vnicam offensam Reipublicæ,secus si consideretur offensa ipsius personæ læsæ: vt quia dicit statutum, quòd qui dederit alapam, puniatur in centum: tunc enim si quis plures alapas dedit etiam eodem tempore,& eidem personæ, locus erit multiplicationi pœnarum, ff.de priu. del.l.nunquã plura,& sic multo fortius pro pluribus fornicationibus cum eadẽ muliere habitis tenebitur ad plures pęnas, si est pęna iterabilis, Zabarella in d.cle.1.§.si qui 1. opposi. in fine. Nec etiam obstat quartum, quod ea,quæ fiunt de proximo,præsumãtur idem esse:quia respondeo,vt nu. 16.vltimo nec obstat illud de eo,qui distinctis obligationibus ad recitandũ officium tenetur:quia non recitãdo,semel tantum peccat: quia respõdetur,quod ideo illud est:quia diuer-
20 sæ illæ obligationes tendunt † ad eãdem rationem virtutis, vt nos diximus in appendice in 3.par.dec. li.1. c.9.nu.13. sic ad illud de teste: quia procedit, quando testis dixerit falsum super diuersis articulis,& illi articuli tenderent ad vnam conclusionem,& vnam victoriam:nã tunc vnum est delictum:nam si tenderẽt ad diuersos effectus,essent plura,ita Bartolus in d.§.infans,n.3. ergo sic in casu nostro: etenim quamuis qui pluries ludit, tendat ad eundem finem lucrandi, tamen ludi sunt diuersi:ergo sunt actus diuersi,& cõsequenter si non transgreditur summam, non videtur voti trãsgressor. Sed vt hæc omnia breuiter reassumamus diximus in votis prius ex prius esse explorandam mentem vo-
21 uentis, † vt si cognoscat confessor quatenus se votũ extendat:vnde ad casum nostrũ vouens sub pœna nõ ludendi nisi decẽ pro vna vice: quia tunc si intellexit in die,tunc pluries ludendo dicitur fractor voti. Sed si est in dubio, & ignorat qualiter intellexerit, & tunc pluries in die ludens, modo non excesserit summã decẽ pro vna vice,non dr̃ fractor voti,quãuis dicantur plures ludi,quod pluribus medijs probauimus,qd est intelligendũ qñ discedendo a ludo cũ proposito non ludendi, mutato pro-

proposito iterũ rediret ad ludum, vt nu. 9. sic toties quis confiteri tenetur, quoties carnaliter in die, vel nocte mulieré cognoscit, nisi diu perseuerasset in coitu carnali: quia tũc sufficit confiteri perseuerantiam, vt nu. 11. sic indulgentiã concessam sine temporis præfinitione toties lucrabitur, quoties ad ecclesiam vadit, vt nu. 12. sic cum ludus sit actus habens quandam successioné ex reiteratione, fit, ꝙ quoties quis ludit, toties ludus multiplicatus dicatur: Igitur si pluries in die ludens non excesserit summam decem in vno quoque ludo, fit, ꝙ non dicatur trãsgressor voti. Et hæc salua, &c.

D. Iacob. de Graffijs a Cap.

DE VOTO.

Thema Consilij III.

Solet sacra pœnitentiaria dispensationem voti simplicis religionis ex ea causa concedere, quod quis patitur stimulos carnis, quos sentit se continenter viuere non posse; quæ cum committi soleat sacræ theologiæ ministro, vel Decretorum Doctori ex approbatis ab ordinario, hoc est episcopo ea cõditione, vt iniungat dispensando frequentiã confessionis sacramentalis peccatorum suorum singulis scilicet mensibus semel, vel quoties sibi videbitur, & alia pœnitentiæ opera perpetua religionis ad eum finem, vt ea adimplens reminiscatur voti obligationis, qua astringebatur, Modo quæritur de duobus, & ita

Consilium hoc duabus difficultatibus absoluetur.

I. An is, cui dicta cõmutatio est cõmissa ex verbis illis, Quoties tibi videbitur, possit illam pęnitentiã confitendi singulis mensibus minuere ex aliqua iusta causa: vt qa probabiliter coniectat pœnitentem illam non adimpleturũ, vel verba illa intelligantur, ut possit illam restringere, ut confiteatur singulis xv. dieb. uel ter in mẽse.

II. Ex verbis eiusdem. An hoc arbitrium sit liberum, uel regulatũ.

PRIMAE DIFFICVLTATIS

SVMMARIVM.

1 *Vota simplicia quæ dicantur, & quæ solemnia, & an ita obligent, vt solẽnia nu seq.*

3 *Religiosus tenetur singulis mensibus confiteri.*

4 *Dictio vel de sui natura notat diuersitatem, & multipliciter capitur, n. 9.*

5 *Dispensatio vt odiosa non includit nisi primum actum post dispensationẽ.*

6 *Dispensandi potestas est fauorabilis, ideoque late extendenda.*

7 *Pœnitentia an, & quãdo iniuncta a superiore possit mutari ab inferiori.*

8 *Voti commutatio facta a Ro. Pontifice, an possit ex causa a confessario, qui hẽt hanc facultatem, commutari.*

CIRCA præsentem difficultatem, pręsuppono hoc primum, ꝙ uota simplicia di-
1 gnoscuntur † esse oĩa, & singula exceptis votis solemnizatis per susceptionem sacri ordinis, vel professionem tacitam, uel expressam factam alicui de religionibus approbatis p sedem Apostolicam, ut est tex. singularis in c. unico, de uoto in 6. nã uota alia quantumcunq; solemniter fiant, dicuntur simplicia; ita Frãcus in d. c. unico. An vero uotũ simplex
2 ita obliget, q̃ solẽne, † diximus in 2. par. nostrarũ dec. c. 12. nu. 35 & quæ ad solẽnizationem voti sint necessaria, hr̃ ibi, nu. 38. Quo quidẽ præmisso, ꝙ illa verba, Quoties tibi videbitur, debeant intelligi: vt potius re-

ſtringantur, quã amplientur, facit: quia cum ſacra pœnitẽtiaria limitet pœnitentiã, ut confiteatur ſingulis menſibus, vel quoties diſpenſanti vi debitur, colligitur mentẽ illius eam fuiſſe, vt ſi videat diſpenſans, ꝙ libẽ ti aĩo iuxta tex. in c. conſideret, §. ponat ſe, de pœn. diſt. 5. ſit paratus diſpenſatus frequentare confeſſionẽ, poſſit confeſſionẽ reſtringere ad minus tp̃s, quã eſt menſis. At ſi non eſt animo paratus, tunc vř, ꝙ non poſſit ampliare tempus appoſitum, & præfixũ, ꝙ confiteatur ſingulis mẽſibus, vt ſic confeſſionẽ adimplens reminiſcatur obligationis voti, quo aſtringebatur, ſi eſſet effectus reli-
3 gioſus; cum teneatur † religioſus cõfiteri ſingulis menſibus, vt habetur per gloſſam in c. cũ ad monaſteriũ, §. ſane, extra de ſtatu monac. ver. ſingulis menſibus. Sotus in 4. ſent. diſ. 18. q. 1. ar. 3. verum hoc non obſtante contrarium credimus, tum, quia in diſpenſatione addi ſolet ſingulis mẽſibus, uel quoties tibi uidebitur, ſed dictio uel de ſui natura ponitur
4 inter diuerſa † Card. in clem. 2. q. 2. de ætate, & qual. Marian. Socin. in c. non dubium, de ſent. excomm. & eſt alternatiua, Bald. in l. filiæ. C. famil. erciſ. omnes in c. inter cæteras, de reſcrip. vnde cum ad ueritatẽ alternatiuę ſufficiat alteram eſſe verã, Dec. in d. c. inter cæteras, nu 6. & ibi Ripa n. 24. Brunus a Sole q. 9. n. 27. Io. de Ana. in diſputatione de alienatione feudi, quæ incipit Illuſtris Achaiæ princeps ad partẽ negatiuam, nu. 15. ubi dicit, ꝙ dictio vel uerificatur ĩ uno, l. ſi hæredi plures, ff. de cõdit. inſtit. fit, ꝙ poſſit is, cui cõmiſſa eſt diſpenſatio pœnitentiã ex cauſa rationabili alterare: tum, ẽt, quia licet diſpẽſatio ſit odioſa, & iuris cõis alternatiua, gloſſa ſingul. in cap. niſi rigor, prima quæſtione ſeptima, 24. quæſtione tertia, c. ipſa pietas, hinc non includit niſi primũ actũ ſequen-
5 tem † poſt diſpẽſationem, facit tex. in c. non poteſt, de præbend. in 6. & quod notatur in cap. quod dilectio, extra de conſangu. & affin. & ideo ſi Papa diſpenſat cum ſubdiacono, ꝙ poſſit contrahere matrimonium, & hoc cõtemplatione certæ mulieris, quòd tunc non poterit contrahere niſi cum illa, & non cũ alia, pro quo facit textus notabilis in l. matrimonii, ff. de ritu nupt. ſic ſi diſpenſatur cum bannito, uel fiat ſibi ſaluus cõductus ueniendi ad ciuitatem, non obſtante banno, ut debeat intelligi pro una uice tantũ, De hoc gl. fi. in c. 1. de Fil. presbyt. li. 6. ubi Gem. facit textus in l. boues, §. hoc ſermone extra de uerb. ſign. & ita ex his habetur diſpenſationem eſſe odioſam, & ut exorbitantem debere ſtricte intelligi, tamen poteſtas diſpenſandi
6 eſt fauorabilis, † & ideo late eſt interpretanda, ut notatur in c. fin. extra de ſimon. ca. ſi cui, de præb. in 6. Calder. de conſan. & aff. conſ. 1. Dec. in c. at ſi clerici, §. de adulteriis, nu. 123. extra de iud. Hinc facultas diſpẽſandi data epiſcopis per textum, in c. cum ex eo, de elec. in 6. extenditur ad habentes uicariam perpetuam. Sic Io. de Anan. in c. fin. ibi tu conſidera, de cler. pugn. in duello, ibi contra Abbatem dicit, ꝙ ſi eſt conceſſa facultas epiſcopo diſpenſandi circa beneficium, includit etiam curata, & ibi ſequitur Geminianũ, niſi agatur de præiuditio tertii, ex quib. fit, quod cum hic agatur de facultate diſpenſationis, illa uerba uel quoties tibi uidebitur, ſint late extendenda in fauorem eius, cui fit diſpenſatio, ut ſi uidet diſpenſans, & bona fide exiſtimet non adimpleturum pœnitentiam confitendi ſingulis menſibus, poſſit illã dilatare arbitrio ſuo moderato. Tum etiam, quia ſumus in foro cõſcientiæ, & interiori, & ex
7 cauſa poteſt mutare pœnitẽtiã † iniunctã a ſuperiore, per tex. ſingulare

in

in c.tempora 26.q.7.nos in 4. par. nostrarum decis.lib. 1. c.31. nume. 11. & seq.c.accedens dist.50.33.qu. 2. c. admonere, sicut & procurator potest contrarium mãdare illius, quod mandauit dominus, ut ff.mand. l. si hominem, sic glossam in d.c.tempora, dixit singularem Ludouicus Romanus in suis singularibus, quod minor magistratus potest tollere legẽ superioris. Immo dixit Turrecre.ibi in d.c.tempora, hoc procedere, siue pœnitentia iniuncta fuerit in eo casu, de quo ab initio poterat inferior pœnitentiam iniungere cognita tamen causa, nisi superior sibi reseruauerit talem relaxationem, uel commutationem, argum. text. ad hoc in c.accedens, dist.50.d.c.tempora. 33. q.2.c.latorem, siue etiam pęnitentia fuerit iniuncta in casu reseruato superiori, modo urgeat necessitas, uel utilitas; quia tunc pium est interpretari, quod superior in his casibus cõmiserit inferiori auctoritatem commutandi, & relaxandi, immo per illam glossãm in d.c.tempora, inferri potest posse confessarium habẽtem facultatem commutandi ex causa si urgeat necessitas, uel utilitas † com-
8 mutationem factam a summo Pontifice de uoto, quod sibi erat reseruatum, in aliud commutare, (v.g.) Titius vouit religionem, quod votum per summum pontificem in frequẽtiam confessionis singulis mẽsibus, & in alia opera pia, quæ fieri solent in religione, fuit commutatum, & deinde causa subsistit, vt frequens confessio, & preces commutentur, potest commutare, & ratio est, quia prius votum iam per commutationem in aliam materiam est sublatũ quo ad illam materiam priorem, illud autem, in quod commutatũ est, non est reseruatum summo Pontifici, sicut a simili sublata excommunicatione Papali non est amplius casus Romano Pontifici reseruatus: igitur cum votum non sit reseruatũ in eo, in quod commutatũ est a summo Pontifice, fit, vt talis cõfessarius possit cõmutare. Rursus si recte consideramus, hic nulla fit commutatio pœnitentiæ, sed solum dispensans seruans sibi formam commissionis alterat propter illa verba, quæ habẽtur, vel quoties tibi videbitur: cũ dictio illa vel, multitipliciter capiatur,
9 correctiue, pro immo, Zabar. in c.decorem, num.5.extra de vita, & hon. cleric. & declaratiue, Host. in c. nobis, de purgat. Canon. & copulatiue pro Et. vt traditur in l.sæpe, extra de verb. signific. tamen hic ponitur disiunctiue, quod est proprie de sui natura, vt supra diximus.

Secunda Difficultas.

An hoc verbum uidebitur, importet liberam uoluntatem, uel arbitrium boni uiri, ita ut non possit pęnitentiam, quod cõfiteatur singulis mensibus alterare, nisi ex aliqua iusta causa.

SUMMARIUM.

1 *Videbitur verbum an habeat arbitriũ voluntatis & non boni viri.*
2 *Verba importantia arbitrium boni viri, quæ sint.*
3 *Pœnitentia est iniungenda arbitrio discreto, & prouido.*
4 *Denunciationes in causa matrimoniali possunt remitti arbitrio episcopi regulato.*
5 *Epilogus eorum, quæ dicta sunt.*

Circa hanc difficultatẽ, quod hoc uerbum uidebitur, importet liberam uoluntatem, facit dictũ Baldi in tit.de pace Constan.in pencar.in uerbo in aĩam nr̃am, ubi dicit
1 ꝙ qui habet potestatẽ faciẽdi † quicquid uiderit expedire, dicit̃ habere arbi-

arbitrium uoluntatis, & non arbitrium boni uiri, allegat textum in l. creditor, §. Lucius, ff. manda. optimus est textus ad hoc in cap. fin. extra de offic. ordin. ubi Zabarella ponderat illum textum ad hoc, quod illa uerba cum uiderint expedire intelliguntur pro sua sola uoluntate. Immo plus tenuit Ioan. Andr. in cap. 2. extra de iuramen. calumniæ, in 6. quod a sententia lata uigore huius commissionis, si uisum fuerit, non potest appellari. At pro contraria parte, quod uerbum videbitur importet non liberam uoluntatem, sed
2 arbitrium boni uiri † quemadmodum uerbum placebit: ita est textus in l. fideicómissaria, 2. de fideicom. libert. l. Thais, §. sororē, l. Lucius la 1. iūcta l. fideicommissaria. eod. titul. notat glossa in cap. 2. uerbo uisum, extra de corpore uitia. Bar. in l. si sic, in princip. ff. de lega. 1. Abbas par. 2. consil. 100. & cons. 4. in fi. c. causam, quæ, extra, de elect. igitur illud uerbum uidetur, intelligitur de uoluntate submissa rationi, hoc est de arbitrio boni uiri, Lapus allegat. 60. n. 4. Ancharan. in cap. quærenti, extra de uerb. signific. Felinus in cap. 1. num. si extra, de constit. Afflictus decis. 91. numero 5. sic etiam uerbum iudicio tuo importat arbitrium boni uiri, d. l. Thais, §. Lucius 2. facit textus in c. illud, extra de cleri. excom. ministr. idem de uerbo discretioni, notat glossa 2. in cap. cum uirum, de regular. Abbas in cap. 1. 4. colum. de sequestrat. possess. & fruct. Idem in verbo arbitrio tuo, Abbas in d. cap. 1. Idem in uerbo Misericordiæ tuæ, ut si quis se committat misericordię tuę: nam importat arbitrium boni uiri, secundum Innocen. in ca. ueniens, de renunc. idem in uerbo conscientiæ tuæ, cap. non solum, uerbo conscientiæ, de regular. in 6. idem in uerbo sensu tuo: quia intelligitur, quod iudicet ut bonus uir. Abbas in cap. 1. extra de constit. idem in uerbo plus, vt si testator grauauit hæredem, vt det uni eorum plusquam alijs: quia tunc intelligitur arbitrio boni uiri, textus est notabilis in l. cum filius, §. pater & ibi Bartolus notat, ff. de legat. secundo: igitur ex his uidetur hæc opinio amplectenda, quod uerbum uidebitur importet arbitrium boni uiri, eo magis, cum sit appositum in pœnitentia iniungenda, quæ iniungi debet arbi-
3 trio boni uiri, hoc est discreto, † de pœnit dist. 1. cap. quem pœnitet, ne nimis leuis uilescat, & nimis rigorosa conturbet: Item arbitrio prouido, de pœniten. distinct. 1. cap. mensuram: Immo bonum esset in aliquo casu graui dare pœnitentiam habita collatione cum aliquo sapiente, uide quæ diximus uolum. primo libr. 5. de pœniten. & remiss. consil. primo, numero 29. sic Menoch. consil. 69. dixit, quod ut denunciationes ad detegenda impedimenta matrimonij possint omitti, remittitur ar-
4 bitrio episcopi, † non quidem libero, & absoluto, sed regulato arbitrio boni uiri, ob uerbum illud, quod apponitur in Concil. Trident. sess. 24. cap. primo. Quare ex his omnibus
5 concludendum arbitror, † ut commutatio uoti simplicis religionis alicui doctori Decretorum delegata cum iunctione pœnitentiæ in frequentiam Sacramentalem confessionis peccatorū suorum singulis mensibus, uel quoties illi uidebitur, intelligi de arbitrio regulato, hoc est, vt habeat, uel putet habere iustam causam, ut ille non possit confiteri singulis mensibus, Alioquin absque iusta causa crederem grauiter peccare, qui commutaret pœnitentiam, (v.g.) ut confiteretur mense cum dimidio. Et hæc salua, &c.

D. Iacobus de Graffa Cap.

DE

DE VOTO.

Thema Consil. IV.

Quidam dum propensus esset ad ludum, uouit se nunquam lusurum, sub pœna soluendi aureos decem cuidam ecclesię toties, quoties. Vnde cum semel illud esset transgressus, atque probabiliter crederet in posterũ transgressurũ confessarium adijt, uoti cõmutationem petijt, qui cum cõmutasset ut eidem ecclesiæ solueret per uices aureos duos, iterũ, atq. iterum lusit, denuo uouit, atq; iuramento confirmauit non semel, nec eodem contextu, sed diuersis uicibus. Quod cum sæpius, atque sępius fregisset, ita quod si uellet pœnis satisfacere, nullatenus suæ facultates ad id sufficerent, cum sit filijs, & familia satis onustus, iterum petijt a confessario commutationem, & consilium, quid agendum esset super pœnis incursis, & An prima commutatio fuerit ualida, unde inuocato prius Dei nomine, & Beatissimæ Mariæ semper Virginis implorato suffragio dixi multa esse consideranda. Et ita

Consilium hoc sex difficultatibus esse assoluendum.

I. An prima uoti commutatio fuerit ualida.
II. An illa fuerit facta ex iusta causa.
III. An is, cui facultas cõceditur commutandi uotum, possit iure illud commutare, si fuerit iuramento confirmatum.
IIII. An uotum nunquam petendi ab alio, quam a summo Pontifice commutationem, sit ei reseruatum.
V. Ex uerbo pluries confirmauit, quæritur an unum, vel decem peccata comittat, qui decies diuersis uicibus uotum pluries corroboratum fregit.
VI. An per commutationem uoti sint remissæ pœnæ, & qualiter sit facienda huiusmodi commutatio.

PRIMA ET SECVNDA DIFFICVLTAS.

An prima uoti commutatio fuerit ualida, & an fuerit facta ex iusta causa.

SVMMARIVM.

1 *Voti redemptio, & commutatio qualiter differant.*
2 *Voti Redemptio qualis esse debeat.*
3 *Dispensare, & consequenter commutare qui possint.*
4 *Commutatio uoti est facienda in æquale, non tamen hoc scrupulose accipiendum est, & quandoque in melius num seq.*
6 *Voto commutato non dicitur pœna commutata. numero 7. in sexta difficultate.*
7 *Voti commutatio, quando non fit ut fieri debet, culpa non caret.*
8 *Voti commutatio quando fieri potest in minus bonum.*
9 *Vouens licet habuerit ratam commutationem, potest redire ad primum uotum.*
10 *Voti vinculum semper durat, si mutatio non est facta in æquè bonum.*

IRCA primam difficultatem Duo ad elucidationem sunt a nobis breuiter explicanda. & primam quod hic agitur de redemptione uoti. Ete-
1 nim differt † redemptio, & cõmutatio, sicut emptio, & permutatio: quia in prima requiritur pretium in pecunia numerata, vnde si ille, qui uouit ad sanctum Iacobum ire, haberet il lic

lic hostes, & non uersus Romam, & liberetur a prima liberatione, & obligetur ad uisitandum limina Apostolorum, commutatio est. Attamen impeditus ire si absoluatur, & pręcipitur sibi tátum dare pro Deo, quantum erat expensurus in eundo morando, & redeundo, iuxta notata per Abbatem in cap. magnæ, in princip. titul. nostro, iuxta tex. in c. 1. uersic. affluentia diuitiarum, eod. titul. redéptio est: Quæ quidé redéptio debet esse iusti pretij, & æqualis, ut nihil minus eroget, quam erat expen
2 surus, extra eodem cap. magna † Abbas ibi in princip. in uerbo integraliter. ita fuit hoc dictum originale Petri de Padula in 4. sent. dist. 38. q. 4. col. 8. uersic. prima: quamuis nos in 1. parte nostrarum decis. lib. 2. cap. 30. nu. 10. diximus satis esse in uoti redemptione habendam esse rationem in eundo, non autem in redeúdo, & ratio est: quia promisit solum ire, & non redire, Habenda est etiá ratio laborum in peregrinatione facienda, & illi commutandi sunt in aliud opus, in quo persona exerceatur, & fatigetur, ut in uigilijs, orationibus, & ieiunijs, Domi. Anton. de Buttrio in d. cap. magnæ, numero 2. Secundo præmitto, quod ij, quibus
3 facultas adest dispensandi, † & consequenter commutandi, sunt episcopi, vel superiores prælati, Innoc. in c. 1. tit. nostro, & ita de consuetudine seruatur, Hostiens. ibi nu. 2. in fine. Qui possunt super omni uoto simplici suorum parochianorum dispésare. Hæc autem in Archiepiscopo facultas ad diœceses sibi suffraganeas non extenditur, quoniam cura ei non incumbit animarum ordinaria, nisi in sua diœcesi, & si in causis forensibus ad eum fiat prouocatio, Abbates item, & religiosorum præfecti non solum generales, & prouinciales, uerum etiam & conuentuales eadem uigent dispensandi facultate. etenim in hac parte ueluti antistites sunt ordinarij suorum subditorum, haud tamen ad uota secularium, qui sibi sint subditi, eadé facultas protenditur, nisi ex priuilegio speciali, ita Sotus de iust. & iure lib. 7. q. 4. art. 3. colum. 3. nam ex speciali priuilegio vtique possunt, argumen. tex. in c. accedentibus, de excess. præl. in fine, insuper ij, qui ex iure, uel priuilegio funguntur uice suorum superiorum, huiusmodi sút uice rectores, uice præpositi, uice ꝓuinciales, & alij huiusmodi, in his, quæ spiritualia sunt aliorum loca tenentes; postremo ex demandata sibi facultate possunt ij, quibus conceditur, ut sunt confessarij, qui uel habent ex priuilegio, aut ex delegatione debent commutare in æquale, non tamen oporter scrupulose
4 hoc accipere, † sed sufficit arbitriú boni uiri cessante fraude, sic Syluester in uerbo uotum 4. quæ. 8. ad finem: quod magis hoc habet locum, si huiusmodi facultas in iubilæo aliquo conceditur; nam tunc magis pia commutatio fieri poterit, quia semper priuilegium ita interpretandum est, ut non sit superfluum, cap. 1. cum ibi notatis, extra de rescrip. quibus sic præmissis deuenio ad dubiú, An prima uoti cómutatio fuerit ualida. & dico quod non. Etenim recópésatio, quæ fit, pro uoto, uel debet esse melior, & Deo magis accepta, quá do sola uoluntas redimendi, uel mu
5 tandi subest, vel similis. † Sed si causa est in uouente, puta: quia infirmus, uel debilis ad peregrinandum, uel si res, quæ promittitur reddita sit uouenti difficilior, immo impossibilis, quia pauper, argum. tex. in cap. breui, cap. querelam, extra de iureiur. uel si probabile periculum immineat peccati: quia uotum sæpe uiolaret, Angles quæst. de uoto. Artic. 8. summa Azor. par. 1. Instit. moral. lib. 11. c. 18. dubio 4. quæ utraque

erat

erat in casu nostro, uel si uotum fuerit emissum in puerili ætate, vel ex leuitate, iuxta tex. in c. 2. eod. titu. & tunc in his casibus satis est, ut commutatio fiat in simile æquè bonum, per cap. quod super his, & c. magnæ, tit. nostro, ita Abbas, & cæteri scribentes eod. tit. 6. nu. 3. Immo quando in uoti commutatione est causa obstans, quæ ex re ipsa nascitur, nempe, quia res est ardua, & uiribus impar, ut in secundo casu emissionis uoti sæpius fracti, tunc potest quidem commutari uotum in minus bonū arbitrio commutantis, qui ex diuersis informabit motum animi sui; Non tamen commutato uoto dicun
6 tur commutatæ pœnæ: † nam is, cui data est facultas commutandi uotum non potest remittere pœnas, cum diuersum sit uotum, & diuersæ sint pœnæ; unde facultas commutandi non extenditur ad pœnas iam decursas soluendas, argum. tex. in l. Papianianus exuli, ff. de minor. cap. ad audientiam, extra de Decim. facit a simili: quia absoluto, quando sunt plures pœnæ debitæ pro eo delicto remissa una non dicuntur donatæ aliæ, ut nos late diximus in prima parte nostrarum decisio. libro secundo cap. sexagesimo septimo, numero 3. & ratio est: quia ex diuersis diuersa fit illatio. igitur in casu nostro aut iste cōmutauit votū nō amplius ludēdi sub tali pęna, hoc est, quia absoluit ab illa obligatione, qua se obligauit non lusurum sub pœna soluendi decē aureos, & tunc cum talis commutatio non fuerit facta in æque bonam, erit illicita, & qui commuta-
7 uit, culpa non caret, † & dispensatus non excusatur, maior tamen erit culpa commutantis, Sotus, qui supra, col. 4. & cum uotum erat perpetuū, commutandum erat in tale, quod possit recordari se uotum simile emisisse. commutatio enim non extinguit obligationem, sed alterat, & unam in aliam transfert. At si confessarius ex priuilegio habeat facultatem dispensandi, & commutandi, uel illam petijt, vt Caiet. 2. 2. qu. 88. artic. 12. monet sic fieri debere, & tunc cum habeat utranque potestatem, potest in minus commuta-
8 re: † nam ex quo commutat in minus, dicitur uti potestate dispensandi, per quam ut poterat in totum absoluere, & deobligare a uoto, si causa erat talis, & tanta, quæ sufficeret ad dispensandum absolutè, sic commutando in minus miscet commutationem cum dispensatione: quia commutando in aliquid dicitur commutare: sed quia commutatio non fit in æquale bonum, dicitur dispensare, sic Caietanus qui supra. Et ita in tali casu potuit ista commutatio reddi iusta partim dispensando, & partim commutando; Haud tamen ignorandum est, quod licet uouens ratam
9 habuerit commutationem, † liberum tamen erit ei, quando uoluerit primum votum implere: nam cum commutatio fiat gratia ipsius uouentis, potest illa uti, uel non uti, prout sibi libuerit, alias si non posset, sequeretur, ut quod in gratiam alicuius conceditur, in eius retorqueretur dispendium, contra regulam iuris in sexto non. enim ita penitus extincta est obligatio, ut non possit amplius displicere, iuxta regulam iuris: quia dicta commutatio remansit in suspenso, ut uti, uel non uti commutatione possit ad sui libitum: Verum si commutandi tantum habuit facultatem, si illa non fue
10 rit facta in æquale bonum, † & tunc meo iudicio semper durat primi uoti uinculum; quia non fuit extincta obligatio, sed tunc solum, quando illa fuisset legitime commutata: Quod si pluries commutatio facta fuerit, tenen-

tenenda erit prima, si sequentes fuerint iniustæ, quod si omnes iustæ, fas erit seruare quam uoluerit, summa Azo. qui supra uersic.xii. & hæc quo ad primam, & secundam.

TERTIA DIFFICVLTAS.

An is, cui conceditur facultas commutandi, uota, possit iure illa commutare, si fuerint iuramento confirmata.

SVMMARIVM.

1 *Votum an commutari possit, si fuerit iuramento confirmatum.*
2 *Voti commutatio an ualeat, si tacetur circunstantia uoti.*
3 *Iuramentũ quando dicatur indissolubilius uoto.*

IRCA hanc difficultatem, uidetur quod non: quia potestas commutãdi uota † nulla facta mentione de iuramentis, ad illa non extenditur: nam sunt diuersa, & a diuersis non fit illatio, d.l. Papinianus, & c. ad audientiam, præsertim in dispensationibus, & commutationibus, quæ sunt odiosę, & exorbitantes, ita Nauar. in specie, de iureiur. libro secundo consil. tertio numero sexto. Quod secus esset de eo, qui potest ordinaria auctoritate uinculi uotum dissoluere, ut dixit Azor. qui supra. uersic.xvij. & cap.19. uersic. xix. Adde etiam, quia iuramentum, & uotum sunt diuersa: vnde fit, quod qui præter uotum promisit aliquid ad-
2 implere † tenetur violator in confessione explicare uotum, & iuramentum, Couar. lib. 4. var. resolut. cap. 17. Verum in casu nostro contrarium arbitrarer: Etenim iuramẽtum in præsenti facti contingentia non apponitur, vt quid principale, sed ut accessorium conualidans ipsum uotum: vnde quando datur facultas commutandi uotum, quod est principale, uidetur etiam data facultas super accessorio, cum accessorium sequi debeat naturam sui principalis, eo magis: quia tunc iuramẽ
3 tum uidetur esse indissolubilius † uoto, quando non solum obligat Deo, sed etiam proximo. Hinc est, quod Papa a voto ex causa sæpe absoluit, quod non est in iuramento, nisi de consensu eius, cui iurans obligatur. ita Nauar. de regular. cons. 1. nu. 10. At in casu nostro iuramentum fit Deo, scilicet obseruare uotum, cuius obiectum principale est ipsemet Deus: quare uidetur facultatem concessam commutandi uota, extendi non debere ad iuramenta, quæ non fiunt homini, sed Deo, ita nos diximus lib. 2. in appendice, c. 8. num. 5. ex Soto lib. 8. de iust. & iur. q. 1. art. 9. col. fin.

QVARTA DIFFICVLTAS.

An uotum nunquam petendi dispensationem ab alio, quam a summo Pontifice, sit ei reseruatum.

SVMMARIVM.

1 *Votum non petendi dispensationem nisi a Papa an sit ei reseruatum.*
2 *Vouẽs non petere dispensationem, & nec illa uti, quid agere debeat.*

IRCA præsentem difficultatem, De hoc modo uouendi multa diximus, primo uolumine extra de uoto, consilio quarto, numero undecimo, cum seq. & in secunda parte decis. libr. 2. cap. 11. numero 50. vnde ad præsens dicimus, quod cum tale uotum non sit reseruatum summo Põtifici scilicet non petendi dispensatio-

tio-

1 ſionem † ab alio, quam ab ipſo, non obſtante tali uoto poſſit epiſcopus, uel alius ex priuilegio diſpenſare, uel commutare, immo dixit Sotus libr. 8. de iuſtit. & iure q. 1. art. 9. col. fin. quod etiam ſi quis uoueret non petere diſpenſationem, & neque il-
2 le uti, † poteſt, ubi ratio id plane po poſcerit, prælato uotum patefacere, & ſi ille uoluerit diſpenſare, poteſt illa uti, quod idem extendit ad iuramenta: quia ſunt huiuſmodi iuramenta & fatua, & fictilia. Ita Sotus.

QVINTA DIFFICVLTAS.

An, unum uel decem peccata cõmittat, qui decies diuerſis uicibus uotum confirmauit, & infregit.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum unum, uel plura committit, qui pluries uotum iuramento confirmatum infringit.*
2 *Confirmatio quid.*

CIRCA quintam, An vnum, vel decem peccata committat, qui decies diuerſis uici
1 bus uotum confirmauit, † Reſpondeo quod confirmare, & renouare poteſt dupliciter conſiderari: nam uel quis poteſt confirmare rem diuina lege imperatam, ut ſi diuerſis uicibus confirmat uotum audiendi miſſã die feſto, ieiunandi in uigilijs, non fornicandi, & tunc ueniendo quidem contra uotum, committit quidem pecatum, dum legem uiolat fornicando, uel omittendo miſſam audire die feſto, & alterum: quia uenit contra uotum: At ſi uotum ſemel factum & ſi centies confirmaret, tunc nullã obligationẽ diſtinctã ſuſcipit, ſed ueterem tantum renouat, ut ſe ad priſtinum uotum perſoluendum promptiorem, atque firmiorem reddat: nam confirmatio proprie dicitur firma, & perfecta perſeuerantia de re uoto promiſſa,
2 † ut dixit Lexicon theologale in uerbo confirmatio, Cardin. in clem. 1. §. nos, de iureiu. Vnde confirmatio nihil de nouo tribuit. Baldus in l. 3. in fine, C. ſi aduerſus rem iud. Oldradus conſ. 164.

SEXTA DIFFICVLTAS.

An data facultate commutandi uotũ, uideatur etiam conceſſa ſuper remiſſione pœnarum decurſarum.

SVMMARIVM.

1 *Facultas commutandi votum data, extenditur ad remiſſionem pœnarum decurſarum.*
2 *Epilogus eorum, quæ hucuſque dicta ſunt.*
3 *Confeſſarius, qui legitime non eſt uſus facultate, commutando dicitur eſſe in culpa.*
4 *Peccatorum iteratio quando ſit facienda de peccatis, a quibus non fuit abſolutus.*
5 *In uotis commutandis maxima neceſſaria eſt diſcretio.*
6 *Ad pœnas commutatas an quis teneatur, ſi fuerit factus potẽs ad ſoluẽdũ.*
7 *Diſpenſatione uoti quando quis uti debeat.*

CIRCA hanc ultimam difficultatem reſpon-
1 deo quod non, † ut nos late diximus in prima parte noſtrarũ deciſ. lib. ſecundo cap. 28. num. 5. & uolum. 1. conſil. 6. & ſupra in prima difficultate, numero ſexto quia aliud eſt obligatio ſoluendi pœnas decurſas ratione uiolati uoti, & aliud uotum ipſum: vnde a diuerſis non fit illatio, ita Nauar. tit. noſtro libro tertio conſilio 55. Oportet igitur ut uouens petat abſolutionem a pœnis decur-

cursis ab eo, qui facultatem habet uota commutandi, & remittendi pœnas, & petat non solum super pœnis incursis, sed etiam super obligatione noua, qua se obligauit non lusurum sub uoto. Igitur ut omnia concludamus, dicimus quod si consulens conscientiam non habeat, an cōfessarius, qui primo commutauit uotum, habuerit facultatem dispensandi, & commutandi, atque remittendi pœnas decursas, quas episcopus potest dare, Syluest. in uerbo votum, 9.q.5. Sotus lib.7.q.4.art.3. & tunc debet præsupponere confessarium hanc habuisse, & miscuisse dispensationem cum commutatione, uel in totum dispensasse, & commutasse pœnas incursas aureorum decem in uiginti nummos argenteos, modo possit serenare conscientiam suam, ut quia erat omnino impar ad soluēdum, & familia onustus, ita ut satis sit, si honeste familiam suam alat, & ad hoc facit: quia eo ipso, quod quis accedit ad confessarium, qui inter alios sedet ad audiendas confessiones, debet præsupponere illum non exercere id munus, nisi si data esset facultas exercendi, cū nemo præsumi debeat immemor salutis suæ, 1. qu.7. cap. sancimus, & ita dum dispensat, uel commutat in opus non æquiualens, quod habeat potestatem dispensandi, & commutandi, & eo in casu uoluerit miscere commutationem cum dispensatione: nam dum commutauerit in bonum inæquale, dicitur dispensasse, & commutando in aliquid dicitur commutasse. Quod si confessarius dispensandi facultatem non habuerit, dicitur esse in culpa, immiscendo se rei ad se non pertinenti, iuxta regulam iuris in 6. cap. non est, asserendo facto, dum sedet ad audiendas confessiones se habere facultatē, & postea non habet, facit tex. in l. si quis fundum, ff. locati, §. Celsus, & l. itē quæritur, §. gemina, & ff. ad l. Aquil. l. idem iuris est in fine. uerum si postea pœnitenti constiterit illum non habuisse facultatem dispensandi, tunc dicimus talem commutationem fuisse nullam, ut factam in bonum non æquale, argumento eorum, quæ dixit Syluest. in uerbo confessio, 1.q.3. Nauar. in Manu. c.9. num.6. uers.4. de habente limitatam potestatem
4 absoluendi a peccatis: † quia si absoluit ab omnibus: nam cum pœnitenti id constiterit, tenetur illa solum peccata confiteri, pro quibus non ualuit absolutio, & est communis opinio. Neminem tamen debet perturbare hæc sollicitudo, quoniam debet sibi certo pœnitens persuadere confessarium hanc facultatem habuisse: bonum tamen esset ad serenandas conscientias, ut confessarius hanc facultatem dispensandi innotesceret pœnitenti. Et hæc saluo iudicio melius sentientis: Nisi dixerit pœnitens talem commutationem fuisse factam uigore iubilæi a confessarijs nō habētibus ordinariam iurisdictionem: quia cum talis potestas dispensandi non detur uigore Iubilæi, sed solum commutandi, fit, quod illa prima commutatio non fuerit ualida, sed si confessarius dixerit uti illa facultate commutandi, & dispēsandi, uel quia sic illam habuit ab ordinario, uel ex priuilegio, secus erit. At circa uotum postea emissum cū clausula non petendi dispensationem nisi a summo Pontifice, cum obligatione pœnarum decursarum, quarum transgressionum numerum nescit, petat ipse, vel confessarius facultatem ab episcopi dispensandi, & commutandi, & insuper ut possit eum absoluere super pœnis incursis, ut nos diximus in 1. par. c. 28. libr. 2. num.6. & postea præmissa oratione, ut Dominus Deus det sibi iudiciū, & discretionem, quæ in uotis maxi-
5 mè necessaria est, † consideret, si vult com

commutare iuxta tex.in ca.magnæ, extra de voto, Quid liceat secundũ æquitatem, Quid deceat, ne ex tali commutatione scandalum aliquod consequatur, & quid expediat quo ad ipsum vouentem, & proximum. Item consideret in præsenti casu statum vouentis, & inopiã, an habeat suis lucrari panem. & ita cõmutet, prædictam diligentiam adhibendo, etsi non potest luere in ære, iniũgat ei aliquod ieiunium in hebdomada perpetuum, vel aliquos perpetuas orationes, quas ex deuotione habet, aut singulis diebus audiendi missã, vt sic possit recordari voti emissi. An vero si postea factus fuerit potẽs ad soluendas pœnas, teneatur ad illas,
6 arbitror ꝙ non: nam obligatio extincta ab homine nunquam reuiuiscit, l.cum ex causa, C.de remis.pign.ca. quidam, c.placet.de conuer.coniug. si quis tamen velit videre quæ considerare oporteat in commutatione votorum, videat Gregorium Satrũ in libro, qui intitulatur clauis regia ad dissoluenda dubia, in lib.6. c.12. num.19. vsq; 22. At si videat pœnitentem difficilem se reddentem ad opera iniuncta peragenda, vt in casu nostro, & tum vtatur dispensatione, si potest, vel eum mittat ad ordi-
7 narium loci, † vt ad episcopum, vel superiorem, 11.q.3. ca.experientiæ, cap.ordinarij, de offic.ord.in 6.extra de vsuris, c.quanquam, qui ex causa iusta, ex toto potest relaxare vota prædicta, 1.quæstio.7. c.etsi illa. Et hæc salua, &c.

D. Iacobus de Graff.a Cap.

DE VOTO.

Thema Consil. V.

Dominus cor meũ illuminet, & labia aperiat, vt possit os meũ annũciare ea, quæ ad animarũ salutẽ spectant, circa ꝑsentẽ casũ, qui talis est.

Vniuersitas quædam solemniter congregata, hoc est deputati, & regẽtes eam in ecclesia cathedrali coram notario vouit ieiunare in vigil. S.Sebastiani in pane, & aqua pro se, & successorib. si liberarentur a quodam morbo pestilenti, qui per totũ circuitum illius vniuersitatis dilatabatur: vnde statim emisso voto cessauit morbus. Modo

Hoc Consilium hac vnica difficultate absoluetur.

An successores, & ij, qui non consenserunt huiusmodi voto, teneantur illud obseruare.

SVMMARIVM.

1 *Vniuersitas est nomen iuris non habens animum, & nec intellectum, & per se considerata est quid inanimatũ.*
2 *Vniuersitas dupliciter capi potest, & discrimen inter has.*
3 *Vniuersitas capta pro collegio, vel capitulo excommunicari potest.*
4 *Ab vniuersitate quid dicatur factum, quæ requirantur.*
5 *Aut dictio ponitur disiunctiuè, sub numero 17.*
6 *Filius tenetur plus pro patria, quam pro patre.*
7 *Vniuersitas quod habeat iurisdictionẽ in singulos de vniuersitate, qualiter intelligatur, nu. 19.*
8 *Pueri licet non teneantur ad ieiunia ecclesiastica, nisi anno xx. completo, tamen eis magna tribulatione imminente illa indici possunt.*
9 *Filius quãdoq; tenetur ad executionẽ voti paterni, & põt cõpelli ꝑ pœnas.*
10 *Votum paternum an quandoque obliget filium.*
11 *Excommunicato Petro cum excõicatoribus comprehenduntur tantum præsentes cõicantes, & non futuri.*
12 *Promissio obedientiæ pro se, & successorib. suis, non obligat non promittẽtes.*

13 *Filius de necessitate non obligatur implere obligationes spirituales, sed de honestate sic.*
14 *Iuramentum populi pro successoribus illos non ligat.*
15 *Pater promittens voto filium suum monachari, non cogitur filius votum adimplere.*
16 *Paterna deuotio non facit quem monachum pracise, sed occasionaliter, vide nu. 18.*
20 *Obligatio potest subesse sine consensu in his, qua cadunt de pracepio.*
21 *Votum populi nō ligat successores, sed insinuat, quod illi debent obedire.*
22 *Votum ex parte emittentium est personale, & ideo cum persona finitur.*
23 *Filius non obligatur pro peccato patris, & nec vxor pro peccato mariti.*

CIRCA hanc præsentem facultatem inuocato prius Dei nomine, & Beatissimę Marię semper Virginis suffragio implorato. Antequam deueniā ad huiusmodi decisionem sunt aliqua pręmittenda: & primum, quod vniuersitas est nomen iuris † non habens
1 animum, nec ītellectum: quare per se considerata est quid inanimatū: Vnde aliud est uniuersitas, & aliud homines de vniuersitate, l. mortuo, ff. de iudit. Bartolus in l. aut facta, §. fin col. 1. ff. de pœnis. Secundo sciendum est, quod vniuersitas potest du
2 pliciter capi, † vel pro ciuitate, vico, oppido, & villa, aut castro, quæ nomina qualiter differant, vidēdus est Anchar. in cap. statutum, §. nec audiantur, de rescrip. in 6. Doctores in cap. si ciuitas, de sent. excomm. in 6. & tunc factum a maioritate, vel a deputatis, & regentibus dicitur factum per municipes, l. quod maior, ff. ad municip. l. municipes, ff. eo. tit. l. municipes, ff. de cond. & demons. item potest capi pro collegio doctorum, pro capitulo fratrū, & pro conuentu monachorum. Est tamen differentia inter has duas denominationes: nam prima cum non habeat animum, nec consensum, fit, vt vniuersi consentire non possint, cū inter municipes soleant esse infantes, & infantiæ proximi, vel furiosi, & dementes, qui consentire non possunt. Aut vniuersitas, quæ dicit capitulum, vel conuentum, aut collegium, cum in eorum numero non constituantur nisi rationis compotes, fit, quod omnes consensum prębere possint. Hinc sequitur, quod licet uniuersitas excommunicari nō
3 possit † iuxta tex. in c. Romana, §. in vniuersitatem, de sent. excommun. in 6. ne innoxii huiusmodi sententia illaqueentur: tamen secus est de collegio, cōuentu, aut capitulo: quia tunc cessat ratio illius textus secundum Ioann. de Anania, in cap. dilectus 2. in 9. col. extra de simo. vt vero aliquid dicatur factum ab uniuersitate, oportet, quod illa fuerit solēniter congregata, † & conuocata, &
4 quod præcesserit propositio, & factū super ipsa consilium, & deliberatio subsequuta, l. semper, § 2. ff. quod vi, aut clam. Bartolus in l. aut facta, §. fi. ff. de pœnis, tradit Corn. cons. 224. Franciscus de Curte sen. consil. 20. sæpè enim, & in cons. 21. & Franc. de Curte iun. cons. 174. in causa vertente, Hier. de Tortis ī suo unico cons. vlt. nu. 9. alias si talia nō cōcurrāt, nō vniuersitas facere dicitur, sed singuli facere dicūtur, ut est casus in l. semper, §. 2. ff. quod vi, aut clā, & in l. aliud, § refertur, ff. de regul. iu. & est doctrina Bartoli cōiter approbata in l. aut facta, §. fi. versic. quæro omnes: immo dicit ibi Bartolus, quod si omnes fuissent ibi vocati, & campana fuisset pulsata, & alia solēniter ad hoc interuenissent, nō sufficerent, deficiente propositione, & deliberatione. Quibus sic præmissis, p̄supposito ꝙ vniuersitas sit rite, & solēniter conuocata, & congrega-

ta,

ta,ita quod id,quod facit,non singuli,sed vniuersitas dicatur facere,quęritur, An vniuersitas possit obligare ex voto a se emisso pro bono publico, vt liberentur a morbo contagioso ciues præsentes, & successores, vt in vigilia sanctorum Fabiani,& Sebastiani teneantur ieiunare in pane,& aqua, & pro parte affirmatiua quod sic. Facit textus in cap.cum virum, de regul. vbi paterna deuotio, aut propria professio facit monachū. Sed dictio, aut ponitur disiunctiue,
5 † l. si ex toto,C.de legat.1.l.Titio,de leg.2.clemen.1.versicu.quem,& ibi glossa,& Cardin.de concess.pręben. & in clem.1.in prin.de rebus ecclesi. non alien. Igitur sicut professio facit monachum,c.ad Apostolicam, c.sicut,extra de regul. sic etiam paterna deuotio. Sed modo arguendo a minori ad maius magis sumus debito-
6 res patriæ,† quam parentibus. Vnde inquiens Tullius, lib.3. de offic. an si tradere patriam conetur pater, silebit ne filius? Respondit, quòd patrem primo obsecrabit ne faciat: Deinde si nihil proficit, accuset, & ad extremum si ad pernitiem patrię res spectat,salutem patriæ saluti patris anteponat. Immo licet de iure ciuili filio patrem oppugnantem patriam impune occidere, l. minime, ff.de relig.& sumpt.fun. sed si pater potest obligare filium ad religionē: ergo multo magis poterit patria obligare successores ad implendum votum. Secundo facit: quia vniuersitas habet iurisdictionem in vniuer
7 sos, † de vniuersitate: ita quod licet non possit sibijpsi quis legem imponere,l.penul.ff.de arbitr.facit tex.in cap.fin.extra de pœnit.& remiss. tamen vniuersitas, vt corpus potest imponere legem singulis de vniuersitate,& subditis corpori, pro hoc facit text.in cap.irrefragabili, de offic. ordin. Abbas in cap.ex literis,numero 7. extra de constit. ergo pariter poterit imponere legem, vt tali die ieiunent,maximè ob bonum publicum,cum bonum publicum sit præponendum bono paucorum,7.q.1. capit.scias. Tertio facit glossa multum notabilis,in cap.quicunque 20. quæst.1.& capit.baptismi vicem, & cap.sanctum,de consecr.dist.4. & c. debitum, extra de baptis. in quibus locis habetur, quod leuans aliquem de fonte,& promittens pro eo, quāuis non habeat iudicii rationem, & sit infans,obligat illum, sic dixit Panorm.in capit.cum olim,1.numero 7.extra de restitut.spol. quod potest quis promittere obediētiam pro se, fratribus, & successoribus: ergo idē dicendum est,quod potest vniuersitas obligare suos municipes, & successores. Quarto facit dictū B.Thomæ,in 4.sentent.dist.15.q.3. ar.2.ad tertiam quæstionem vbi habetur, quod etsi pueri cum indigeant frequenti cibo, & non multo minus sumpto, & egeant multo nutrimen
8 to,non tenentur, ad obseruanda ecclesiastica ieiunia vsque ad finē tertii septemnii, id est vsque ad finem anni xxi. tamen quandoque magna tribulatione imminente in signum pœnitentiæ actioris etiam pueris ieiunia indicuntur ad placandum Deum. Ergo si non obligatis ad ieiunia ex magna causa indicitur ieiunium, sic etiam ex magna causa possunt obligari ad ieiunandum successores, qui completo vigesimo deuenerunt ad annum vigesimum primum. Accedat etiam,quod si quis obiiciat in voto non posse obligari successores, nisi ex consensu eorum: Respōdeo posse inesse obligationē, quamuis sine consensu, extra de decim.c.2. & cap.tua. Vltimo facit id, quod dixit Panormit.in c.licet,in fi. tit.nostro,vbi habetur,quod quamuis filius non se obligasset ad execu-
9 tionem uoti, † tamē tenetur ad eius executionem: vnde secundum Inn.

ibi non solum potest compelli per priuationem hæreditatis, sed etiam secundum Anton. & Panormit. per excommunicationem: si ergo filius tenetur exequi votum paternum, multo magis successor votum vniuersitatis pro bono publico: nā quod omnes tāgit, ab omnibus debet probari: At pro parte negatiua, quod nō teneantur successores ad obseruandum votum, sed tantum hi, qui voto consenserunt. facit textus in capit. licet, vbi votum eatenus est obligatorium, quatenus est voluntariū, & adest consensus. vbi textus ille est in argumentum secundum Do. Antonium, ibi, num. 2. quod votum pa-
10 ternum non obligat † filium, nisi a patre sit iniunctum, & filius tacite, vel expresse acceptauerit. Secundo facit dictum Baldi in cap. inquisitioni, num. 8. extra de appellat. vbi notat ex illo textu, quod verba indiffinita non referuntur ad futura nondum disposita. C. de vsur. l. per retētionem. & dat exemplum. Pone, quod aliquis fecit pacem pro se, & adhærentibus suis, pro quibus se obligauit, certe intelligitur de adhærentibus præsentibus, & non de illis, qui postea fecerunt adhærentiam. facit optimè quod notat 11. q. 3. c. excellētissimus, vbi nu. 1. dicit, quod si excommunicatio sit sic: Excommunico Elgentrudam, & omnes facto-
11 res, † & communicatores eius, cōprehenduntur tantum præsentes, & non futuri eius communicatores; sic clericus, qui iurauit seruare statuta in ecclesia sua edita, tale iuramentum non extenditur ad statuta edenda. Sic qui se obligauit ad pacem seruandam pro se, & filiis, non intelligitur de posthumis, vt ff. de testam. tut. l. si quis ita. Pariter Panormit. in capit. olim, num. 4. extra de resti. spol. dicit, & ita videtur decidere casum nostrum. Nota, quod quis potest promittere obediētiam
12 pro se, fratribus, † & successoribus suis, non tamen inquit. Intelligas, quod talis promissio habeat obligare non promittentes, sicut neq; votum, neque iuramentū ab alio præstitum obligat alios, extra de iureiur. cap. veritatis, & quod ibi notatur. Sed ista promissio pro aliis facta valet ad denotandum, quod alii debeant obedire, vel si capitulum scit talem obligationem a suo prælato, vel eius procuratore præstari, & consentit, obligatur argum. text. in l. 2. C. de iuram. calum. secūdum Innoc. & Host. facit etiam textus in c. 1. de despons. impub. ubi si pater vult, quod filius suus contrahat cū aliqua, si filius non consenserit: nam potest pater illum compellere: quia
13 licet in spiritualibus obligationib. honestum sit, quod filius voluntatem patris adimpleat, non tamen est necessarium, vnde glossa in d. c. 1. dicit. Debet debito honestatis, & non necessitatis. Faciunt multa quæ diximus, volum. 1. consi. extra de iureiur. lib. 2. consil. 1. Accedat etiam quod dixit Cardin. Zabar. in clem. 1. §. nos itaque, num. 16. extra de iureiur. vbi dicit, quod iuramētum est personale, adeo, quod licet homines vnius populi iurent, & populus idē sit, qui fuit mille annis, 7. q. 1. c. denique ubi glossa, tamen successores
14 † non ligantur ad periurium pro hoc: quia licet iuramentum possit esse reale ex parte eius, cui iuratur, d. c. ueritatis: tamen ex parte præstantis est personale, ut ibi notat Innocentius. Accedāt etiam multa, quæ diximus in secunda parte nostrarū decis. lib. 2. c. 7. nu. 30. usque 36. ubi extendimus id, quod diximus de iuramento, quod non ligat successores ad uotum: Vnde si pater promisit uoto filium facere monachum,
15 † non cogitur filius illud adimplere: quia uotum est personale; Vnde solum personam uouentem obligat,

gat, Doctores titu. nostro capitu. licet. Vbi etiam extendimum ad matrimonium, & iuramentum. Et tenendo hanc opinionem, non obstant in contrarium adducta, & primo ad textum in capit. cum virum extra de regular. Respondet Dom. Antonius ibi dupliciter, & primo, quod paterna deuotio non facit quē
16 monachum † præcisè, sed occasionaliter, si filius sequitur vota parentum, & ratificat quod pater fecit, & ita ex tacito consensu filius obligatur ad implendum votum patris, vel dictio illa aut, licet regulariter ponatur disiunctiue,
17 † l. si ex toto. § 1. de legat. 1. l. Titio. ff. de legat. 2. clem. 1. versicu. quem etiam, & ibi glossa, & Card. de concess. præben. & quandoque ponitur expressiue, pro id est, quod est, quando ponitur inter genus, & speciem, & constat de mente proferentis, Bald. in l. vbi pactum 1. colum. in 1. opposit. C. de transact. tamen hic ponitur copulatiuè, vt etiam ponitur in l. penultima, C. de verbor. significat. l. sæpe. C. eod. titu. l. si is, de rebus dub. glossa, & Cardin. in clemen. 1. quæstio. 4. opposit. 1. de offic. ordin. hoc est paterna deuotio, & propria professio: nam paterna deuotio facit filium monachū
18 impropriè, † nempe vt astringat eū religioni, ita vt exire non possit durante minore ætate, glossa fina. in capit. addidistis, & glossa in capit. monachum, & cap. illud 20. quæst. 1. Abbas in cap. 2. num. 10. tit. nostro. Modo filius non fuerit oblatus inuitus; quia inuitum filium non potest pater offerre, & nec monasterium debet eum recipere; quia voluntarium militem eligit deus, 15. quæst. 1. cap. non est, & tali casu filius posset exire quandocunque, argum. 20. quæst. 1. cap. 2. Innoc. & Abbas in d. capit. 2. sed propria professio facit eum monachum propriè, vt exire non possit, igitur oblatio parentum obligat filium reuocabiliter, vt non possit exire, donec peruenerit ad ætatem perfectam, sed propria professio eum obligat irreuocabiliter, nec etiam obstat, quod vniuersitas habet iurisdictionem in singulis, ita quod possit imponere legem vniuersis, & ita vt ieiunent. Nam hoc intelligitur in
19 rebus temporalibus, † etiam si vniuersitas non est soluendo, potest imponere legem, vt singuli de vniuersitate contribuant, & ita imponere collectā, vt dixit Abb. in c. cum dilecta nu. 14. extra de rescript. & in c. fi. num. 6. & 7. de his quæ fiunt a maio. par. ca. at in personalibus non potest obligare successores per votum, quāuis fiat ob bonum publicū, sed illud votum valet ad insinuandum quod alij debeant obedire, verum si non obediant, non propterea erunt voti trāsgressores, vt recte dixit Panor. in d. c. olim nu. 4. rursus nec obstat tex. in d. c. quisquis, & c. baptismi vicē, & c. sanctum, vbi quis obligat alium sine eius consensu, ad idem tex. in d. c. debitum: quia respondetur esse speciale in dictis iuribus: nam regulariter quis aliū obligare nō pōt sine eius mādato, iuxta ea, quæ habentur in l. stipulatio ista §. alteri. ff. de verb. oblig. instit. de inutil. stipul. § si quis alij, pariter non obstat dictū B. Thomæ, vbi pueris etiam non habentibus completos annos viginti ex magna tribulatione imminente indicuntur ieiunia ad placandum Deū. nam licet indicantur, non tamen habetur, quod si non ieiunent, peccēt mortaliter, deinde videtur casus diuersus a nostro: nam indici possunt ab ecclesia pueris præsentibus: hic autē sumus in successoribus per futura tempora, ibi indicuntur etiam ieiunia pro tempore illo afflictionis, hic pro tempore futuro. Rursus non obstat quod potest esse obligatio absque consensu, & ita videntur successores posse obligari, per c. tua,

& c.2. de decim. quia respondeo illa iura procedere in his, quæ debentur
20 ex præcepto † quia tunc subesse potest obligatio absque consensu, non tamen in voto, vbi nulla subesse potest obligatio, nisi ex consensu vouẽtis, ita Zabar. in d.c. licet, nu. 1. Neque vltimo obstat dictum Panorm. in eod. cap. in fine, vbi licet filius nõ se obligauerit ad executionem voti, tamen tenetur exequi votum paternum, vel per priuationem hæreditatis, vel etiam per excommunicationem. Nam respondeo, quod illud procedit, quia adeundo hęreditatem videtur tacite ratificare, & consentire voto paterno, & adeundo quasi contraxit, ad hoc, quod habetur in l. more. ff. de acquiren. hæred. pro hoc tex. in c. si hæredes, vbi Panormit. de testamen. quare ex his omnibus habetur clara resolutio huius quæstionis ex Panorm. in d.c. olim. & Zabarell. in d.§. nos itaque, nume. 16. populum non posse obligari ex voto solenni emisso per rectores, & regentes vniuersitatis successores ad ieiunandum in pane, & aqua in vigilia S. Sebastiani, sed tale votum valet
21 ad insinuandum eis, quod † debeant obedire, & memores esse gratiæ impetratæ per dictum sanctũ, & quod fuerit vniuersitas liberata a tali morbo. De tali voto legitur in Cronica Cassin. lib. 3. c. 13. quod Terracinenses ciues a Ioanne suo Episcopo commoniti per cladem, quam tunc patiebantur ipso die S. Paschæ vnanimiter omnes deuouerũt, ac se daturos promiserunt annis singulis Monasterio Cassinensi sex millia anguillarum. & scriptum inde fieri terribili anathemate apposito ad posterorum memoriam iusserunt. Quod quidem votum, (vt supra diximus) non extenditur ad successores, & ad eos, qui neque expresse neque tacite consenserũt, vt qui non habent vsum rationis, & nec ad successores, cum votum ex parte emittentium sit per-
22 sonale, † & ideo cum personis finitur, tum etiam, quia non potest quis vouendo permittere factum alienũ, quod non est in sua potestate, facit dictum Bald. in c. quæ in ecclesiarũ, nu. 38. de constit. vbi pater iurando fidelitatem pro se, & filijs, non obligat illos, quia fides iuramenti non transit ad hæredem iurantis, C. de reb. credit. l. generaliter in princip. quia non potest quis iuramento promittere factum alienum, quod non est in sua potestate: tum etiam, quia in spiritualibus nunquam ligatur anima sine proprio consensu. facit quod notatur 24. quæstio. 3. in summa. Nam anima, quæ peccauerit, ipsa punietur: vnde excommunicatio non transgreditur personas de-
23 linquentium, nam nec filius † pro peccato patris; nec vxor pro peccato mariti obligatur, nisi filius aliquo modo consentiret, vt probatur ibi 24. quæst. 3. licet pœna interdicti bene puniatur vnus pro alio, extra de sponsal. c. non est nobis, ca. si ciuitas de senten. excommunic. lib. 6. Et hæc salua &c.

D. Iacobus de Grassijs a Cap.

Consilium I.

Quædam vniuersitas superiorem recognoscens, cum esset debitis onusta, ita quod illis exonerare se non poterat, immo assidue multiplicarẽtur, imposuit suis ciuibus sine assensu principis collectas; modo cum administratores dictæ vniuersitatis cõsuluissent confessarium, & facti seriem explicuissent, dubitauit confessarius illos incidisse in censurã bullæ Cęnæ Domini, quæ fulminatur capite quinto aduersus imponentes pedagia, & gabellas, vnde quæritur,

An imponentes collectas ex causa necessitatis suis ciuibus absque assen-

censu regio, inciderint in excommunicationem Papalem in bulla cęnæ.

SUMMARIUM.

1 *Gabella quandoque imponitur personæ solum, quandoque personæ pro rebus.*
2 *Gabella, quæ dicitur capitatio, quare fuerit inuenta, & qui ad illam teneantur nu. 3.*
4 *Gabella quæ imponitur personæ pro rebus, vocatur per as & libram & dicitur propriè collecta a colligendo.*
5 *Collectores quare alio modo vocentur leuatores.*
6 *Aestimator an possit ingredi domum pro facienda æstimatione bonorum pro collectis imponendis.*
7 *Collecta imponitur ciuibus & incolis, & non aduenis, & ciues, & incolæ qui.*
8 *Exemptus si patitur se describi & non appellat infra decem dies, dicitur renunciare priuilegio suo.*
9 *Clerici sunt exempti a collectis.*
10 *Forenses in multis casibus soluunt collectas.*
11 *Scholares an cogi possint ad onera personalia.*
12 *Consuetudo generalis Italiæ est, vt collecta imponatur forensibus.*
13 *Collecta alia dicitur priuata, & alia publica quæ.*
14 *Dominus in quibus casibus possit imponere collectam.*
15 *Vniuersitas habens superiorem non potest disponere de rebus singulorum.*
16 *Collecta quando, & qualiter imponenda sit.*
17 *Vniuersitas an imponendo collectas sine consensu principis incidat in excõmunicationem bullæ.*
18 *Dictio omnis est vniuersalis.*
19 *Suum capitur pro eo, qui habet dominium directum, vel vtile.*
20 *Vniuersitas excommunicari non potest.*
21 *Caput Bullæ cœnæ Domini de quibus gabellarum generibus videatur loqui.*
22 *Epilogus omnium, quæ dicta sunt.*

IRCA præsentem difficultatem quia iuxta Apostolũ scribentem ad Romanos, debitores sumus sapientibus, & insipientibus, consultus de veritate dicenda, respondeo confisus primum de ipsius immortalis Dei, & Gloriosissimæ Virginis Mariæ benignitate præmittendo aliqua, antequam deueniam ad dubij propositi decisionẽ & primo, quod gabella multipliciter imponi potest: nam quandoque
1 imponitur personæ tantum, † nulla habita ratione rerum, seu bonorum, vt est, quando imponitur præstatio per capita, seu fumantes, hinc vulgo appellantur focularia, & proprie capitatio, quæ erat descriptio tributorum, quæ per capita soluebantur, vt dixit Lucas de Pẽna in rubr. de capitatione ciuium, lib. 11. de hoc Lucæ 1. Exijt edictum a Cæsare, vt describeretur vniuersis, &c. De hac capitatione est tex. in l. ætatem. ff. de censib. vocatur etiam hæc gabella præstatio per fumantes ex eo, quia omnes habitãtes in vna familia habentur pro vno fumante, Bartolus in l. 4 §. actor, nu. 4 ff de re iudic. & hoc solet fieri singulis quatuor lustris, & talis gabella origina-
2 liter fuit inuenta † secundum Iasonem in l. placet, nu. 3. C. de sacr. san. eccles. pro soluendo salarium officialibus publicis, & ab hoc munere capitationis eximit Imperator Ciues Romanos habitantes in vrbe, ita habetur in rubr. & in l. vnica. C. de capit. ciuium lib. 11. vbi Bar. quem Lucas de Penna etiam extendit ad ciues aliarum ciuitatum habitantes in vrbe, quod patet ex generalitate illius literæ, quæ dicit in orientalibus quoque, & ita ad hanc capitationem
3 soli rustici tenentur pro rata † d. l. vnica,

nica, Ias. in d. l. placet, n. 3. & in repetitione n. 4. nō autē ciues de iure cōi, vt dixit Bar. in d. l. vni. C. de mulier. & in quo loco libr. 10. & ab hac gabella non excusantur aliqui, nec propter sexum, nec propter ætatem, nisi aliter se habeat cōsuetudo prouinciæ, d. l. ætatem. Bartolus ibi nu. 23. Est & alia gabella, quæ imponitur personis pro rebus habita ratione ad res, & patrimonium, hoc est pro modo facultatum, ad hoc de vit. & honest. cler. c. quoniam, in principio. c. sopitæ, in fine de cens. de oper. public. l. omnes la 2. de muner. & honor. l. fi. §. patrimonium, vt quando imponitur per æs, & libram, vt qui plus habet, plus soluat, & ista in vul-
4 gari vocatur collecta, † vt dixit glossa in l. rescripto. §. fin. ff. de muner. & honor. Bart. in d. l. vnica, nu. 23. in fine, & dicitur a colligendo, de verbo. signific. c. cum inter vos, & hæc incepit, atque originem habuit tempore Federici Imperatoris in regno Siciliæ a libera volūtate, vt dixit Lucas de Penna in l. id ab vnaquaque. C. de annon. & trib. lib. 10. De hac collecta loquitur Innoc. in ca. graue extra de sen. excō. adde ēt glossam in l. sancimus la. 1. peręquatio. C. de aduocatis diuers. iudic. Bartolus in l. 1. ff. quod cuiusque vniuers. & in l. 4. §. Cato, vbi moderni, de re iudic. & in l. ex empto. §. fi. ff. de muner. & ho-
5 nor. sed alias isti collectores vocantur leuatores, in clem. si beneficiorū de. decim. dicti forte a manu leui, quæ aptior est ad leuandum, sed vt dicit Lucas de Pen. in l. hac lege. C. de aquęductu lib. 11. circa finem huiusmodi collectores nō solum lęua, sed etiam vtraque manu, immo, & singulis digitis pro manibus vtuntur, spoliant, leuant, & prædantur; in ecclesia vero sumitur collecta pro oratione sic dicta, quia colligitur populus in vnum, extra de offic. archipresb. c. 1. & 25. dist. c. perlectis, an vero pro facienda æstimatione bonorū pro collectis imponendis † possit æ-
6 stimator ingredi domum, & inspicere bona, vide Lucam de Penna in l. id ab vnaquaq;. C. de anno. & trib. libr. 11. vbi tandem concludit, quod prius exigenda est cuiusque professio, vt. C. de cens. lib. 11. l. 1. per eum, qui mittitur ad acceptandam, vel improbandam eam, ff. de muner. & honor. l. fi. §. pari modo, & faciēda comminatio. s. cōmittendi in fiscū id, qđ vltra professionē inueniri, cōtigerit, arg. ff. de admi. tut. l. tutor, qui repertoriū §. ijdē solēt, de offic. præf. vrb. l. 1. §. itē solent, & deinde debent inspici bona, & postea debet fieri æstimatio secundum opinionem æstimatoris, argum. C. de conditis in publicis horreis lib. 10. l. 1. in fine, & im-
7 ponitur ciuibus ratione originis propriæ, vel paternæ, † vbi habēt possessiones, ff. de censib. l. forma. §. si vero quis, & d. l. fi. §. patrimoniorum, & d. l. rescripto. §. fi. item & incolis, hoc est ijs, qui in aliqua ciuitate domicilium sibi statuerunt, & ibi morātur animo habitandi, ad differentiam accolæ, siue aduenæ, qui non animo habitādi moratur in loco, sed est inde breuiter discessurus. Igitur imponitur ciuibus, & incolis solum absq; principis auctoritate, quando pro necessitate propria ciuitas imponeret ciuibus, ita Andr. Barbat. volum. 3. consil. 1. colum. 9. qui si post impositionem alibi se transferrent, non euitant, quin soluant. sufficit enim quod sint ciues tempore impositionis, ita Bal. 3. vol. cons. 47. nu. 6. Alex. vol. 6. cons. 78. n. 5. itē & incolis: nā eo ipso, qđ patiātur fieri æstimū in loco, vbi possident bona, profiteri uidentur se soluturos collectas, ita Baldus eod. uolum. consil. 434. num. 2. Hinc fit, quod quamuis aliquis sit exemptus a collectis, si tamen sciret se descri-
8 bi in libro soluentium † collectas: nam si a die scientiæ non appellat

infra

infra decem dies, eo ipso videtur consentire, & suo priuilegio renunciare, & non poterit amplius contradicere, ita Angel. in l. 1. §. si quis, ff. quando appell. sit. Quod dictum tenet, & sequitur Alexan. cons. 101. colum. 2. circa finem, volum. 1. & est valde notandum secundum Robertum Mar. de ordine iudic. parte 6. secundum actus nume. 314. ad extrahendum cautelam in fauorem vniuersitatis; Hinc fit, quod ex causa exemptionis talis collecta, quæ imponitur personæ secundum æstimationem bonorum non debet solui a
9 clericis. † qui non subijciuntur statutis laicorum, & non sunt sub iurisdictione eorum, glossa in d. l. rescripto §. fin. & ibi Bald. in d. §. scientiæ, ita Bartolus in d. l. vnica numer. 23. qui dicit hodie hoc esse declaratum per authen. item nulla communitas. C. de sacrosan. eccles. Ancharan. in d. c. significauit nu. 7. extra de decimis, idem tenet Bartolus in l. munerum. §. patrimoniorum in fine de muner. & hono. Alexan. consil. 62. vol. 2. in princ. viso. Federic. de Senis consil. 151. thema tale est. Caldericus consil. 6. quidam ciuis, pariter nec talis collecta potest imponi forensibus: nam cum imponatur personę pro rebus: ergo non debet posse imponi personis pro rebus, cum non sint subditæ, fallit tamen in multis casi-
10 bus, † vt si forensis continuam ibi traheret moram, vbi imponitur collecta. Guido Papa consil. 217. nume. 4. fallit etiam, vt supra numer. 8. item fallit in ciuitatibus, quæ de hoc haberent priuilegium, l. fina. §. patrimoniorum, cum §. sequen. ff. de muner. & honor. Rursus, quando ex consuetudine, cuius initij memoria non esset in contrarium solitum esset forenses collectari, cum talis vsus sit similis priuilegio, l. hoc iure, §. ductus, ff. de aqua quotid. & æsti. Bartolus in l. cum neque C. de incolis libr. 10. & in l. 1. C. de professoribus, & medicis libr. 10. qui infert cō-
11 tra † scholares, qui licet ad onera personalia cogi non possint, l. 1. C. de profess. & medi. libr. 10. tamen si de consuetudine imponuntur, poterunt cogi ad munera personalia, & ita ad custodiam portarum: contrarium tamen tenet Iason in l. de quibus numer. 47. ff. de legibus, vt sufficiat consuetudo decem annorum: nam imponere collectam forensibus, non est de reseruatis principi: quia istud potest induci per statum inferioris, vt expresse notat Baldus in l. vnica, colum. 7. C. de senten. quæ pro eo, quod inter. immo idem Bald. in l. etiam C. de execut. rei iudic. testatur istam esse generalem cōsuetudinem Italiæ, vt collectę etiam imponantur forensibus: inde fit, ꝙ talis consuetudo tanquam notoria non indigeat probatione, sed sufficiat eam allegare, l. si adulterium §. cum incestu, & §. idem Pollioni. ff. ad l. Iuli. de adult. secundo notandum est, quod collecta dupliciter considerari potest, priuata, & publi-
13 ca, † & dicitur collecta priuata illa, quæ concernit tantummodo eos, qui morantur in dicta ciuitate, & hæc potest imponi o ciuibus propria auctoritate, vt ex causa necessitatis, vt si opus esset facere aliquam impēsam, argum. text. in l. 1. §. vicinales, ff. ne quid in loco publi. ad idem tex. in l. 1. §. 1. ff. de colleg. illyri. ff. quod cuiusque vniuersit. l. 1. vel si vniuersitas esset debitis onusta: nam tunc potest imponere collectam, quod si nolit ipse iudex, poterit imponere ipsis primo vocatis, qui regunt vniuersitatem, l. final. C. de muner. person. libro 10. Est, & alia collecta publica, quæ imponitur ob publicam vtilitatem, & hæc non potest imponi absque expressa licentia principis, C. de excusat. muner. libr. 10. l. placet, vbi additio ibi ex

Ro-

14 Roberto de rosata ponit casus, † ꝓ quibus dominus possit imponere collectam, qui possunt accommodari, quando dominus possit percipere donatiuum a vasallis: idem de collecta priuata, & publica loquitur Bartol. in l. 1. num. 2. C. de superindict. lib. 10. & in l. vnica numer. 24. C. de mulier. & in quo loco, lib. 10. exemplum de collecta publica, vt si indicitur transeuntibus super pontem: nam talis collecta concernit vtilitatem non solum ciuium, sed etiã omniũ, & hæc vera sunt in ciuitatibus, quæ recognoscunt superiorem; quia si essent ciuitates liberæ, & superiorem non recognoscentes, possent imponere eo modo, quo sibi placuerit, ita Bart. in l. 1. C. de mulieribus lib. 10. nu. 24. Felinus in c. cum dilecta, nu. 20. extra de rescrip. Tertio præmitto, quod vniuersitas, quæ habet superiorem, licet non possit dispone
15 re de rebus singulorum † glossa in l. 1. C. quæ sit longa consuet. obligãdo singulas personas pro facto alicuius personæ singularis, tamen potest illas obligare pro facto concernente bonum publicum vniuersitatis, ita Abb. ibi etiam Decius in cap. cum omnes extra de constitut. qui dicit, quod si vniuersitas est obligata, & non est soluendo, potest collectam singulis imponere, ita per glossam in d. l. prima. §. fina. C. de hyppot. publi. libr. 10. vbi Bartolus dicit, quod collecta imponi potest pro necessitatibus vniuersitatis secundum quãtitatem patrimonij, vt patet ex illo tex. qd dicit inopes, & locuples, non tamen pro faciendo donatiuo. Et nota, quod quando dico singulos, comprehendo etiam consiliarios vniuer
16 sitatis † quo ad munera patrimonialia, seu realia, l. fin. §. patrimoniorũ, & §. penult. ff. de muner. & honor. non tamen quo ad munera personalia, in quibus consistit labor personæ, si per illud opus auocaretur ab officio, ita notabiliter dixit Barto. in l. 1. C. de immu. nemini conced. l. 1. nume. 2. Quibus sic præmissis, quod vniuersitas incidat in excommunicationem, primo facit tex. in capit. 5. in excomm. bulla Domi, quæ comprehendit eos, qui noua pędagia, seu
17 gabellas in terris suis, † præterquam in casibus sibi a iure concessis, seu speciali sedis Apostolica licentia imponunt, seu augent, aut augeri, vel imponi prohibita exigunt. Sed appellatione gabellæ ibi venit quandoque impositio, siue pro inuentione mercium, siue pro vẽditione, & emptione rerum, siue pro transitu, siue pro ducatu, siue pro quacunque alia causa: hinc consulto post verbum pædagia impositum est a Ro. Pontifice Pio V. gabellas: ergo cum tantum eximantur a iure illa gabellarum genera, quæ vel fuerunt imposita auctoritate Apostolica, vel Imperatorum, aut regum, vel ex antiqua consuetudine, cuius non extat memoria, vt est tex. in c. super quibusdam, extra de verb. signific. fit, vt cum nihil horum fuerit in ista impositione gabellæ, sint excommunicati, secundo facit tex. in c. omnis, extra de pœ-
18 nit. & remiss. vbi dictio omnis † est vniuersalis, & qui omne dicit, nihil excludit, & ita cum excommunicentur omnes imponentes gabellas absque auctoritate, &c. fit, vt vniuersitas etiam incidat. His tamen, & similibus non obstantibus contrariam sententiam puto veriorem, & primo pondero caput bullæ 5. vbi excõmunicantur omnes, qui imponunt pædagia, & gabellas in terris suis. Vbi considera verbum suis,
19 quod dicit dominium vel directum, vel vtile, secundum glossam in l. fi. C. de thesau. lib. 10. Felinus in cap. peruenit, nu. 1. extra de iureiur. per tex. in l. quintus. ff. de auro. & argen. lega. licet si feratur hoc pronomen in materia, in qua non daretur dominium

minium, tunc late' comprehendit eum, qui habet iurisdictionem, ita Panormit.in c.pro illorum,nu.2.extra de præben. & quot modis accipiatur hoc pronomen suum, late vide Lucam de Penna in C. de decurionibus lib 10.in l.omnes 1.col. 3. igitur excommunicatio illa comprehēdit imponētes gabellas in terris suis hoc est in locis illis, in quibus quis habet,vel dominium directum, vel vtile, aut plenum dominium. Sed modo vniuersitas non habet dominium in suos ciues, sed solum Rex, aut Baro:ergo non est subiecta excōmunicationi, & ita respondetur ad cōtrarium ad tex.in d.c.omnis:quia fallit, quādo dicta vniuersalis venit restringenda per verba sequentia:secundo facit tex.bullę vbi excommunicat imponentes gabellas,& c.quæ verba cum simus in excommunicatione,quæ dicitur pœna pœnarum, & vocatur mucro Episcopi,c. corripiantur.24.q.3.cap.visis,16.quæst. 2.sunt tamen accipienda in proprio sensu, sed vniuersitas excommuni-
20 cari non potest, † quia impossibile est,quod illa delinquat,quia est sicut capitulum, populus, quæ nomina sunt iuris,& non personarum, ideo non cadit in eas excommunicatio. itē in vniuersitate sunt pueri vnius diei,de hoc de sen. excommun.in 6. c.Romana § fin.24.quæst.3...si habes:ergo illa verba, quæ sunt in excommunicatione bullæ,intelliguntur de personis singularibus. Hinc dicit,Omnes,qui in terris suis: ergo non comprehenditur vniuersitas:nam sic,si imponeretur pœna suspensionis,& interdicti,17.quæst. 4. c.miror.& de spons.l.c.non est.præterea videtur loqui solum de illis ga-
21 bellarum generibus, † quas solus princeps potest concedere, sed non de collectis priuatis, quas ciuitas imponit pro exoneratione suorum debitorum ex necessitate, quæ quidem collecta tantum ligat suos ciues, ita videtur colligi ex glossa in verbo imperatorum, in ca.super quibusdam, extra de verbo. signific. & quamuis in regno sit prohibitum vniuersitatibus imponere collectas absque assensu proregis,ne forte simuletur debitum,vbi non est,tamen mihi sufficere videtur hoc,quod si imponit nō incidat in bullam. Cum possit vniuersitas collectas imponere pro sua necessitate absque auctoritate principis de iure,vt dixit Barto.in l. vni. C.de mulier.libr.10.nu.24 Felinus in c.cum dilecta, uerbo singuli, nu. 20. extra de rescrip. per glossam in l.1. §.quod si nemo, ff.quod cuiusque vniuers.nom.Idem Bart.in l.1. C.de superind.li.10.per glossam ibi. Et tenendo hanc opinionem nō obstant in contrarium adducta, & primum: quia concedimus in eo loco gabellam in latissima significatione capi,sed tamen solum comprehenduntur personæ singulares habentes dominium utile, vel directum: Non autem uniuersitates. Ad secundū fuit supra responsum: quare hæc omnia in breui reassumendo dicimus reperiri duplex genus gabel-
22 larum,† unū, quod imponitur personæ,& non rebus, & uocantur focularia, & omnes morantes in una domo, qui sunt de familia, faciunt unū foculare, & hæc descriptio per focularia,siue per capitationem fieri solet singulis quatuor lustris, & hæc gabella de iure imponi solet rusticis, non autem ciuibus morantibus in urbe, & ab hac nulla ætas, sexusue excluditur. hæc a nu. 1. usque ad quartum. Est & alia gabella, quæ imponitur personæ pro rebus, de qua nu.4.iuxta uires patrimonij, & uocatur proprie collecta a colligēdo a possessoribus, & hæc imponitur ciuibus ratione originis propriç, uel paternæ, aut incolis, qui continuo morantur in ciuitate tempore

impo-

impositionis,nō tamen aduenis,nisi paterentur se describi in libro, & scientes non appellarent infra decē dies,vel in alijs casibus,vt nu.10.Et hæc collecta alia est priuata, quæ imponi potest ab vniuersitate sine auctoritate principis pro sua necessitate,vt quia est onusta debitis, & alia publica,quæ imponitur cum assensu principis pro vtilitate publica,vt nu. 13.& 14. collectam priuatam saluo semp meliori iudicio affirmauimus posse imponi ab vniuersitate sine assensu regis, absque metu incidendi in excommunicationem Bullæ c.5. cum tex.ille intelligatur de principibus,vel baronibus habentibus dominium directum, vel vtile, & non de vniuersitate,vt a nu. 19. vsque in finem.Et hæc salua &c.

D.Iacob.de Graffijs à Cap.

DE CENSIBVS.
Consilium II.

SVMMARIVM.

1 *Consensus regius quando dicatur subreptitie, & obreptitie impetratus.*

2 *Prohibitus aliquid facere absque assensu,si quod fuit actum, non venit ad perfectionem,antequam ille veniet, non punitur.*

3 *Consensus vt possit præstari ante, vel post contractum,vt intelligatur.*

4 *Excommunicatio vt incurratur,requiru factum,nu.6.*

5 *Pœna imposita ob aliquod delictum nō habet locū,nisi fuerit consummatū.*

7 *Reseruatio consensus facit vt actus factus sit in pendenti.*

8 *Frumentum in lata significatione comprehendit omnia necessaria ad victum, sed de communi vsu loquendi id,quod est nobilius, vt triticum, vt nu.9.& 10.*

11 *Vinū quid proprie sit,& vnde dicatur.*

12 *Res semper iudicatur secundum naturam principalis,& non accessorij.*

13 *Collecta hodie non imponitur absque proregis consensu,& quare.*

14 *Leges seculares sunt seruandæ in foro seculari.*

15 *Collecta cōsistit in rebus mere tpalib⁹.*

16 *Epilogus eorum quæ dicta fuerit.*

INTERROGATVS rursus an vniuersitas, quæ petijt assensum regiū, vt possit imponere collectā,siue gabellā, sic vulgo dictam suis ciuibus super frumēto,& vino,& deinde ante impetratū assensum commisit dicta vniuersitas duobus de illa,vt in libro annotarent dirictus soluendos,sic vulgo apud nos dictos, quasi ex proprijs cuiusq; portionibus,recte, & iuste deductos non solum de frumento tritici,sed etiam hordei,& leguminū, pariterque nō solū vini,sed etiam aquatæ sic vulgo appellatę vinum dilutū, quo post impetratū assensum dictos dirictos soluerent.An inquam dicta vniuersitas, hoc est rectores vniuersitatis culpabiles iuxta tutiorem opinionem,quam nos firmauimus in 1. par.lib.4.c.6.nu. 8. nostrarū decisionum incidāt in excommunicationē bullæ.Ordinarius loci dicit q̄ sic,& propterea declarauit eos excommunicatos, tum quia facto fuit annotatio diricttuum soluendorum ante impetratum assensum,tum,quia assensus videtur subreptitie,& obreptitie
1 impetratus.subreptitie † inquā:quia fuit expressum falsum: nam dixerūt de frumēto,& vino, & postea dictū assensum extēderunt ad legumina, & aquatam, obreptitie, quia tacuerunt veritatem:nos autem inuocato prius redēptoris crucifixi nomine, & gloriosissimæ Virginis Marię suffragio implorato pro veritate hac dilucidanda,in pręsenti casu contrariū arbitramur:nā pręfatę dubitationes meo iudicio nullę prorsus videntur, siquidem absq; assensu regio licite in certis casib⁹ huiusmodi gabellę, seu collectę ī poni possūt vt sup.ī pcedēti

minium

consilio conclusum fuit. Sed ut in specie respondeamus, dico ad primã obiectionem: quia ex quo uniuersitas præfixit exactiones ad tempus habile, habetur, ac si post præstitum assensum illas exegisset, ac imposuisset. facit a simili: nam prohibitus aliquid facere absque assensu princi-
2 pis, † si id, quod fuit actum, non uenit ad perfectionem, antequam superuenerit assensus, non punitur, ut in feudatario prohibito absque assensu feudum alienare, tradunt omnes, & præcipuè Camerarius in cap. Imperialem, de prohib. feudi alienat. per Federic. folio 47. & sequentibus, in paruis, ubi dicit, quod si fuerit, facta uenditio feudi absque assensu, si tunc traditio feudi non fuerit, secuta, uendens feudo nõ priuatur. quod si quis obijciat doctrinam Innocent. in cap. fin. de rebus eccles. non alien. ubi explicans differentiam inter decretum, auctoritatem, & consensum dicit hoc de consensu, numero quarto, quod consensus potest pręstari an-
3 te contractum actum, † uel post, quantum ad hoc, ut postea non possit contradicere, sed non quantum ad hoc, vt quod est factum, & non ualet a principio, conualescere possit, de elect. cap. auditis, cap. quod sicut, & capit. ecclesia uestra: quia respondeo ueram esse doctrinam Innocent. nihil tamen nobis obstare; Non enim negamus, quod si diri- ctus essent percepti irreuocabiliter ab uniuersitate, quod ex assensu pręstito dicta gibella non conualesceret, sed modo diri ctus non fuerunt percepti, sed tantum annotati in libro, ut præstito consensu, quod collecta imponi posset, illi exigantur. facit etiam: quia sumus in pœna excõ-
4 municationis † in qua requiritur factum, ut illa incurratur, secundum Cardinalem in c. præterea requisiui sti, de apppella. Igitur in casu nostro nullam potest vniuersitas incurrere excommunicationem, cum exactio non fuerit facta, nisi post assensum. etenim quamuis fuerit facta annotatio ante consensum regis, iste actus interim erat in suspenso, & in pendenti, hoc est, ut si sequeretur assensus, fierent exactiones, alias secus. Quare in materia excõicationis incurrendæ, quæ est pęna pęnarum, & pręcipue bullę cęnæ, oportet ad hoc, ut actus sit oĩno consecutus, & consummatus, c. perpetuo, ubi Ioan. Andr. & Doct. de elect. in 6. & Bald. per illum tex. in l. qui autem, ff. de his, qui not. infa. notat Do. Abbas in c. cũ in cunctis, §. clerici, col. 1. de elec.
5 qui dicit quod pœna † imposita a iure ob aliquod delictũ non habet locum, nisi delictũ fuerit consummatum, quamuis fuerit deuentum ad actum propinquum: unde si quis e-
6 miserit ictum sclopi in clericum † animo ipsum occidendi, & non tetigit ipsum, & nec adhærentia eius, hoc est uestes, non est excommunicatus, per cap. si quis suadente. uerbo iniecerit. quod uerbum importat realem effectum, ut nos diximus in 4. par. nostrarum decis. lib. 2. cap. 49. numero 16. Quare fit, quod cum excommunicationes in bulla cœnæ dicantur potius iuris, quam hominis, ut nos diximus in 1. par. libro quarto, capit. 18. numero primo, quod ex communicationis pœna non habeat locum, nisi quando ante præstitum assensum fuissent factæ exactiones, facit a simili quod alienatio rei ecclesiasticæ immobilis, quando stat in pendenti nõ redditur nulla, (v. g.) Quando fit reseruato assensu Apostolico: nam dicta reseruatio operatur, quod non faciat contractum nul-
7 lum † sed illum faciat esse in suspenso, & in pendenti, ut dixit peritissimus præses de Franc. decis. 163. ita ut impetrato assensu alienatio sit ualida alias secus. sic ẽt uidetur in casu nostro, quod ex annotatione non dica-

dicatur incurrisse pœnam excommunicationis, cum non ex illa dicatur imposita gabella, sed fuerunt factæ annotationes dirictium, ut secuto assensu fiant, alias secus. Nec etiam secundum obstat: nam iuxta glossam optimam, C. de Cano. frument. urbis Romæ libr. 11. appellatione frumenti accipiuntur omnia,
8 quæ ad uictum sunt necessaria.† Ad idem glossa in l. frugem, ff. de uerb. signific. & facit dicta lex in finalibus uerbis, Alex. post Bartolum, & Angelum in l. triticum, ff. de uerborum obligat. ubi infert, quod si statutum punit asportantem frumentum extra comitatum, dictum statutum comprehendit asportantem hordeũ, uinum, & similia. Verum si nos uelimus attendere ad communem usum loquẽdi, uenit tantum id, quod est nobilius cæteris frugibus, glossa in d. l. frugem, Bar. in l. 1 §. operę, de aqua pluuia arcen. vnde Bar. in l. quidam, de uino trit. oleo leg. in fin. quęrit, utrum legumina contineantur
9 appellatione frumenti, † & dicit, quod textus uidetur, quod non, in l. 3. §. siue autem, ff. de penu legata, de hoc uidetur tex. in l. modios, C. de suscept. li. 10. Vbi aliud tributũ dẽt dari de frumẽto, & aliud de hordeo, facit etiã textus in ca. ex multiplici, extra de decim. ubi fit specialis mentio de leguminibus, & blado, & tamen bladum, seu frumentum comprehẽdit omne id, quod habet aristam, d. l. frugem, ff. de uerb. signific. Lucas de Pen. in l. 1. col. 1. C. de conditis in public. horreis, libro 10. sed propter communem vsum loquendi, qui est attendendus, cap. ex literis, extra de sponsal. debemus intelligere de eo frumento, quod est pretiosius cæteris bladis: nam alia, quæ ad uictum sunt necessaria, vt fabæ, legumina, & c. licet comprehendantur sub nomine frumenti, illud tamen est in lata significatione, cum proprie uocentur fruges, ut dixit Lucas de Penna in d. l. 1. Quare ex hoc capite uidetur uniuersitas obreptitie impetrasse assensum, cum tacuerit ueritatem, nisi stemus illi fundamento, quod hæc est collecta priuata, quæ imposita est solum ciuibus, quæ non comprehenditur in bulla. & Rursus: quia uniuersitas non est capax excommunicationis, de senten excomm. in 6. cap. Romana, § in uniuersitatem, prætere a deaquatũ licet uideatur non esse
11 uinum, cum uinum proprie sit † liquor ex uinea procedens, l. si quis uinum, ubi Bartolus, ff. de vino, & oleo lega. & dictum est vinum ex eo, quod potu uenas sanguine cito repleat, Lucas de Penna in l. modios, C. de susceptoribus lib. 10. Et res semper iudicabitur secundum principale, non attenta di-
12 gnitate talis accessorij, † ut in l. [& si non sint, §. perueniamus, & in l. finali, ff. de auro, & argento lega. facit qđ subtiliter notatur in l. si uir, ff. pro donato, & in l. rerum mixtura, ff. de usucap. Quare cum aqua misceatur uino per modum accessorij, fit, quod assumat naturam uini, ut dignioris, sed esto quod retineat nomen aquę. Hinc vulgo uocatur aquata: nam aqua, quæ miscetur uino in multum excedit naturam uini, dico quod nobis semper standum est primo fundamento, uniuersitatem non comprehendi sub Bulla, & quia hæc dicitur collecta priuata. Quod si quis obijciat hodie in Regno non posse imponi gabellam aliquam, siue collectam absque proregis con-
13 sensu, † Respondeo hoc fuisse introductum ex noua cõstitutione, & prohibitione regis: Non quod bulla cœnæ hoc prohibeat, sed quia cum multum intersit regis opulentos habere subditos, vult ipse cognoscere, si qđ ipsi agunt, ad eorum uergit utilitatem, sicque uniuersitas Regis prohibitioni contrauenienś Regis quoq;

ar-

arbitrio relinquitur punienda, non autem summi Pontificis, qui tyrannidem dominorum uidetur in bulla uoluisse prohibere; non autem circa administrationem particularium uniuersitatem se intromittere: vnde leges seculares sunt ser-
14 uandæ † in foro seculari, ut leges ecclesiasticæ in foro ecclesiastico, ut Abbas concludit in cap. clerici, extra de iudic. & in c. 1. extra de noui oper. nunci. & est glossa ordinaria in regula possessor de regul. iur. in 6. & in c. 2. de arbitr. in 6. notat Bartolus in l. priuilegia, C. de sacrosan. eccles. Calder. extra de constit. cons. 13. cum talis lex, ut collecta non imponatur absq; assensu regis, non inducat peccatum, & consistat in rebus mere
15 temporalibus. † nam finis ipsius regis uidetur fuisse, ut id fiat maturo iudicio, & cum causæ cognitione: an id expediat, & propterea est seruanda in terris imperij, sed in terris ecclesiæ erit seruanda lex ecclesiastica, & ita bulla cœnæ, quæ licet ubique extendatur, tamen cum non loquatur de uniuersitate, sed de singularibus personis, ut colligitur ex dictione, Omnes, qui in terris suis, fit, quod bulla cœnæ ad uniuersitatem non se extendat. sed esto, quod extenderetur cum ante præstitum consensum talis collecta non habuerit realem effectum, qui in ex communicatione requiritur, iuxta tex. in dicto cap. si quis suadente, uerbo iniecerit: nam directus non fuerunt exacti, fit, quod rectores ciuitatis non inciderint in excommunicationem, sed
16 modo † hæc omnia perstringendo diximus uniuersitatem non incidisse in excommunicationem in casu proposito; tum quia præfixit exactiones faciendas ad tempus habile, hoc est post præstitum assensum proregis: vnde habetur, ac si post concessum illas exegisset, ut a simili diximus, numero 2. Tum: quia ad incurrendam excommunicationem requiritur realis effectus secutus, ut numero sexto. Hoc est, ut fuisset secuta exactio ante assensum, quæ non fuit in casu nostro. Et hæc salua &c.

D. Iacobus de Graffijs a Cap.

DE CENSIBVS.

SVMMARIVM.

1 *Homo quot annis præsumatur uiuere ad iustificandum contractum vitalitium.*
2 *Contractus vitalitius qualiter reddatur vsurarius.*
3 *Contractus vbi ex vna parte magis quam in alia continet verisimilitudinem probabiliorem non dicitur tunc habere æqualitatem iuris naturalis.*
4 *Vitæ hominis terminum ignotum esse quomodo explanetur.*
5 *Vitæ hominis terminum qualiter possumus præsumere.*
6 *Solutio anticipata census quomodo prohibeatur in contractu censuario ample declaratur.*
7 *Ratio prohibitionis anticipatæ solutionis quænam germana sit, et. nu. 9.*
8 *Solutio anticipata census an etiam iure communi prohibeatur, & ratio.*
10 *Bulla Pij V. prohibens solutionem anticipatam in contractu censuario an extendatur ad contractum vitalitium, & nu. 13. & 16.*
11 *Lex generaliter loquens non debet ad aliquam partem restringi.*
12 *Census vitalitius non potest constitui sub alia forma quam tradita per Bullam Pij V. traditam in contractu censuario.*
14 *Census perpetuus hodie in Regno non potest excedere decem pro centenario.*
15 *Bulla Pij V. prohibens solutiones anticipatas census procedit in constitutione census cuiuslibet quantitatis vsque*

vsque ad decem pro centenario.

17 *Bulla Pij V. circa prohibitionem anticipationis solutionis census est in omnibus locis recepta.*

18 *Constitutio Pontificis seruari debet in omni loco vbi in contrarium vertitur periculum animæ.*



X facto nobis proposito satis secundum veram sentẽtiam liquet contractum huiuscemodi vitalitium ad rationem viginti pro centenario vsurariam prauitatem sapere ex pluribus infra annotatis capitibus. Primo ex censu tam excessiue constituto est emptio respectu ætatis valetudinis, ac complexionis vẽditoris, ad cuius vitam posita cum fuerat persona iuuenis 40. vel 45. annorũ iuxta communem theologorum, ac iuristarum sententiam infra allegãdorum, ita vt prudens iudicans animum in sentẽtiam inclinare habeat secundum prædictas qualitates venditoris ad iustificandum præsentẽ
1 contractum vitalitium, † secũdum quas sequendo iudicium vsque ad vitam octuaginta annorum, quibus prædictus venditor probabiliter, ac verisimiliter vixurus erat, vt optimè declarauerunt Medina in C. de restitutione, quæst. 14. de censu vitali. ĩ pluribus locis, & Molina in suo tractatu, de iust. & iur. disp. 188. ver sic. difficultas tota; facile iudicabit prædictum emptorem recepturum fuisse longe satis vltra quam dedit,
2 † ex quo oritur communis sententia, vt supra prælibaui huiusmodi contractum fœneratitium, ac nullum reddi, vt astruunt post reliquos Astensis in summa lib. 3. titu. 2. q. 4. ver. verisimiliter. Richardus de media villa in quodlib. 2. q. 23. artic. 7. Diuus Anto. in summa, par. 2. tit. 1. c. 8. §. 10. & 11. in fine. Couar. in l. variarum resol. l. 3. c. 9. num. 7. Conradus ille singularis in materia contractuum in suo vol. tract. 4. quæst. 81. c. 3. conclusi. circumstantia 7. & cæteris theologis omissis. Nauar. in cons. 2. num. 4. l. 3. in comment. de empt. & vendit. & inter Ciuilistas. Cin. in l. si ea pactione, C. de vsur. Baldus in l. si pater puellæ, C. de inoffic. testam. & in cons. 120. vol. 3. & in d. l. si ea pactione ubi Castrens. & Alex. Dec. in l. de fideicommisso, C. de trans. & in cons. 123. perlectis & nouissimè Iason in d. l. si pater puellæ, qui vtriusq; scholæ pro
3 hac sententia allegat, † ratio cuius ea communiter affertur, quia stante uerisimilitudine probabiliori ex una parte non uidetur æqualitas iu
4 ris naturalis seruata, † nã licet edocti simus mortem omnibus: ita cõmunem esse ut ætates minimè discernat, tamen uerum intelligimus certitudinaliter demonstratiua cer
5 titudine, † secus de morali causata ex causis his inferioribus, quas theologi secundas appellant, regulata à prædictis qualitatibus enarratis. s. ætatis, ualetudinis, ac complexionis venditoris, & secundum hunc modum possumus probabiliter, ac uerisimiliter iudicare, quem longius, uel breuius uixurum ad iustificandum contractum uitalitium ne reddatur feneratitius. Constat enim potentissime ex his, prædictum emptorem recepturum fore longe maius quam dedit ex ætate uenditoris, eiusque complexione, & ualetudine; Vnde contractus reddatur usurarius ex alleg. Doct.

6 Secundo constat † huiusmodi cõtractum reddi usurarium ex anticipatione solutionis, eiusque in pactũ deductæ, siquidem ex bulla Recol. memor. Pij V. Sum. Pont. incip. cũ onus Apostolicæ seruitutis, lata in anno 1568. patet, solutiones anticipatas non solum obnixè prohiberi fieri, sed etiam in pactum deduci.

Quid

Quid enim sentiat Pius V. per hanc Clausulam quæso afferamus sequendo peritissimum Ludouic. Molin. in disp. 390. in 3. Claus. dictæ bullæ. tracta. de iustit. & iur. nil etenim aliud sensisse affirmandum esse arbitror nisi ne aliquid amplius pensionis, aut Cẽsus recipiatur, seu in pactum deducatur, quam sit id quod ex natura contractus debeatur, quando absolute absque vllo pacto celebraretur, atque adeo quam sit id quod pro ratione temporis lapsi debetur: ergo anticipata solutio est non solũ si hoc deducatur in pactum, videlicet ut in principio emptionis census pensio vna integra soluatur, & deinde ex tunc emptiones integrę soluãtur, sed etiam si census recipiatur absque pacto quatuor mensibus ante terminum solutioni præfixum, quod vtique vtrumque in præsenti artic. prospicio, ut non modo pactũ, sed etiam solutio effectu intercesserit. Idipsum declarat peritissimus Io. Vincent. Hondedei in cons. infra allegando, tanquam solutio anticipata sit quicquid solui statuatur, antequam pro rata temporis elapsi sit debitum. Hoc idem in terminis voluit Bern. Rebel. in suo tract. de oblig. iustit. l. 10. quæst. 6. vers. secunda conditio, circa finem, † vbi illa
7 verba bullæ prædictæ Pij V. ibi solutiones anticipatas, & cęt. exponit, hoc est antequam deberentur, non solum inquit ad vetandum, ne post contractus celebrationẽ census exigantur antequam pro ratione temporis decursi debeantur, sed etiam ad præcauendam fraudem, qua emptor posset integram numerare pecuniam capitalis in actu celebrationis simul, vel antea exigere, vt statim post cõtractum anticipato tempore pensionum solutiones fierent. id enim (inquit hic peritissimus Doctor) perinde esset, ac si censuarius eas de capitali solueret, quod esset in fraudem, ut etiam aduertit Nauar. in Cõment. de vsur. nume. 88. quod in præsenti contractu clarissime expressum est non modo ex huiusmodi pacto deducto, sed etiam ex solutione ducatorum 373. t. 13. pro summa capitalis ducatorum 400. retinendo penes se prædictus emptor ducatos 26. 3. 6. pro solutione prędicta anticipata: vnde etiam non videtur fuisse pretium integrum solutum, quo casu patenter est vsura.
8 † Hinc oritur etiam præter dispositionem dictæ bullæ hoc esse de iure communi, & naturali constitutum, cum huiusmodi anticipata solutio ficta uidetur pro eo quod non est in rerum natura: quia dies adhuc non venerit, vt docuit etiam Michael Salo in suo tract. de iustit. & iur. tom. 2. rubr. de censibus art. 3. controuersia 12. idemque declarat Fęlicianus in tract. de censibus l. 1. c. fin nu. 28. ver. 6. declaratio. Berarducc. de vsuris tit. de censib. Less. l. 2. de iustit. & iur. c. 22. dubit. 12. nu. 81. ex tex. in extrauag. 1. de emptit. & vendit. Sed quod plus est in præsenti artic. fit, vt ex dicta anticipata solutione venditor notabiliter defraudetur in pretio capitalis, ita vt ipso defuncto sors pdicta duc. 400. integraliter non extinguatur, sed tm̃ summa duc. 373. 1. 13. quod est manifestissima iniustitia, & cõtra naturã ipsius cõtractus
9 vitalitij, secundũ quã totaliter capitale extingui debet. † Siquidẽ verũ est, Summũ Pont. per dictã bullam aliud nõ velle, nisi occurrere fraudibus vsurarum, quæ de naturali iure, & diuino prohibentur, vt clarissime docet Nauarrus in dict. cõm. de vsur. numero 123. addensque eundem Summum Pontificem simul etiam voluisse iuuare venditores censuum, ne vrgente necessitate acciperent pro pretio, vel parte pretij aliqua sibi parum commoda, vel maioris quam iustum esset,

quod in casu nostro apertissime hoc liquet, dum pro summa ducatorum 400. minus acceperit in graue præiudicium ipsius venditoris, & ipsius vitalitii naturæ. Ex quibus clarè liquere potest contractum istiusce-modi vsurarium se reddidisse, aut saltem (quod pars omnino negare non potest) vigore bullæ prædictæ, vt optime declarat Vir. Boc. in trac. vti possidetis. c. 18. nu. 22. idemque expressissime sequitur ī propriis terminis Eximius doctor Io. Vincent. Hondedei in cons. 35. vol. 2. in causa vertēte in ciuitate Senis, vbi post reliquas authoritates, ac fundamenta per ipsum allegata concludit, hūc contractum fœneratitium fuisse, & nullum ex eo quod fuit facta solutio census anticipatè die sequenti contractus pro sex mensibus futuris; Hoc idem voluit Io. Petrus Surdus in cons. 511. nu. 6. cum seq. vol. 4. par. 2. quo magis in casu præsenti propter expressum pactum solutionis anticipatæ faciendæ vsquequo prædictus venditor obierit, quo casu moriēte ipso, facta solutione anticipata pretium vitalitii integrum non extinguitur.

10 Neque minus † refragari potest eandem bullam minimè extēdi posse ad censum vitalitium, siquidem verum est non extendi, sed bene ex eius dispositione expressa comprehendere censum vitalitium, cum dicta bulla indefinitè, & generaliter loquatur non modo perpetuos,
11 sed vitalitios complectens: † vnde sequitur ad quenquam ipsorum adstringi non posse argum l. 1. §. & generaliter, ff. de leg. præst. l. de pretio, ff de public. & ita expresse affirmat Nauar. in dicto comment. de vsur. num. 98. & 99. addens omnino non posse dictam bullam restringi, sed generaliter intelligendam esse de omni census constitutione tam redimibilis (vt est perpetuus) quā de irredimibili, (vt est cēsus vitalitib.) sed satis esse censuum cōstitution fieri per emptionē, & vēditionem, vel alium contractum sibi æquipollentem, per quem quis constituit alteri censum super re sua ob aliquod pretium, vt est præsens contractus,
12 † sed in specie præfatam bullam cōprehendere census vitalitios docet peritissimus Molina in d. trac. de iustit. & iur. q. 388. idemq; Bernar. Rebell. in trac. de obl. instit. lib. 10. q. 4. vbi expresse addit etiam huiusmodi censum vitalitium non posse constitui sub alia forma quam tradita per dictam bullam Pii V. vbi etiam declarat quod huiusmodi census vitalitius constitui debeat super aliqua re immobili ad instar census perpe-
13 tui: † quia (inquit) constitutio dictæ bullæ generalis est complectēs omnes census constitutos per viam emptionis, & vēditionis, ut declarauit idem Nau. in d. loco, n. 128. qui etiā circa finem apertissime cōcludit dictam bullam uitalitium censum cōprehendere.

Nec similiter inficiatur dictam anticipatam solutionem contractū
14 non afficere, † ex eo quod prædicta bulla tantum est apta comprehendere census perpetuos propter metam certam census, qui non potest excedere decē pro centenario iuxta bullam Nicolai V. Summi Pontif. tanquam receptam in hoc regno: id autem locum habere non potest in censu vitalitio, in quo nō habemus aliquam iuris dispositionem expressam determinantem quantitatem pecuniæ census: ex quo cum dictus emptor huiusmodi census pacisci poterat ad rationem non solum viginti vnius, sed et viginti duorū pro centenario, sequitur per æquipollens ipsum potuisse pacisci, quod solutio anticipata fieret, quoniam facto computo minus interesse est venditori in hoc modo, quā si pactū

fuisset,

15 fuisset, quod † soluantur 22. pro centenario a iure minime hoc prohibitum. Huic assertioni facile duplici fundamento respondebitur. Primo falsum esse emptorem potuisse pacisci ad rationem 22. pro centenario: nam æquus iudex procul dubio iudicare potest, quod si potuisset faciliter ad eam rationem censum cõstituisset assentiente vẽditore, quod minimè potuit, cum si alias, venditor non contraxisset, ex quo per hoc pactum ad rationem 20. pro centenario dicitur lex constituta, quæ robur accipit ex pacto contrahentiũ, cum substantialia contractus non resistant. Secundo potest huic propositioni instantia afferri, & argumentum facilè corruet, siquidem si hoc verum esset, sequerentur maxima absurda: nam ex eodem fundamento argumentum locum obtineret in censu perpetuo: quia si census perpetuus statuatur ad rationem 7. aut 8. pro centenario, posset eadem ratione callidus emptor pacisci, qđ fieret anticipata solutio habendo considerationem ad censum, qui poterat constitui ad rationem 10 pro centenario, sed hoc est falsissimum: quia de directo deueniretur contra dictam bullam: ergo etiam & antecedens: quod autem maior sit falsa ex eo constat, quod bulla prædicta loquitur indefinitè complectẽs omnes censuum constitutiones vsque ad decem pro centenario: ergo non potest restringi cum alias dispositio præfatæ bullæ tantummodo locum haberet in censu constituto ad rationem decem pro cẽtenario, quod est contra mentem, eiusque verba bullæ non solum, sed omnium doctorum super ea, & præcipue Nauar. in comment. de vsur. num. 104.
16 † vbi clarissimè docet dictæ bullæ dispositionem omnes constitutiones census comprehendere iuxta mentem contrahentium, & patriæ consuetudinem, idemque confirmauit, nume. 140. An uero huiusmodi censuum cõstitutionib. quas in dies videmus constitui, diuersim non cõstituatur secundum bullam prædictam? nefas est dicere. igitur falsum est asserere anticipatam potuisse fieri, & solutionem in pactum deduci. Præterea si contrahentes possent inuicem sibi indẽnes fieri hoc modo æquipollenti, sequeretur idcirco cuique licere facere iniustitiã alteri, scilicet pacta inita minimè seruari contra idem ius naturale, quod dictat pacta seruari. Ex quibus mihi liquet secundum veriorẽ sententiam huiusmodi contractum reddi vsuratium ac nullum.

17 Nec tandem † quicquam obstare potest, ac in dubium deduci de vigore eiusdem Bullæ P ij V. cum circa huiusmodi clausulã solutionis anticipatæ prohibitæ eam clarum est in omnibus regionibus, & regnis seruari etiam quoad temporalia ecclesiæ non subiectis, vt declarat peritissimus Io. Vinc. Hondedei in alleg. cons. 35. n. 3. sequens Nauarrũ in d. comment. de vsur. nu. 106. ver. secũdo per totum vsq; ad finem, quoniã circa hanc clausulã animæ periculũ
18 vertebatur, quo casu cõstitutio Põtificis dato quod non contineat leges naturales, vel diuinas, debet adhuc apud oẽs christianos in vtroq; foro, & vbiq; gentiũ seruari ex doctrina gl. communiter receptæ in c. 2. de regu. iur. in 6. vt latè etiam scripsit Virg. Bocc. in tract. vti possidetis, capit. 19. numero 26. in fine, & tanto magis quod prædicta bulla reperitur infesta in volumine bullarum, vt firmat idem Hondedei, ibi nu. 3. licet secundum Nauar. in allegato loco, ver. 3. prædicta bulla non licet eos qui Regibus laicis subiiciũtur circa alias duas clausulas tanquam prouenientes à iure humano, quod & declarat, & sequitur ibidẽ

Hondedei. Hæc mihi videntur saluo semper saniori iudicio.

D. Iacobus de Graff. a Cap.

DE CELEBRATIONE MISSARVM.

SVMMARIVM:

1 *Officium diuinum quæ personarum genera recitare teneantur.*
2 *Officium diuinum omittere, ut beneficio priuari possit, quis dicatur.*
3 *Officium recitandi proprius locus est ecclesia, quæ duplex est.*
4 *Ecclesia quare dicatur uirgo, & sponsa.*
5 *Ecclesia corporalis cathedralis uocatur, & matrix & quare.*
6 *Ecclesia collegiata qualiter cognoscatur.*
7 *Ecclesiarum omnium caput, & mater est ecclesia Romana.*
8 *Ecclesia corporalis habet tres partes.*
9 *Laici in choro inter psallentes clericos esse non debent.*
10 *Officium diuinum est recitandum in choro sub mortali, & a quib. nu. seq.*
12 *In consuetudinem quando aliquid uideatur duci.*
13 *Officium cum alicui imponitur, & ea imponuntur sine quibus illud exerceri non potest.*
14 *A choro se subtrahentes quandoque participant merita psallentium. nume. seq.*
15 *Quod iuris est de toto quo ad totum, idem iuris est de parte quo ad partem.*
16 *Minimum quando dici possit in horis canonicis.*
17 *Epilogus eorum, quæ dicta sunt.*

Consilium I.

DVBIVM uertitur, An ut obligatus dicere horas in ecclesia non satisfacit, si eas recitauerit in cubiculo suo, aut in cella, uel alibi, sic hoc etiam si procedat, si unam omiserit horam, (v. g.) sextam, aut nonam, uel tertiam: Et loquor in casu, quo prælatus regularis præcipit, ut sacrista, uel hebdomadarius cum antiphonario, iuxta consuetudinem locorum, satis faceret choro, quæritur an si omisserint unam horam ibi recitare, peccent mortaliter. Et inuocato prius nomine Chisti Iesu, & Gloriosissimæ Virginis Matris Mariæ suffragio implorato, presuppono primum, quod ad recitandum diuinũ officiũ
1 tenentur † clerici in sacris ordinibus constituti, etiam si beneficiati non sint, in minoribus uero constituti nõ tenentur, nisi beneficiati, ut notat Arch. dist. 91. c. ult. At beneficiatus nõ dicitur, qui nudum beneficium habet: nam beneficium dici non potest, quod nulla utilitate sentitur, ut nos diximus in nostris decis. in 1. par. lib. 2. c. 50. nu. 15. item professi, & professę choro deputatæ ex antiquissima consuetudine, & statuto religiosorum, Medina C. de oratione, quæst. 7. & clericus non recitans diuinum officium, dicitur iniuriam facere proximo, cui pro temporalibus, quæ percipit, spiritualia non refundit, ut dixit Archid. 91. distinct. cap. 1. Quare si fructus nullo modo percipit nec ipse, nec alius, ad officium non tenetur. Hoc enim participium beneficiatus accipiendum est cum effectu, ff. de orig. iur. l. 2. §. exactis, ff. si cert. pet. l. 2. de sent. excommun. in 6 cap. religioso, §. quamuis. omittens enim diuinum officium priuatur beneficio, & intellige illum omit-
3 tere officium † diuinum, ut ad hoc priuari possit, qui per quindecim dies illud bis saltem non dixerit, Deo tamen ultra præmissa de dicta omissione redditurus rationem, ita habetur in Conc. Later. sess. 4. sub Leone X. & per Bern. Diax. in sua praxi Crimin. cap. 56. Licet Sotus de iustit. & iur.

iur.lib.x.q.5. art.6. dixerit constitutionem Lateranensem non fuisse receptam quo ad priuationem beneficij ob omissionem diuini officij. Tamen in Curia Archiep. Neapol. quidam insignis Modernus refert fuisse priuatum beneficio clericum quendam, qui ultra decennium non recitauerat diuinum officium. Secundo notandum est, quod proprius
3 locus recitandi diuinum officiũ † est ecclesia iuxta tex. in clem. 1. extra de celeb. missa. ibi uel in cathedralibus ecclesijs, & collegiatis horis debitis debitè psallatur. Ecclesia vero est duplex, Alia spiritualis, quæ est fidelium congregatio fide, & charitate munita, dist. 93. cap. legimus in medio. 1. quæst. 1. cap. multi in fine. 24. q. 1. cap. loquimur: unde omnes episcopi, & omnes fideles sunt una ecclesia, 1. quæst. 1. cap. extra catholicã. ubi notat Archidiac. quid sit ecclesia 24. quæst. 1. cap. quia ex sola, & extra eam solus non habetur, ead. quæst. c. alienus, & ca. quicunque. sicut enim præcisus ramus ab arbore non uiuit, ita præciso ab ecclesia non est uita, 24. quæst. 3. cap. Ipsa pietas. item ipsa non solum ratione uirginum, sed e-
4 tiam ratione omnium fidelium uirgo dicitur, 27. quæst. 1. cap. nuptiarũ, in fine. Dicitur etiam, ut dis. 56. cap. sponsus, sponsa Christi pudica, & incorrupta, quæ adulterari non potest, 24. q. 1. cap. loquitur in fin. Est etiam corporalis ecclesia, id est domus ad honorem Dei per episcopum ædificata, 1. q. 1. cap. si quis obiecerit, cum ibi notatis. Et hæc ecclesia uocatur cathedralis, hoc est, quæ habet episcopum, distinct. 50. cap. postquam, quę nonnunquam nuncupatur matrix, glossa in clement. 1. de sent. excommun. licet proprie ecclesia matrix vocatur illa, per quam renascimur sacramentis, & diuinis officijs, Zabarel. in clemen. 1. §. quibus officijs, de priuileg. in 6. At collegiata ecclesia potest cognosci, vbi est collegium simul viuentium, per id, quod notatur, 12. quæst. 2. capitu. qui manumittitur. Et hoc collegium dicitur vnum corpus, cuius caput est prælatus, & membra corpus, ca. nouit, extra de his, quæ fiunt a prælat. & tunc si a principio fuit statu-
6 tum, vt ibi esse debeant clerici, dicitur collegiata, glossa in ca. 1. de elec. & cognoscitur ecclesia collegiata si est signum, & commune sigillum, capit. significauit, extra de appellat. tractatus communis, l. 1. ff. quod cuiusq. vniuersit. commune refectorium, & dormitorium, Innoc. in ca. postulasti, de iure patron Omnium
7 vero ecclesiarum mater † caput est Romana ecclesia, 12. dist. c. 1. & 3. q. 6. cap. dudum, extra de sum. Trinit. & fide cath. cap. damnamus, quę est mater imperij, C. de sacrosan. eccle. l. iubemus, §. 1. in fine. prima sedes non habens maculam, neque rugã, dist. 21. cap. quamuis, & tanquã magistra in omnibus est sequenda, 11. dist. c. quis nesciat in fi. 12. dist. c. 1. & seq. 22. dist. c. omnes. Ipsa quippe est speculum omnibus, 19. dist. c. enimuero, & habet plenitudinem potestatis. Aliæ per ipsam in partem sollicitudinis sunt assumptæ, 3. q. 6. c. multũ, quæ a tramite rationis nunquam errauit, 24. q. 1. c. a recta, & custodit Cõciliorum statuta, quæ ipsa confirmauit, 25. q. 1. c. 1. de consecr. distinct. 1. cap. Basilicas, & qui derogando eius priuilegio, vel potestati loquitur contra ipsam, hæreticus reputatur, 22. dist. cap. omnes. Ad ipsam quoque omnibus sine exceptione appellare licet, & ab ea nemini appellare permittitur, 2. q. 6. cap. ad Romanam. & in c. seq. & 9 q. 3. cap. cuncta per mundum. Valet enim omnes iudicare, & de ea nemini iudicare permittitur, 17. q. 4. c. nemini. Item in dubijs, & arduis ad ipsam est recurrendum, 11. distinct. capitu. palam,

palam,12.distinct. cap.præceptis, & de magnitudine ipsius ecclesiæ notat Archidiac.de elect.libro 6.capit. vbi periculum in glossa secundum possibilitatem. Igitur in ecclesiis cathedralibus iuxta tex.in dicta clement.1.& collegiatis est psallendũ.

8 Ecclesia vero habet tres partes,† primo illa,quæ est prope altare maius, quæ solet quandoque cancellis includi,quæ nonnunquam appellatur sacrarium, aliquãdo presbyterium, & nonnũquam sancta sanctorum, vt in iuribus allegatis per glossam in cap.primo,de vita,& honest.cleric. nam in illa parte stare debent clerici celebrantes, vt presbyter, diaconus,& subdiaconus, dicto capit. primo,ibi secus,id est,iuxta altare,ff.de seru.vrban. præd.l.quidam. secundo dicitur reliquum corpus ecclesiæ, quod vulgo vocatur nauis ecclesiæ: nam in illa debent stare laici audientes diuina, nisi sint excommunicati,distin.21.cap.cleros, in fine,1.quæst.1.capit.non licet. Tertio dicitur chorus,de quo loquitur tex. in d.clemen.1.& cap.dolentes, titu. nostro,& cap.1.extra de vit. & hon. cler.& ibi glossa in verbo sed pars illa, ex quo textu duo colliguntur, & primum,quod laici non audeant sta
9 re,vel sedere inter clericos,† excusat tamẽ contraria cõsuetudo.sic enim adest cõsuetudo Romana, ibi enim celebrãte summo Pontifice omnes sunt simul mixti,laici,& clerici, sed dicit Ioann.Andr.in dicto capit.primo,esse speciale in summo Pontifice ad designandum forsan, quod ipse omnibus est communis: nam secundum Dei cultum neque masculus,neque fœmina, neque liber, neque seruus: omnes enim eandẽ mercedem recipiemus in Christo,in authent.de monach. § hoc autem nobis,collat.1.sic etiam excusantur laici,si inuitantur a clericis,distinctio. sexagesima secunda, capitulo primo,secundo,& sequen. Vnde si scirent psallere, & deficerent clerici, possent inuitari laici ad psallendum, de relig.dom.cap.inter quatuor, facit 38.distinct.cap.sedulo,& tali casu laici non peccant, facit text. in d. capitulo primo,ibi videãt,quod verbum sonat in vitium, quasi quod propria auctoritate non debeant se immiscere, sed inuitari possunt. distinct.71.cap.1.& 2. secundum colligitur,quòd non solum canonici in ecclesijs cathedralibus, & collegia-
10 tis,sed etiam† religiosi tenẽtur sub peccato mortali recitare officium diuinum, vt multipliciter probatur per Turrecrem. & præpositum in c. fin.dist.92. nam qui tenetur ex præcepto aliquid facere in aliquo loco, vel erga certum genus personarum, si non facit illud in eo loco, vel erga illas personas,non satisfacit suę obligationi, etiam si faciat illud in alio loco, vel erga alias personas, vt probat text.in cap.nos quidem, & in c. Ioannes, extra de testamen.optimè Nauar.lib.3.de celebr.miss.cons.13. nos in 1.par. nostrarum decis.lib.2. cap.53.num.4.& 5. Rursus,etsi religiosi teneantur recitare horas cano-
11 nicas in ecclesia † per tex.in cap.fin. distinct.92. sub peccato mortali, ibi conuenerint, & deponantur. Nam primum verbum significat ecclesiã regularem, vbi religiosi conueniũt, secundum significat peccatum mortale:nam alias deputatus ad diuinũ officium non deponeretur, hoc est iuxta glossam, non excommunicaretur,cum excommunicatio præsupponat peccatum mortale, capitulo nemo, capitulo nullus, vndecima quæstione tertia. Tamen ab hac obligatione excluduntur ij, quando ex eorum absentia chorus non pateretur maximum detrimentum, & id non ducerent in consuetudinem,iuxta Syluestrum in verbo hora. Quando autem videatur duci in

con-

11 consuetudinem, † vide glossam in capitulo mos, distinctione prima, in fine. Sed etiam, quando adesset rationabilis causa absentiæ: vt quia quis non potest commode interesse, Geminian. in dicto capitulo finali, vel si haberet officium tale, quod oporteret eum occupari, quando dicuntur horæ canonicæ: quia tunc posset se absentare causa talis necessitatis, facit a simili capit. in sancta, distinctione 92. Cum enim alicui
13 imponitur officium, † imponuntur etiam & alia, sine quibus illud non potest exerceri, facit text. in l. oratio, ff. de sponsali. glossa distinctione nonagesimaquinta, cap. ecce, verbo benedicere, vbi eo ipso, quod episcopus permittit sacerdoti missam celebrare, consequenter permittit omnia, sine quibus esse non possunt, de offic. deleg. capitulo præterea, inde est, quod ex hoc capite excusari potest sacrista tempore missæ, quando faceret ea, quæ incumbunt suo muneri, quæ non recipiũt dilationem: item custos dormitorij in religione, lectores, qui occupantur in legendis lectionibus, custodes infirmorum, & omnes tandem, qui ex rationabili causa se absentant, facit glossa in dicta clement. prima, ibi absque rationabili causa; semper enim legitima causa excipitur, capitulo ex parte, secundo de offic. deleg. capitulo si quando, de rescript. Immò illi, qui ob rationabilem causam, & vtiliorem effectum,
14 quam sit sua † præsentia, se subtrahunt a choro, participes sunt illius, nonminus, quam si essent præsentes, sicuti est æqua pars descendentium ad prælium, & remeantium ad sarcinulas, ita Innocent. in capitulo primo, extra de celebr. miss. Cuius hæc sunt verba, clerici cuiusmodi ordinis, sed etiam prælati ex causa possunt se absentare ab officijs, quæ dicuntur in ecclesia, vt si oporteret eos interesse circa administrationem temporalium, & tamen debent dicere eo modo quo
15 possunt vel in domo, † vel in via, vel equitando, aut stando, & sicut ministerium absentis prodest eis, qui sunt in ecclesia illa: ita officium illorum, qui sunt in ecclesia prodest illis, qui sunt circa administrationem; quia omnes sunt vnum corpus in Domino, extra de constitut. capitulo cum omnes. Quibus sic præmissis, & ponderatis? Respondeo ad dubium affirmatiuè, & ratio est: quia quod iuris est de toto
16 quo ad totum, † idem iuris est de parte quo ad partem, l. quæ de toto, ff. de rei vendic. l. vulgaris, ff. de furtis, quæ est in capitulo vulgaris, de pœniten. distinctione prima, de offic. delegat. capitulo pastoralis, §. in totum. Hinc textus in capitulo auaritiæ, de electio. in sexto, qui vult, quod electus non confirmatus non possit administrare bona ecclesiastica, rationibus allatis per glossam ibi, procedit etiam, si administraret partem: quia gerere videtur, qui partem hæreditatis attigerit, vt ff. de acquirenda hæreditat. l. si seruum, §. si quis seruus. Et ratio est, quia quod iuris est de toto, quo ad ad totum, idem iuris est de parte quo ad partem. Sed vt supra diximus, officium diuinum est dicendum in ecclesijs cathedralibus, & collegiatis, & regularibus in choro collegialiter ex mente sacrorum canonum, quæ colligitur ex capitulo primo, & melius in capitulo dolentes, verbo choro tit. nostro, & exprimitur in Concilio Trident. de reformat. sessio. vigesima quarta, capitulo duodecimo, ibi in choro ad psallendum instituto: ergo etiam & pars officii, quæ est tertia, vel sexta, quæ est pars integralis officii: secus vero esset de parte exigua, vt si quis omitteret vnum psalmum:

17 nam minimum non habetur † in cõsideratione, Nauar. de horis Canon. c. 19. num. 83. facit tex. in c. & si quæstiones, de simo. c. unum dist. 25. uel si exiret a choro ex aliqua causa: ut quia nimis fatigatus esset spiritus, unde exiret causa recreationis, caueat tamen ne in hoc excedat nimiũ
18 & frequenter, ita Innoc. & Anchar. in d. cap. Dolentes sed modo omnia breuiter reassumendo diximus, nu. 1. & 2. teneri sub peccato mortali ad recitandum diuinum officium constitutum in sacris, professum, & professum, ac beneficiatum cũ effectu, hoc est, qui aliquam utilitatem percipiet ex beneficio. Secundo ex numero 3. Est & ecclesia cathedralis quæ habet episcopum, uel collegiata, siue secularis, siue regularis sit, siue parochialis. ecclesia uero est duplex, spiritualis de qua multa, numero tertio & quarto, & corporalis, cuius tres sunt partes, alia, quæ dicitur sanctuarium, quę cancellis includit? alia quæ uocatur nauis, & alia, quæ dicitur chorus: officium ergo diuinũ dicendum est in choro, vbi non sunt miscendi laici cum clericis, nisi in duobus casibus, ut numer. nono sub peccato mortali. ut numero 10. & 11. nisi sit aliqua causa rationabilis absentiæ, quæ qualis sit, diximus numero 13. Quo casu absentes sunt participes officiorum, quæ dicuntur in choro, ut numero 15. sed absque causa rationabili omittentes dicere officium siue totum, siue partem integralem, ut tertiam, uel sextam, peccarent mortaliter. ut nu. 16. usque in finem, nisi ex eorum absentia chorus non pateretur detrimentum, uel non ducerent in consuetudinem, ut numero undecimo. Verum an hæc propositio sit uera, latè in consilio sequent.

D. Iacobus de Grassijs a Capua.

DE CELEBRATIONE MISSARVM.

Thema Consil. II.

In Cathedralibus, collegiatis seu regularibus ecclesijs horis debitis a choro se subtrahentes sine licentia an peccent mortaliter.

Hoc consilium duabus difficultatibus absoluetur.

I. Vtrum Monachus, uel alius choro addictus ad celebrandum diuinum officium, si sine licentia se absentet a choro, peccet, & qualiter, & qua pœna mulctandus.

II. Posito, quod peccet mortaliter, an excusetur ob rationabiles causa, a peccato, & Quæ istæ sint.

SVMMARIVM.

1 *Monachi an non peccent quod non sunt obligati ex professione ad diuinum officium.*

2 *Contemptus in quacunque materia, etiam leui constituit peccatum mortale.*

3 *Contemptus præsumitur ex frequentia actuum, & in quo foro hoc procedat.*

4 *Circumstantia numeri an possit peccatum ueniale constituere mortale.*

5 *Subtrahentes se a choro possunt deponi & excommunicari, ac quomodo hoc intelligendum.*

6 *Religiosus subtrahens se a choro sine rationabili causa toties peccat mortaliter, quoties se subtrahit.*

7 *Lex omnis quæ absolutè fertur, obligat ad culpam vel uenialem, uel mortalem.*

8 *Lex secum affert obedientiæ preceptũ, cui qui non paruerit obligatur ad culpam, nisi contrarium legislator expresserit.*

9 *Pœna grauis non imponitur, nisi culpa gra-*

grauis procedat.

10 *Subtractio a choro sine legitimo impedimento est peccatum graue.*

11 *Indignatio Dei & sedis Apostolicæ importat peccatum mortale.*

12 *Clericus debet deponi a clero eo casu quo ad ecclesiam non conuenerit, & quando hoc procedat.*

13 *Vniuersitati alicui consistenti in facto quando aliquid præcipitur, tunc singuli de uniuersitate obligati intelliguntur: licet secus quando in iure consisteret.*

14 *Clerici uerbo etiam monachi includuntur communiter.*

15 *Officium in ecclesia recitare omittētes, deponuntur, & excommunicantur.*

16 *Plagarum modus debet esse secundum mensuram delicti.*

17 *Legis finis est punire.*

CIRCA primam quæstionē inuocato prius diuino noīe, & Beatissimæ Virginis inuenio diuersos diuerse sentire: Nam alij dicunt, quod non peccent monachi, eo quod non sunt
1 obligati ex professione ad diuinum officium, sed hæc opinio de facili refellitur. etenim quamuis monachi non sint obligati ad recitandum diuinum officium ex ui professionis, tenentur tamen ad illud ex antiquissima, & sancta consuetudine, uel statuto religionum, ut dixit Astensis, & Medi. C. de oratione q. 7. Alij uero dicebant, quod tunc demum peccant mortaliter, si per contemptum se a choro subtrahant, Alias secus. Verum quis est, qui nesciat contemptum in quacunque materia et
2 leui constituere peccatum† mortale, cum etiam lex consilij propter cōtemptum efficiatur lex præcepti, glossa in c. quis autem, dist. 10. notatur in cap. nam concupiscentiam, extra de constit. Ad hoc adde glossam in c. unum orarium, uerbo plus accipit, distin. 25. ubi etiam peccatum ueniale ex contemptu efficitur mortale. Sed alij dicunt, quod peccent mortaliter, ne dum si per contemptum se subtrahant, sed etiam si per consuetudinem, uel si per subtractionem grauē iacturam pateretur chorus. Et ita hæc opinio vult religiosum, seu quēlibet alium choro addictum subtrahentem se a choro non peccare mortaliter; nisi quando pluries hoc egerit, ita ut inducat hoc in consuetudinem. Et hæc opinio diuersa est a se-
3 cunda: nā licet contemptus † præsumatur ex frequentia actuum, tamen illud procedit in foro exteriori, non autem in foro interiori, ubi sola ueritas consideratur, cap. tua nos, extra de sponsal. c. humanæ 22. q. 5. quamuis dicta frequentia actus ad id eū disponat, non dispositione necessitatis sed pronitatis, iuxta illud, Impius cum in porfundum uenerit peccatorum, contemnet pariter, nec consuetudo potest constituere id quod non est mortale, ueniale: siquidem circunstantia numeri nunquam peccatum ueniale potest constituere in
4 mortale, † & sententia D. Tho. 1. 2. quæst. 88. art. 4. in corpore, & art. 5. ad 1. Alij uero dicebant tunc esse peccatum mortale, quando propter absentiam monachi chorus pateretur magnam iacturā, & monachus a superiore esset frequenter, ut puta ter monitus per tex. in c. pen. distin. 92. ubi id, quod erit prius dispositū, ut subtrahentes se a choro, possent
5 deponi, & excommunicari, † est intelligendum, quando sæpius, & frequenter fuissent a prælato admoniti, nollentque resipiscere, sic Caieta. in summa dicit, quod non peccant mortaliter, nisi correcti a prælato nollent interesse, per dictū tex. Ad hoc uide Io. Tabien. in uerbo Hora §. 28. Nauar. in tract. de horis Canon. & Sylu. in verbo Hora §. 10. & Angel. eo. uerbo. Quid dicendum pro decisione

sione huius quæstionis, dico saluo
semper meliori iudicio religiosorũ
subtrahentē se a choro sine rationa-
bili causa toties peccare mortaliter,
quoties se subtrahit, quod constat ex
multis. & primo quia ratio diuini offi
cij grauis est Materia, ut dixit Ca-
ietan. & ita a choro subtractio. quod
patet: nam oīs lex, quæ absolute fer-
tur, i. quæ contrariũ non explicat, ob
ligat ad culpam uel uenialē uel mor
talem secũdum operis pretium: sed
quod subtractio sit grauis materia,
liquet tam auctoritate Caiet. qui su-
pra, tum etiam ratione, quoniam lex
secum affert obediētiæ præceptum,
sed obedientia est per se uirtus, & in
obedientia peccatum: quo fit, ut
qui legem ferre uoluerit, siue se-
cularis sit, siue ecclesiasticus, ut non
8 obliget ad culpam, † debet illud ex
primere, sicut seruatur in regula, &
in statutis apud Dominicanos, quem
admodum habetur per Sotum libr.
1. de iust. & iur. q. 6. artic. 4. col. pen.
sed circa rem ad quæstionem perti-
nentem uariæ patent constitutio-
nes, & prima est. constitutio Basilien
sis sub rubrica de statutis Synodali
bus c. 39. Dum statuitur, quod graui
ter puniantur transgressores huius-
modi obligationis. At pœna grauis
9 non imponeretur, † nisi culpa grauis
præcederet, c. cum oportet, de accus.
cum pœna debeat commensurari de
licto. Idem statuitur in Conc. Aure-
lianensi in cap. fin. dist. 92. Hinc e-
tiam in concilio Veneto cap. 2. & in
Conc. Tolentino conc. x. excommu-
nicantur: quia a choro se subtraxe-
runt absque causa: ergo erat pecca-
tum mortale, cum excommunicatio
id præsupponat, cap. nemo, cap. nul-
lus 11. q. 3. sic in clem. 1. de celebr.
missa. mandatur compelli clericos
ecclesiæ cathedralis, regularis, siue
collegiatæ etiam per censuram eccle
siasticam ad celebrandum diuinum
officium statutis horis in ecclesia: er-
go manifeste infertur esse peccatum
mortale. Ad quod concomitatur e-
tiam Conc. Trid. sess. 24. de reform.
c. 12. ubi ad id etiam compelli man-
dat, Quod si mortale non fuisset, tot
constitutiones cum pœnis, & uerbis
coactiuis non emanassent. Rursus
adest extrauag. Pij V. quę incipit. Ex
primo Lateranensi Concilio: ubi tra
dit, quod subtrahens a choro, ultra
amissionem distributionum, & fru-
ctuum sine legitimo impedimento
graue se intelligat peccatum admi-
10 sisse. peccatum autem graue † est
mortale, capitulo si celebrat. de cler.
excommunic. ministr. ubi dicitur,
quod qui est excommunicatus excō
municatione minori, si celebrat, gra
ue peccatum committit, quod pro-
cul dubio est mortale, per tex. in d. c.
cum oporteat. Rursus Clemens V.
in d. clem. 1. de celebr. mis. uoluit,
quod transgressores præter pœnam
indignationis Dei, ac sedis Apostoli
cæ per censuras ecclesiasticas, aliaq;
oportuna remedia compesci debeāt,
sed indignatio Dei, & sedis Apostoli
11 cæ importat peccatum † mortale, ut
etiam pœna excommunicationis, in
terdicti, & suspensionis, glo. in cap. 1.
de sagittar. cum sint censuræ ecclesia
sticæ, cap. quærenti, de uerb. signific.
Notat Sylu. in uerbo præceptum ad
finem, & ibi Armilla, Ioan. Tabi. in
uerbo lex, §. 28. & Angel. ibi §. 3. er-
go. Rursus facit tex. in cap. fi. dist. 92.
ubi traditur, quod clericus debet de-
poni a clero, casu, quo ad ecclesiam
non conuenerit ad quotidie psallen
dum. Quod si quis dicat illam pœ-
nam infligi, quando clericus non pe
tierit ueniā per satisfactionem: quia
hoc uerum est quo ad depositionē,
& excommunicationem, iuxta cap.
præcedens, non autem quo ad pecca
12 tum † mortale, quod illæ pœnæ præ
supponunt: nam per satisfactionem,
postmodum factam non potest dici,
quin clericus non peccauerit morta
liter,

liter, & nec per satisfactionem non factam peccare potest mortaliter, sed tunc pœna erit depositio. Tum etiam, quia quando præcipitur alicui uniuersitati consistenti in facto, tunc singuli de uniuersitate
13 obligati intelliguntur, † licet secus, quando in iure consisteret, pro quo habemus specialem doctrinam, in c. Eleutherius dist. 91. Vbi cum præceptum fuisset in ecclesia psallere clericis in communi, summus Pontifex intellexit singulos per hoc obligari, ita dicit Sotus de iust. & iu. li. 10. q. 3. art. 4. col. 1. circa fi. & art. 3. col. 55. & Nec refragatur quod dicta dispositio, ac et clem. 1. de celebr. miss. & c. fi. dist. 92. loquantur de clericis: quia supra diximus, quod ad hanc obligationem nihil differt clericus a monachis, ut etiam dixit Gemin. in d. c. Eleutherius: quia sub uerbo clerici e-
14 tiam monachi includuntur † communiter, ut late defendit Fel. in c. licet, nu. 8. de offic. ordi. tum ex paritate rationis: tum quia cum talis constitutio obligatoria sit fauorabilis pro ecclesia, debet monachos comprehēdere, & licet uideatur odiosa ex parte eorum, tamē fauor attendi debet, quia pro illa fuit principaliter institutum diuinum officium, præsertim, quia quando concurrunt fauor, & odium, debet attendi magis fauor, Bolog. in l. 2. C. de in ius uoc. Tū, quia talis dispositio est odiosa ex parte negligentiū, sed fauorabilis ex parte aïarum, quæ cunctis alijs sunt præferendæ, l. sancimus, C. de sacr. san. eccl. p̄terea omittētes recitare officiū in ec-
15 clesia † excōicantur, & deponuntur, c. fi. di. 92. sed excōicatio, & depositio non fit nisi ob peccatū mortale, c. nullus, c. nemo 11. q. 3. & est cōis traditio summistarū, & Theologorū, ut per Syl. & Ang. in verbo præceptū, Arch. Flor. in 1. par. tit. 17. n. 1. § 1 2. ergo faciens contra canonē continentē pœnam excōicationis ferendæ: peccat mortaliter: nā satis peruersū esset, ut quis excōicetur, & deponatur, uel alijs pęnis multetur, quē sua culpa, uel facinus a suo gradu nō deijcit, c. satis peruersum, dist. 56. l. si putator, ff. ad l. aquil. pęnæ nanq; secundum nomē ipsarū tam cognatam hēnt connexio
16 nem ad culpā, ut pœnæ † neq; rem habeant, neq; iustū nomen, nisi sit pro culpa posita, D. Tho. 2. 2. q. 108. art. 4. Sotus de iust. & iu. li. 1. q. 6. art. 5. col. 1. sed pęna proportionatur culpæ, qa secundum mensuram delicti erit plagarū modus, Deut. c. 25. c. Felicis, de Pęnis, in 6. c. exiuit, de his, quæ fiūt a mai. par. c. ideo pōt excōicari se subtrahens a choro: quia peccauit mortaliter: præterea finis legis est puni-
17 re, † & sicut in speculabilibus p principia inducuntur cōclusiones, ita & in practica per comminationem pœnæ inducitur obseruantia præcepti, sed aptissimum est testimonium culpæ, quæ contrahitur ex transgressione, & omissione canonis. est. n. pœna excōicationis, quæ est maxima pœnarum, c. corripiantur 24. q. 3. nā quoties in ecclesia agitur de pęna mortis intelligitur de pœna excōicationis, Abbas in c. per uenerabilem, qui filij sint legit; qua nulla maior est in ecclesia, d. c. corripiantur: tum et q a id, qd̄ est cōtra iustitiā dr̄ peccatum mor. D. Th. 2. 2. q. 54. ar. 4. sed mō religiosus recitando officium extra chorum grauem iniustitiam facit ecclesię, cū ab ea recipiat uictum: ergo. Adde et quia dr̄ canonum uiolator, cum sint multi canones, qui hoc præcipiunt. quapropter tanquam canonum uiolator peccat mortaliter, c. uiolatores 25. q. 5. Quare ex his omnibus concludendum ur̄, monachum professum addictum choro non interessendo cum alijs committere peccatum mortale. An uero a peccato excuset causæ rationabiles, & quæ sint, subsequens difficultas declarabit.

SECVNDA DIFFICVLTAS.

An causæ rationabiles excusent a peccato mortali monachum, vel clericum choro addictum, qui horis interesse non potest.

SVMMARIVM.

1 *Fatigatio nimia spiritus excusat clericos choro addictos a peccato non solum mortali, sed etiam veniali, si debitis horis canonicis choro non intersint.*

2 *Indispositio corporis etiam minima excusat clericum a peccato si debitis horis choro non intersit.*

3 *Pro causa non conueniendi in choro nõ debet requiri ea, quæ à recitatione officij excusat omnino, sed minor.*

4 *Infirmis non est lex posita.*

5 *Iustum & legitimum impedimentũ quod dilationem non patitur, excusat à frequentatione chori. & numero 7.*

6 *Missam celebrare permittens, per consequens omnia, quæ sine missa esse non possunt, permittere censetur.*

8 *Clericus dum est in officijs cogitando super aliquo bono opere, peccat: & quare.*

9 *Dispensatio Episcopi vel prælati excusat absentem à choro ne peccatum mortale vel veniale incurrat. cum num. seq.*

11 *Ecclesia vniuersalis non potest regi sine disciplina iuris canonici.*

12 *Clericus ob aliquam necessitatẽ, quæ non patitur licentiam petere, se absentare à choro potest.*

13 *Monachus excusatur à choro etiam per nuncium, si superior eum admittit.*

14 *Peccatum, quod superior committit dispẽsando sine aliqua legitima causa, & peccatum quod dispensatus admittit, petendo dispensationem sine iusta causa, solum erunt venialia si scandalum cessat.*

15 *Consuetudo valet, vt quis non teneatur facere residentiam.*

16 *Monasterium, collegium, conuentus siue congregatio ex duobus etiam constant.*

17 *Subrogatum sapit naturam eius in cuius locum subrogatur.*

18 *Omne motiuum rationi humanæ consentaneum, etiamsi non fuerit vrgens, poterit excusare à frequentatione chori.*

PLVRES videri possũt esse rationabiles causæ, quæ excusant religiosum, & clericum choro addictos a peccato nõ solum mortali, sed ẽt veniali, si debitis horis canonicis choro non intersunt: quarum prima est ex mente Innocent. in cap. dolentes circa finem, de celebr. miss. v. g. quãdo nimium fatigatus esset spiritus, vt quia ex nimio labore tempore horæ canonicæ repetitur monachus corpore nimis lassus, ac de facili hoc contingere potest occupatis in sacrario solemnitatum tempore, vel in obsequio infirmorum, vel peregrinorum: modo sciant hoc posse fieri sine scandalo: nam chorus scandalum ex sua absentia minime patitur: quia cæteri adueniunt. Etenim sicut non videtur peccare, si quando nimium fatigatus est spiritus, &
1 potest † fieri absque scandalo, causa recreationis aliquantulum exiret ad ecclesiam, vt post Innocen. tenet Dom. Anton. in d. cap. dolentes, nu. 6. sic a simili videtur causa excusans ab interessentia chori nimia spiritus lassatio. Caueat tamen ne in hoc excedat secundum Innocent. & nimium frequenter secundum Ioan. And. idem, quod Innocen. tenet gl. in clem. 1. verbo rationabili, de celebrat. miss. Ioan. Tab. in verbo Horæ canonicæ, nu. 18. secunda potest esse

esse quælibet minima corporis indispositio maximè ad Matutinum, vt veneris, seu corporis dolore grauatus, & similia, vt clare probatur in c.clericus 91.dist.ibi. (clericus enim qui absque corporis sui inæqualitate vigilijs deest, stipendio priuatus excõmunicetur) ecce peccatũ mortale. Quę verba aliud significare nõ
2 videntur nisi quandam † modicam indispositionẽ. Vnde excusatur monachus, si venam aperiat, vel si medicinã pro purgatione corporis sum pserit: quia ista ad hoc dicuntur legitima impedimenta, secundum Archid. vt refert, & sequitur Iacob. Vngarell. in add. ad Ang. in Verbo Clęricus 8. nume. 8. quia pro causa non conueniendi in choro non debet re-
3 quiri ea, † quæ a recitatione officij oĩno excusat, sed minor, modo directe monachus nõ infirmetur, vndè ẽt qđ propria culpa ad talẽ indispositionem venerit, a choro excusatur, ac ẽt ab officio, qñ talis fuerit infirmitas, in qua directè, vel occasionaliter sibi obesset, vel obesse timeret: nã infirmis nõ est lex posita, quia licet regulariter q ex culpa sua ad im-
4 potentiam † venerit, non excusetur, glossa in reg. imputari, de reg. iur. in 6. tñ non procedit, qñ culpa nõ esset verisimiliter ordinata ad casum talẽ, vt declarat Frãchus in d. reg. n. 2. Tertia causa põt esse aliquod iustũ, & legitimũ impedimentũ, quod di-
5 lationem tẽporis minime † patitur. (v.g.) cõfessionis audiendæ, legẽdi, conclusiones substinendi, infirmos graues ex officio visitãdi, hospites recipiendi, vel similia, facit extrau. Pij V. quę incipit. Ex primo Lateranẽsi Cõcilio. Ibi cessante legitimo impedimento. Idẽ D. Ant. in 3. par. sum. tit. 13. c. 4. §. 1. Vers. verum est: quia in his Abbas tacitã licentiã cõcedere vr̃, & dispensare, cum eius iussu fuerit monach⁹ ad ea admissus, ideo vr̃ ẽt ea concessisse per quę peruenit ad illud, l. oratio. ff. de spõs. extra de offi. deleg. c. Præterea glo. in c. ecce, Verbo Benedicere d. 93. vbi dicit, ꝙ qñ ẽps cantat missam pręsente ẽpo, põt benedicere: quia eo ipso ꝙ per-
6 mittit † ei missam celebrare, per cõsequẽs oĩa, q̃ sine missa esse nõ pñt, permittere censet. Quod est contra nonnullos, p̃sbyteros, qui cãtantes missam corã ẽpo, illi innuũt, vt ipse benedicat. Sic sunt nonnulli qui petunt ab ẽpo missam cantare in illo altari, in quo ipse celebrauit, quia illud verũ est, qñ ẽps missam cãtasset, c. fi. de consec. d. 3. secus si priuatam.
7 Igitur iusta causa absentandi a choro est iustũ impedimentũ, quod dilationẽ tẽporis non patitur, sicut a simili dixit Innoc. in d. c. Dolentes, ꝙ licet clericus ille, qui dum est in of-
8 ficijs peccet, † cogitando super aliquo bono opere spirituali, vel tpali quia nõ debet alijs intẽdere nisi circa ea, quæ ibi dicũtur, uel leguntur, tñ secus esset, si necessitas foret, q̃ ẽt dilationem non caperet, quod tunc cogitaret, vel expediret. Quarta est aliqua rõnabilis, & honesta causa, vt si ẽps, vel alij inferiores p̃lati, ut Ab-
9 bates dispensarẽt, ꝙ clericus, uel monachus esset absẽs a choro causa studij, ita tex. in c. relatũ, extra de cler. nõ resid. q cũ loquat indistinctè de licẽtia suorũ p̃latorũ, indistinctè de oĩb p̃latis intelligendus est. Ex quo tex. colligit, ꝙ si causa studij põt ẽps vel alius dispensare, ne choro intersit monachus, uel clericus: ergo multo magis poterit Abbas dispensare in aliqua, vel aliquibus horis in die, arg. tex. in auth. Multo magis. C. de
10 sacr. san. eccl. Exẽpli grã † in quadragesima, uel 4. anni tẽporibus in tertia, & sexta, vbi in nona cãtatur missa conuentualis. Hinc multa inferuntur ex tex. in d. c. relatum, & primo, ꝙ dispensatio dẽt fieri ex causa, ibi vel studio literarum alias diceretur dissipatio, vt notat per gl. in c. remissionem

missionem, §. nisi rigor. 1. q. 1. Secundo, quod disiunctiua illa uel studio literarum, ponitur gratia exempli pro quacunque honesta causa, ut notat Anchar. in d. c. nu. 4. hoc est studium literarum, siue sit in Theologia, siue
11 sit in iure pontificio: cum hodie † ecclesia uniuersalis non possit regi sine disciplina iuris canonici, c. 1. de consangu. & affinit. ubi uoluit Host. & DD. communiter, quod ceteris paribus canonista praeferatur Theologo in praelatura, vbi non habetur suspitio haeresum, vt hanc sententiam defendit Abb. in c. tuę fraternitatis, de cler. non resid. Tertio, quòd peccat
12 clericus, uel monachus, si se absentaret ex causa iusta absque licentia praelati, quę nõ solum debet esse petita, sed obtenta: poterit tamen clericus, vel monachus ob aliquam necessitatem, quae non patitur licentiã petere, se absentare a choro absque licentia, facit tex. in l. 1. ff. de exerc. act. & l. tutor, qui repretorium, ff. de admin. tut. Abb. in d. c. relatum, nu. 6. vt si esset in seruitio corporis occupatus, vel sub barbitonsore, si audiret confessionem alicuius & c. Si esset absens a choro, per vnum, vel duos psalmos: nam esset nimis spiritu fatigatus. & c. Est etiã iusta causa proprium clerici negotium, vel monachi afferens vtilitatem monasterio, Abb. in c. ex parte 2. nu. 4. in fi. de cler. non resid. An vero videatur superior dispensare, qñ a choro excusatur monachus per nuntium,
13 & superior admittit, & credimus q̃ sic. Ita videtur ex mente Nauarr. in manu. in praelud. 9. num. 15. versic. Addo tertio, licet deberet ipse petere, nisi non posset. Imo si ex causa legitima se a choro absentat, non petendo licentiam, quamuis male faciat, tamen extra contemptum non credimns peccare mortaliter, vt dixit Nauar. qui sup. versic. Adde 111. vbi ait, quod trãsgressor legis ex causa rationabili semp excusatur a mortali, facit text. in c. si quando, de rescript. Non tamen à veniali, si vere non esset iusta, verumtamen absentans crederet esse iustã, alias non se absentaret. Quae tamen sint causae, quae requirũt dispensationem, dixit Abb. in d. ca. relatum, nu. 6. in fi. esse considerandam qualitatem causae, & praeiudicij, facilitatem, & difficultatem dispensandi, Adde etiam Nauar. in d. praelud. 9. nume. 14. qui docet, quod peccatũ, quod superior committit in dispensando sine ali-
14 qua legitima causa, † & peccatum, quod dispensatus admittit, petendo dispensationem sine causa iusta, solum erunt venialia, si scãdalum cessat, ita ex Caiet. 1. 2. quaest. 96. ar. 5. & ideo recte agunt praelati nostrae congregationis: nam cum ipsis uidetur ex absentia monachorum Chorum pati iacturam, denegant licentiam eundi illos per ciuitatem, maximè ex qualibet leui causa.

Quinta causa legitima potest esse consuetudo recreationis consuetae qua utuntur monachi nostrae cõgregationis mediante dispensatione superioris, praeter aduentum, & Quadragesimã, quo tempore monachi non occurrũt Choro per illũ diem, praeter sacristam sacerdotem, & clericum, & alios, qui spontè accedunt. & ratio est, quia sicut ualet consue-
15 tudo, ut quis non † teneatur facere residentiam, iuxta not. in c. conquerente, de cler. non resid. ergo fortius potest induci, ut ad tẽpus, & ex causa possint monachi, & religiosi per diem se absentare, ut postea feruentius surgant ad psallendum, ita uidetur facere dictum notabile Pano. in c. inter quatuor, in fi. extra de cle. nõ resid. Modo ecclesia, ut diximus officietur per duos, cum de iure canonico Monasterium, Conuentus,
16 Collegium, † siue congregatio ex duobus etiam constet, iux. glossam

sing.

sing. iuncto tex. in c. 1. 10. q. 1. & idem habetur in ca. 1. de elect. & ita ecclesiæ satisfit a duobus, quibus chorus repręsentatur. iux. tex. in cap. proposuit, extra de fil. presbyt. c. illud, 7. q. 1. Vbi adnotandum, quod præfati duo, qui remanent ad officiandam ecclesiã, debet esse unus sacerdos, qui debet legitime officium ducere, & alius clericus, & ratio est, qa subrogatum debet sapere naturã eius,
17 in cuius locum † subrogatur, sed uerum est, ꝙ non nisi sacerdotem posse officiũ ducere in choro, dum omnes conueniunt ex generali ecclesiæ consuetudine: ergo etiam debet esse sacerdos, qui eius officium suppleat, Et hoc, si possibile est, alias omnes monachi possunt satisfacere, iuxta c. 1. de celebr. miss. ibi iuxta possibilitatem aut a se, aut a scholaribus: quare tex. in d. c. proposuit, ubi summus pontifex mandat ecclesiam regi per sacerdotem tam quo ad celebrandas missas, quam quo ad persoluendum diuinum officium intelligitur, si fieri potest. Sunt & aliæ causæ, ob quas monachus impune se subtrahere potest a choro, quæ arbitrio boni uiri committantur arbitrandæ. argumen. text. in l. prima, ff. de iure deliberand. quas si legislator considerasset uerisimiliter idem approbasset, glossa in l. tale pactum, §. fina. ff. de pactis. Et tandem pro rationabili causa admitti potest omne motiuum
18 rationi humanę † consentaneum, etiam si non fuerit urgẽs qua cessante libenter monachus chorum non omitteret, sicut in simili de causa excusante ab auditione missæ docet Caietan. in summa in Verbo Festorum violatio circa principium. hæc salua & c.

D. Iacobus de Grassijs a Cap.

DE CELEBRATIONE MISSARVM.

Concessit sanctissimus Papa Gregorius XIII. in perpetuum quod semper quoties quilibet sacerdos regularis, uel secularis missam celebrabit in altari sanctorum, &c. ubi eorum corpora quiescunt in eorum ecclesia, liberationem unius animę a purgatorio. Quæritur modo, an necesse sit pro liberatione, ut quis missam celebret de requie, ubi sufficit, si missam dicat secundum diem currentem, uel aliter.

SVMMARIVM.

1 *Missa de Sancto tantum prodest ad sacrificium, quantum de requie.*
2 *Scandalo obuiandum est, illudque amputandum.*
3 *Verba debent deseruire intentioni, & nõ intentio uerbis.*
4 *In potiori significatu ad id quod magis praualet, & utilius est, debet fieri interpretatio.*
5 *Missam celebrari petens, intendit sacerdotem obligare ad id, quod est utilius, quantum licite potest.*

Vo ad præsens dubium inuocato prius Dei nomine secundum D. Thomam in 4. sent. di. 45. q. 2. art. 3. quæstio 1. ad v. quo ad sacrificium tantũ
1 prodest missa de sancto, quãtum missa de requie, ergo. etsi quo ad orationes magis prosit missa de requie, in qua sunt orationes ad hoc determinatæ, sed tamen iste defectus recompensari potest per maiorem deuotionem eius, qui dicit missam de sancto, sequitur Io. Tabi. in 5. missa §. 54. ubi testatur hoc etiam uoluisse Host. & quod Dominus Hugo Cardin. dicebat, quod ipse celebrãs pro

pro Domina nostra, sciebat celebrare pro defunctis, & e contra. Et dicit quod nõ solum per deuotionem celebrantis, sed etiam eius, qui facit dicere missam, suppletur defectus prædictus. Imo Domin. Sotus in 4. sent. dist. 45. q. 2. art. 3. dicit quod talis defectus potest suppleri ex deuotione, quam habuit defunctus erga aliquem sanctum, vt sacerdos in honorem illius celebrando quasi ex voluntate defuncti, seu coniunctorum se cõformãtium cum pristina deuotione defuncti compenset. Videtur ergo ex prædictis colligi, quod sacerdos si ex deuotione eligat dicere missam de gloria, offerendo pro anima defuncti, quod illi satisfaciat, ac si missam de requie celebraret. Sed hoc apud peritos.

Rustici autem, & ignorãtes mulierculæ petentes celebrari missam de requie, & audientes non dici Requiem æternam scãdalizarentur, & eorum intentioni, & petitioni non
2 sufficeret, quare tali scandalo † obuiandum esset, illudque amputandum, iux. illud Apost. si scandalizauero fratrem meum, non manducabo Carnes in æternum, qui præsupponebat sibi alias licere. Preterea pacta ex conuentione legem accipiũt, c. qui recedunt 26. q. 6. & c. requisisti de test. Verba .n. deseruire debent,
3 intentioni, † & non intentio verbis, c. humanæ 22 q. 5. & maximè cũ cõstat de intellectu. 1. q. 2. 1. Marchion. quamuis in dubio non esset recedendum a verbis, l. non aliter. ff. de leg. 3. Quod si sic est, & petatur missa de requie, & promittatur, quonam modo seruabitur promissio, si non implebitur. Nam & missæ de requie, quæ defunctis offerri ordinaria lege consueuerũt, sunt secũdum morem ecclesię, quas instituit ecclesia dicendas, in quib. orationes, & collectas, & responsoria ad rem proprie accõmodauit, & decãtari eligit: Rursum vnum pro alio inuito creditore solui non potest. ergo debet is qui promittit dicere missas de requie, satisfacere promissis. Imo & si non peteretur missa de requie, sed missa pro
4 anima defuncti, ad huc † videtur, ꝙ illa de requie sit celebranda, quia in potiori significatu, ad id quod magis pręualet, & vtilius est, debet fieri interpretatio, vt ritui, & morib. ecclesiæ conformet: vnde merito Scotus in quod l. dicit, ꝙ qui petit celebrari missam, intendit obligare sacerdotem ad id, quod est vtilius, quãtum licite pôt: & quando verba possunt
5 habere plures intellectus, † tunc illum quisq; seruabit in prolatis verbis, quem solent generare recte intelligentibus, Sylu. in verbo Missa in §. 11. Verbo si vero verba. Præterea optima est legum interpres consuetudo, quod missa de requie pro liberatione optime illa dicatur, q̃ assignatã est ab ecclesia. Verũ quoad ecclesiam, de qua ad pręsens in facto viuæ vocis oraculo per supradictum pontificem est sublata dubietas, qui declarauit satisfieri per quamcunq; missam festiuam, vel ferialem, etiã sine collecta; modo in memento offeratur pro liberatione animæ, seu supplicetur. Et hæc quo ad præsens.

Solutione VII. psalmorum post primam secundum regulam, an satisfiat præcepto Papæ exigentis decantationem letaniarum ante, vel post missam.

Quæstio est, Religiosi ex traditione patrũ ex generali obseruãtia, & consuetudine dicunt diebus ferialibus in quadragesima VII. Psalmos Pœnitentiales cum Letanijs seq. & orationibus. Contigit vt nonnunq̃ ex ordine suæ sanctitatis sit demandatum omnibus religiosis, quod Litanias recitent in ecclesijs, si quas habent proprias, vel in alienis, vel certe in

te in domibus cum psal. 67. cum quibusdam versi. & orationibus. Quætitur modo de tribus, &

I. Si solutione psalmorum pœnitentialium post primam in litanijs satisfiat etiam debitæ solutioni litaniarum ante, vel post missam.

II. An qui habet ecclesias, satisfaciat, si domi recitet.

III. An tale mandatum Sum. Pontificis obliget transgressores ad peccatum mortale.

SVMMARIVM.

1 *Solutione vnica psalmorum pœnitentialium, vel saltē dispensatione Abbatis, aut prælatorum satisfit debitæ solutioni litaniarum ante vel post missam.*

2 *Sacerdos si post pœnitentiam iniungat recitare septem psalmos pœnitentiales, absolute satisfit illius præcepto, si pœnitens ante præceptum habet votum quotidie recitandi illos.*

3 *Calculos benedictos diuersos habens, aut vnum à diuersis benedictum, potest vna oratione consequi omnes indulgentias, quæ sunt in illo calculo.*

4 *Horarum recitatione satisfacit quis obligationi, quam habet varijs titulis ratione ordinis sacri, professionis vel beneficij & voti aut iuramenti.*

5 *Clausula in fine posita refertur ad omnia.*

6 *Ad absurdum euitandum non est recedendum à verbis.*

CIRCA primam inuocatis nominibus, Iesu, & matris, videtur dicendum, quod
1 vnica † solutione, vel saltem dispensatione Abbatis, vel prælatorū aliorum possit satisfieri, & ad hoc allegātur multa similia. (v. g.) si contingat vigilia S. Matthiæ Apostoli quando in quatuor anni temporibus icidit, vel si in die dominico venit aliud festum obseruandum, vnico ieiunio, vel vnica auditione missæ satisfit, & præcepto vigiliæ, & quatuor temporum, & præcepto diei dominicæ, & festo, cap. missas, c. qui in solemni. de consec. dis. 1. & etiam voti, vel iuramenti, si adesset. Vel si contingat ex iniunctione sacerdotis pro pœnitentia recitare septem psalm abso-
2 lutè, satisfacit præcepto, si habet † votum quotidie recitandi ex voto, nisi sacerdos diceret pœnitentiam non intelligi de opere, ad quod pœnitēs alias tenetur. Ita dixit Sotus in 4. sent. dist. 19. q. 2. ar. 1. col. pen. & hoc contra Palud. vnde dicit etiam Sotus, quis dubitet, quin possit homo teneri ad idem ieiunium eod. die, & præcepto ecclesiæ, & suæ religionis, & ex voto. Si omnia tria concurrāt? item si quis tenetur psalmos in pœnitentia impositos recitare, potest inter audiendam ex præcepto missam pœnitentiam illam implere, quicquid quidam ex Summistis dixerint. Hæc Sotus. sic habens diuersos calculos benedictos, aut vnum
3 † à diuersis benedictum, potest consequi vna oratione omnes indulgētias, quæ sunt in illo calculo. Astens. in summ. tit. 40. lib. 5. quæstiunc. 2. qui allegat Host. in sum. de remiss. num. 6. vbi dicit, quod indulgentiæ concessæ a diuersis pro vna iam prosunt suscipienti, ita quod omnes capiat, modo sit subditus. Sic homo
4 vnica † recitatione horarum satisfacit obligationi, quam habet varijs titulis ratione ordinis sacri, professionis, vel beneficij, & voti, aut iuramenti, nos in appen. in 1. lib. cap. 9. numero 13. Quibus videtur conuenire quod habetur, de consecratio. distinctio. 5. capit. non mediocriter, quod non verborum multitudine flectitur Deus, sed magis cordis oratione: nam melior est decantatio cū cordis puritate, & serenitate, quam totius psalterij cū anxietate cordis,

& tristitia, quæ satis causaretur ex duplici recitatione litaniarum quotidie modico interuallo expenso. Ecõtra vero dici potest diuersas esse obligationes diuerso tempore debitas, & modo, & fine, & consequenter diuersos effectus producere. Et nec obstare, quod pro parte affirmatiua dicebatur de vnica solutione ieiunij debiti diuersis ex causis: quia hoc ideo est, ꝙ eodẽ die satisfit: qa impossibile est, vt quia possit in eo die bis, aut ter ieiunare, & nec satisfieret conditioni exigenti vt vi. feria ieiunetur, si ieiunaretur sabbato: sed solutio Psalmorũ & litaniarum potest fieri eod. die diuersis vicibus: ergo diuersa illatio, & ratio: sed huic responsioni obstare videtur id, quod supra diximus de recitatione horarũ. De auditione missæ in festo, quando venit dies dominicus: quia posset quis audire duas missas: quare concludẽdum videtur pro parte affirmatiua, modo addantur in litanijs vij psalmorum aliquæ orõnes ad liberationem periculi imminentis, puta pestis, vel Turcharũ. Circa secundũ an adimpleatur volũtas sum. pontificis, cum in fine ordinis dicantur hæc verba, vel certe in suis domibus recitent litanias, non obstante ꝙ primo exegisset recitari in ecclesijs proprijs ante altare maius, si habuissent, & videtur, ꝙ sic: cũ

5 clausula † in fine posita referatur ad omnia, sed econtra dicebatur: quia sic sequi posset absurdũ: nã possent religiosi domi recitare, & sic litanię non recitarentur ante altare maius: præterea non est verisimile ꝙ sum. pontifex tam cito voluerit corrigere quod ante emendauerat, & maximè processiones, quæ non fierent, & litaniæ non recitarentur ante altare ma-

6 ius. Vnde ad † euitãdum absurdum non est a verbis recedendum, vt dixit gl. in c. humanæ 22. q. 5. maximè quãdo possunt verba cõcordari, hoc est, vt personæ ecclesiasticæ seculares non habẽtes ecclesias possint illas in domibus recitare: secus autem in religiosis non habentibus iustum impedimentum: quia si de illis sensisset, dixisset in cellis, & non domibus: quare concludendũ videtur, ꝙ cessante legitimo impedimẽto monachi religiosi tenentur recitare litanias ante altare maius: & nec videtur Abbatem posse absque legitima causa dispẽsare super ordinibus principum, nisi quando est expressum, & sibi indultum, vt per Sylu. in d. 5. pręceptũ in §. 14. post Do. Ant. de Butr. & Abb. in cap. at si clerici, de iudic. Circa tertium an tale mãdatũ sum. pontificis obliget transgressores ad peccatũ mor. & breuiter ꝙ cum verbũ mãdo, volo: sint verba precaria, & nõ præceptiua, vt per Sylu. in uerbo præceptũ, § 2. non obliget de necessitate salutis, & consequẽter eius trãsgressio sit uenialis, Sylu. ubi supposit Arch. Flor. 3. p. nu. 14 c. 11. §. 3. in prin. sic enim patet expresse in forma literarum de Mandato sum. pontificis, & alias uolumus ꝙ litaniæ: tũ etiam, quia & si uerbum mando sit cõe, & frequẽter mandatũ pro pręcepto capiatur. Tñ quia sumus in pęnalibus, uerba dẽnt accipi in propria significatione, ut p Io. And. & alios in clem. ne in agro, §. quia uero, in fi. de sta. mon. Caiet. in sum. tũ ẽt quia qñ non constat de mente legislatoris, non est recedendũ a uerbis, c. ex literis, extra de spons. nã uerba intẽtioni, & non intentio uerbis deseruiũt, eo magis: quia ecclesiæ intentio non est illaqueare animas, sed ꝓmouere ad ædificationem Corporis Christi mystici. Quod secus esset, quando ad auertendum imminens periculum pestis, uel aliud damnũ notabile publicum Ro. Pontifex litanias præciperet: quia tunc talis decantatio esset facienda, ut in literis contineretur: sicut fuit in anno Dñi 1576. pceptũ a Papa Greg. XIII. Et hæc salua, &c.

Con-

Consilium IV.

Consilium præsens duabus difficultatibus absoluetur.

I. An in festiuitatibus possint plures collectę dici in priuatis missis, cũ rubr. missalis dicat tantũ de vna.

II. An sit laudabile celebrare missam de vno Sancto per totum annũ.

PRIMAE DIFFICVLTATIS

SVMMARIVM.

1 *Collecta sic ideo dicitur, quia per eam homines colligũtur, & quare in missa priuata plures dicantur.*

2 *Collecta vna est dicenda in missis solẽnibus, in quib. ẽps dẽt esse præsens.*

3 *Officiandi modus ratione solemnitatis in officio canendo debet esse solẽnior.*

4 *Officij appellatione comprehenduntur vespera, missa, & matutinum.*

IRCA præsentem difficultatẽ Diuino prius inuocato nomine, & Beat. Mariæ semper Virginis implorato suffragio? Respondeo primum, ꝙ collecta exponitur pluribus modis, & primo pro missa, quæ ideo sic dicitur: quia per eam homines colliguntur
1 ad impetrandum diuinum auxiliũ, & gratiam diuinam: nã ille, qui orat Deo loquitur, & per hoc Deo vnitur: Quare orationes, quæ circa principium missæ dicuntur, collectæ vocantur: Et hoc ideo, quia sacerdos, qui fungitur legatione ad Deũ pro populo, in eis petitiones omnium in unũ colligit, & concludit, vt eas ad Dominum referat: sic collectæ ẽt dicuntur, quæ per collectum populum dicuntur, puta in processionibus, vel dum colligitur populus ad stationẽ faciendam: vt de una ecclesia procedat ad aliam, dist. 59. ca. quoniã, de consec. dis. 5. c. conuenit. Sic ẽt diximus supra de cens. cõs. 1. n. 4. ꝙ collecta, q̃ imponitur ab vniuersitate ciuibus ex aliqua rationabili causa, ideo sic vocatur a colligẽdo bona vniuscuiusq;. de verb. sign. c. cum inter vos, vt sic possint æstimari: quia illa imponẽda est pro modo facultatum, sic orationes, quæ dicur ẽt in matutinis post benedictus, vel in vesperis post magnificat, vocãtur collectiones, seu collectæ, iuxta textum, & glos. in ca. conuenit, de consecr. dist. 5. quia tunc, ut ait glossa, oratione dicta oĩa colliguntur, vt cappæ sericæ, libri, & similia, Turrect. ibi, nu. 3. solet ẽt dici collecta, siue collectanea scripta, quæ ex pluribus excerpta locis in vnum collecta sunt, vt sunt nostri temporis collectanea ad ius canonicum. Secundo dicitur missa matutinalis, seu ferialis, sic dicta a collatione, seu vnione diuersorum hominum, & parochianorum ibid. conuenientium in dicta missa feriali, seu priuata, quæ ideo sic dicitur: quia celebratur sine vocatione populi, & sine pulsatione signorum, vt dixit Arch. in c. & hoc, de consecr. dist. 1. in qua multæ orationes dicuntur. Nõ tamen ultra 7. exemplo Christi Do. N. qui omnia corpori, & animæ necessaria cõprehendit in illa breui oratione P̃r nr̃. Et quidem numero imparili, ut oẽs cõiter obseruant. Hoc est vel tres, ad designandũ mysterium Trinitatis, vel quinq; ad designãdas quinq; plagas Christi, vel septẽ propter septẽ dona Spiritus sancti. Cũ tamen in missa solẽni, seu publica, quæ cantatur, & populus vocatur per solita signa campanarũ, quæ dr̃ in tertia ĩ
2 festiuitatib. quibus episcopus † nisi causa impediat, dẽt esse præsens in ecclesia cathedrali, Host. & Zab. in c. 1. de off. archipr. & ita vr̃, ꝙ rubrica debeat intelligi de missa solẽni, & nõ priuata, & notandũ ꝙ ratione

3 solénitatis diei solénitet debet † seruari modus in officio canédi, ita Gémin. in c. perlectis, di. 25. quod intelligo ét de missa, cũ appellatione officij comprehenduntur vesperæ, missa, & matutinum, vt habetur in c. de
4 his, dis. 12. † qui ét est text. optimus ad hoc, ꝙ monachi debẽt celebrare officia secundũ regulam Beatissi. Patris nostri Benedicti, seculares vero clerici secũdum quod celebratur in Metropolitana ecclesia.

SECVNDA DIFFICVLTAS.

An sit laudabile celebrare missam de vno Sancto per totum annũ:

SVMMARIVM.

1 *Sacerdos non debet arctari quotidie per annum facere sacrum pro vno Sancto. Ampl. vt nu. 3.*

2 *Missæ peculiares licet possint dici, non tamẽ pp illas sunt omittẽda feriales.*

IRCA secundã, dico ꝙ sacerdos nõ debet arctari ad dicẽdũ missam de vno Sã-
1 cto † per totũ annũ, & nec videtur, ꝙ propter has missas peculiares, seu priuatas debeat omitti missa de feria per totũ annũ, ad hoc c. quidam, extra de celebr. missa. Optimus tex. in c. significatum, de præb. vbi Papa noluit cõfirmare illã institutionẽ. s. celebrandi missam de S. Maria, sed dixit missatum solemnia. Et hoc iuste secundum Zabarellã: quia licet missæ peculiares ex deuotione pos-
2 sent audiri, † nõ tñ propter illas debent omitti feriales, d. ca. quidã. vbi licet Abbas post alios dicat hoc procedere, qñ tantũ esset sacerdos in ecclesia, secus si essent plures: quia põt missam peculiarẽ dicere, ad hoc vr̃ tex. secundum eum in c. & hoc attẽdendum, de consec. dis. 1. vbi hoc solũ videtur probari ibi, ꝙ missæ peculiares possent dici, sed an sit vnus, vel plures sacerdotes, ibi non colligitur. Et contra hoc facit tex. in d. c. significatum: vbi erãt plures, & prohibetur tamen missa peculiaris: vnde ex his videtur, ꝙ vnus quotidie tales missas celebrare non possit, &
3 hoc, † siue sit unus in ecclesia sacerdos, siue plures: ita cõtra Abbatem tenet Dec. in d. c. significatum, nu. 10. Et hæc salua, &c.

D. Iacobus de Graffijs a Cap.

DE CELEB. MISSARVM.

SVMMARIVM.

1 *Missa est celebranda de die, & non de nocte.*

2 *Celebrans ante diem regulariter scienter peccat mortaliter, & quid significatur per diem.*

3 *Episcopus, vel superior potest dispensare in itinere faciendo, vt sacerdos celebret ante diem.*

4 *Episcopus potest in quocunq. loco vbique in diœcesi aliena sine licentia ordinarij celebrare.*

5 *Missa in altari, quo episcopus celebrat, eodem die celebrãda ab alio non est.*

Consilium V.

NTERROGATVS, an sacerdos scienter celebrans ante diem peccet mortaliter. Respondeo Diuino prius inuocato nomine, & B. Virginis implorato suffragio, pro euidentia, ꝙ missa dẽt
1 celebrari de die, † & non de nocte: quia hoc sacramentum ad tẽpus gratiæ pertinet, quod per diem designatur, iuxta ad Rom. c. 13. nox præces-
2 sit. & c. quare qui scienter ante diem celebrat, intelligendo per diem non solum ortũ solis, sed ex quo incipiũt signa orituri solis manifestari per aliquã aeris manifestationem, vel illustrationem peccat mortaliter; cũ

sit

sit contra generalem ecclesię cõsuetudinẽ nisi sit dispensatũ per episcopũ,uel suum superiorem,quæ tribuẽda est propter necessitatem, ut si aliquẽ cõtigerit infirmari ad mortem, & non possit haberi eucharistia, nisi conficeretur ante diem, ita Archie. Flor.in 3.par.ti.13.c.6.§.4.Nauar.in Manu.c.25. qui cẽset propria auctoritate id fieri posse,si superior sit absens,Bern.Diaz in sua praxi c.46. sic
3 potest episcopus dispensare,† quando ipse uult iter facere, ne impediatur in dieta,quod fieret,si expectaret diem,& horã solitã,& oportunitatẽ ecclesiæ,ita gl. pen. in fine,ca.fin.de priuil. in 6. quod si potest episcopus dispensare, multo fortius poterit ipse celebrare,ita gl.pen. ubi sup. quæ in principio ponit 7. Indulgentias Episcoporum,quarum prima est, ꝙ episcopi possunt in quocunq. loco, et in alterius diœcesibus absq. licẽtia ordinariorum celebrare sine altari portatili,quod quidem priuilegium solus Papa concedere potest, vt per Franc.in d.c.fi.nu.3.secunda indulgentia est in c.quod nonnulli eo. tit. tertia est in c.fi. extra de pęniten. & remiss. nam episcopus,& alij de quibus in tex.possunt sine licentia superiorum sibi eligere prouidum confessorem,alia est in c.2.de offi. deleg. in 6.vbi in pęnis imponendis mitius agitur cum episcopis, & alijs in dignitate constitutis,quam cum alijs, quod secus esset,si pœna esset taxata per statutum,Frãcus ibi.nu.3.aliam habes in c.quia periculosum,de sent. excom. in 6. vbi episcopi sub pœna excõmunicationis,& interdicti non includuntur,& alia in ca. fi.extra de iuram.calun. est,& alia in clem fin. de celebr. miss. ut dicentis officium cum episcopis, quamuis religiosi licite se possunt coaptare in diuinis officijs cum ipsis. Pariter in altari,in quo episcopus missam cantauit,pre-
4 sbyter † die illa aliam celebrare præsumere non debet,c.fin. de consecr. dist.2.vbi ca. nota quod secus esset si non præsumeret, item secus si episcopus missam non cantaret, & hęc salua,&c.

D.Iacob. de Graffijs a Cap.

DE IMMVNITATE ECCLESIARVM.

Consilium I.

Iudex laicus instante syndico illius vniuersitatis licentiam dedit extrahendi ab ecclesia debitorem quẽdam prædictæ vniuersitatis in quadam summa ex contractu venditionis,& ita de facto per familiam curiæ fuit executum.

Præsens vnica difficultate absoluetur.

I. An iste uniuersitatis debitor potest legitime ab ecclesia extrahi.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum validum est de tempore ad locum.*
2 *Licitum est creditori propria auctoritate capere debitorem,quando est suspectus de fuga etiam die feriata.*
3 *Feriæ quæ dicantur solemnes, solenniores & solennissimæ.*
4 *Pro delicto an quis possit capi,& nu.14.*
5 *Papa non videtur concedere priuilegiũ cum præiudicio tertij.*
6 *Princeps, qui immunitatem ecclesiæ concessit, an videatur remittere ius partis.*
7 *Debitor tributorum an possit ab ecclesia extrahi.*
8 *Iura,quæ generaliter loquuntur, sunt generaliter intelligenda.*
9 *Immunitas ecclesiastica an sit de iure diuino.*
10 *Ecclesiæ in dubio est fauendum.*
11 *Aequiparatio temporis ad locum tunc procedit,quando est eadem ratio & non diuersa.*

12 *Immunitas ecclesiæ an lædat ius partis, nu. 13.*

13 *Homo liber non capitur de iure communi pro debito.*

CIRCA præsentem difficultatem inuocato prius Dei nomine, & Beatissimæ Mariæ semper Virginis Mariæ implorato suffragio. An debitor vniuersitatis gaudeat imunitate ecclesiæ? videtur prima facie dicēdum, quod non: & primo, quia validum est ar-
1 gumentum de tempore † ad locum, ita notatur in l. vinum, ff. si cert. pet. ad idem tex. in l. fin. & ibi Bartol. ff. de institu. actio. l. ratio, §. si venditorem, ff. de act. emp. l. quoties in diem cum l. sequen. ff. de verbor. oblig. facit glossa notabilis in clement. 2. in fine in verbo Regularem, de censibus, quæ vult, quod sicut ex causa necessitatis licitū est tempore prohibito carnes comedere, facit text. in capit. licet, extra de pœnitent. & remissio. Ita etiam licitum est in loco prohibito, puta in claustro Cartusiensium, de obseru. ieiun. cap. consilium in fine, de regu. iur. cap. quod non est. Igitur ex ista æquiparatione inferunt moderni in dicta l. vinum, quòd sicut licitum est creditori propria auctoritate capere debitorem, quando est suspectus de fuga
2 † etiam die feriata, & in honorem Dei, & ita tempore incongruo, vt notatur per glossam in l. dies festos, C. de ferijs, vbi Bartolus, idem in l. ait prætor, §. si debitorem, ff. de his, quæ in fraud. credit. glossa notabilis instit. de actio. in princ. in verbo prosequendo, Socinus regula 78. immo Baldus in dicto cap. final. numero duodecimo, de ferijs dixit, quod non solum in ferijs solemnibus, vt
3 vindemiarum, & messium, † vel solemnioribus, vt quæ celebrantur in honorem Sanctorum: sed etiam in solemnissimis, vt in Natiuitate Domini, die Epiphaniarum, Paschate, Ascensione, & die Pentecostes licitum est creditori capere debitorem fugitiuum: quia fugiendo facit quodammodo furtum sui, immo rei debitæ, vt ff. quæ in fraud. credit. l. ait prætor., §. si debitorem, & est glossa singularis in l. final. C. de ferijs. Igitur si potest capi tempore incongruo: ergo etiam potest capi loco incongruo, & ita in ecclesia. Hinc Baldus in l. plerique, ff. de in ius vocan. dixit, quòd licet alias pro debito priuato non possit quis capi in domo, & si caperetur, debet relaxari, dicta l. plerique, l. nemo de domo, ff. de regul. iur. tamen, quando debitor est suspectus de fuga, potest capi in domo propria, arguendo de tempore ad locum, ita Baldus in d. l. plerique, qui allegat tex. in l. quæsitum, cum glossa, ff. de pignor. sic quamuis alias pro debito quis capi
4 non possit † in ecclesia, l. prima, & secunda. & per totum, C. de his, qui ad eccles. confugiunt, cap. inter alia de immun. eccles. tamen arguendo de tempore prohibito ad locū prohibitū, sicut potest capi debitor fugitiuus in ferijs quibuscunq;, sic ēt videtur quod debitor suspectus possit extrahi de ecclesia: nam Diuina Maiestas ita uidetur offendi, quando debitor caperetur tempore sacratissimo, sicut in ecclesia, sed tempore feriato ad honorem Dei potest capi: ergo sic in loco sacro ad honorem Dei. secundo facit: quia immunitas non uidetur cum præiudicio alterius concedi, facit tex. in cap. ex tuarum, extra de auctor. & usu pall.
5 ubi priuilegium uidetur † a Papa cōcessum sine pręiudicio tertii, sed modo si debitor non posset extrahi ab ecclesia, sequeretur præiudiciū creditoris, qui efficitur quodammodo dominus debitoris: quare ut possit tradi in seruitium creditoris, debet ab ecclesia extrahi, ut seruiat ipsi creditori

ditori pro debito, l. præsenti, §. sane, C. de his qui ad eccle. confug. Alias secus dicendo sequeretur principē, qui immunitatem ecclesiæ concessit, † remittere ius partis, quod non est dicendum, quamuis potuerit remittere pœnam, quæ ius publicum respicit, uel quæ sibi, erat applicanda, argumen. eorum quæ notantur, C. de in ius uoc. l. 1. & ff. de seru. fugit. l. 1. argum. 36. q. 1. cap. de raptoribus. Tertio facit optimus textus in authen. de mand. princ. §. publicorū uero tributorum, ubi propter tributum, id est, debitum, † quod debetur principi, extrahitur debitor ab ecclesia, & ibi notat glossa: quia ecclesia solum liberat a pœna corporali ad ecclesiam confugientem, ut titulo nostro, capit. inter alia. 16. q. 4. c. diffiniuit, & ca. idem constituimus, & c. rerum ubi Archid. in fi. Non tamen tollit: quin alia pęna puniatur, immo permittit, ut in eisdem capitulis habetur; cum igitur text. in §. publicorum habeat, ut debitores tributorum extrahantur ab ecclesia, non tuebitur eos ecclesia, ut nec debitores uniuersitatis, cū in hoc princeps, & ecclesia comparentur. At pro contraria parte, quòd debitores non sint ab ecclesia extrahendi, faciunt iura in cap. miror, & in cap. si quis contumax 17. quæs. 4. & clarius probatur in l. præsenti, C. de his, qui ad eccles. confug. vbi iura illa generaliter loquūtur, neminem inuitum

6

7

8 ab ecclesia extrahi debere: † ergo generaliter sunt intelligenda, præter casus exceptos in d. capit. inter alia, & c. ecclesiæ. tit. nostro. sed in dictis iuribus non numeratur casus iste, quod debitor possit extrahi: ergo stādum est regulæ, sic sanè hanc partē sequuntur cōiter Doctores præsertim Abbas in d. ca. inter alia, nu. 22. Old. consi. 54. tex. sing. in d. l. præsenti. etiam si debitor obnoxius sit publicis tributis, Abb. in d. c. inter alia n. 24. Aufrerius ad Capellam Thol. dec. 422. in fi. qui dicit hanc opinionem esse communem. Dicit etiam, nu. 4. huiusmodi immunitatem ui-

9 deri de iure diuino, † iuxta illud, qđ legitur 3. Reg. 2. de Adonia, qui fugiens ad cornu altaris tabernaculi saluus euasit a Salomone. Hāc etiā opinionem dicit communem Cou. lib. 2. var. resol. c. 20. num. 14. uersic. profecto. Et tenendo hanc opinionem, ut ueram, & ecclesiæ fauorabilem: quare dixit Abbas in d. cap. in-

10 ter alia, n. 24. † in dubijs fauendum est ecclesiæ, non obstant in contrarium adducta, & primo quod ualidū est argumentum de tempore ad locum, sed in tempore prohibito licitum est debitorem extrahere: ergo pariter de loco, hoc est ecclesia. Respondeo hac in specie minime licet de tempore ad locum argumentari, propter disparem rationē, quæ manifesta est, & constat: nam tempore feriato licitum est homicidas, aliosq; delictorū reos capere, ut probatur in l. prouinciarum, C. de feri. & tamen hos non licet ab ecclesia abducere, qua ratione Dec. nu. 8. in d. l. uinum dicit, ꝙ æquiparatio de tempore ad locum tunc procedit,

11 † quando est eadem ratio: at nō ubi diuersa ratio considerari potest: quia tunc tale argumentum non ualet. hinc uidemus, ꝙ testis non ita dēt recordari tēporis, sicut loci, ut notat Inno. in c. qualiter, & quando, de accusat. at in proposito diuersa ratio uidetur: quia in loco, hoc est in ecclesia, in qua debitor reclusus est, ille locus potest custodiri, quæ ratio cessat in tempore feriato. Rursus si delicta quæcūq; grauia quis perpetrauerit, uiolenter ab ecclesia extrahi non debet, d. c. inter alia: ergo a fortiori in debitis ex contractu. Et ita obseruatur quotidie in decoctis, qui in ecclesia sunt tuti, non obstante suspitione fugæ. Dec. qui sup. nu. 8. in fine.

fine. Nec obstat secundo, quod immunitas non videtur esse concessa cum præiudicio creditoris, qui videtur esse dominus debitoris, & ideo debet tradi in seruitium ipsius: nam respódet Panorm. in d.c. inter alia, nu. 22. quod nos loquimur de iure communi: quia si statutum, & ita ius municipale diceret, vt debitor possit compelli ad seruiendum pro debito, túc potest extrahi: quia non videtur concessa imunitas cú præiudicio tertij,
12 † qui est quasi dominus eius, quod satis potest admitti, ne priuetur iure suo, quod competit contra personam illius, & ita in multis locis per ius municipale liber homo capitur pro debito seruiturus creditori, quo casu securitate præstita debet extrahi, ne fraudetur creditor eius seruitio, sicut de seruo dicitur in l. præsenti, §. sane, C. de his, qui ad eccl. conf. nam non debet immunitas ecclesiæ
13 concessa lædere ius bursale † partis: Igitur secundum contrarium habet locum, quando adesset ius municipale: ita Aufr. etiam tenet, qui supra nu. 3. D. Ant. de Butrio in d.c. inter alia. Verum si sumus in iure vniuersali, & publico, non potuit Imperator præiudicare per suum ius nouissimú, & ita per tex. in auth. de mád. prin. §. publicorum præiudicare immunitati a lege, siue a canone cócessæ; cum istud priuilegium sit datum non subdito, iuxta notata per Inno. & Doct. in c. nouit, de iud. cum igitur per l. præsenti, præbeatur immunitas indistincte quibuscunq; personis, per ius authenticum nó potuit diminui. Preterea (vt affirmauimus) iura canonica loquútur generaliter in præallegato ca. miror, & c. si quis contumax. ergo; vnde Ioan. And. in addit. Spec. tit. de immu. eccl. dixit, quod fugiens pro debito ad ecclesiam, cum de iure communi homo liber
14 non capiatur pro debito, † nec debitor seruire cogatur, C. de act. & obl. l. ob æs. & cap. lator, de pignori. non debet extrahi: quia si extra ecclesiá esset, non caperetur. & satis sibi esset cedere bonis, C. qui bo. cede. pos. l. 1. & ita ex his collige debitores tributorum non esse ab ecclesia extrahendos, sed ibi citabuntur, si se defendent, bene quidem, alioquin procedetur ad missionem in possessioné bonorum, & hæc opinio est Cyni, quam sequitur Abbas in d. cap inter alia, nu. 24. Nec mihi videtur amplectenda opinio Abbatis ibi, num. 22. dicentis posse extrahi debitorem ab ecclesia, quando esset ius municipale, quod diceret, quòd debitor possit compelli ad seruiédum pro debito: quia tunc posset extrahi, quia sic indirecte posset offendi immunitas ecclesiastica, faciendo statutum tale, facit tex. in c. quanto, extra de priuil. c. fin. de immu. eccl. in 6. vbi expresse probatur, quod si dispositio non fit super illis, super quibus ecclesia habet spiritualia priuilegia, tamen potest esse, quod fiat contra libertatem ecclesiasticam, vt si fiat statutú municipale, quod nullus coquat panem clericis certi loci, vel cú eis contrahat, Zabar. in c. perpédimus, nu. 13. extra de sent. excomm. tum etiá, quia si ius cómune, quod est dignius municipali, cú illud omnes, & hoc tantum ciues liget, non potest tollere immunitatem ecclesiasticam, vt diximus de Imperatore iuxta §. publicorum, qui textus tanquam contrarius hac in re iuri pontificio recipiendus non est: ergo multo magis ius municipale tollere non poterit: faueamus ergo in dubijs ecclesiæ, vt fugientes ad ecclesiam, pro quocunq; debito gaudeát immunitate. Vltimo non obstat, quod ecclesia videtur tueri fugientes quo ad pœnam corporalem, non autem quo ad alias pœnas: quia illud habet locum in fugientibus ad ecclesiam quo ad delictum, & non quo ad debitum.

DE

DE IMMVNITATE ECCLESIARVM.

SVMMARIVM.

1 *Iesus. & Mariæ nomen, quam dulce, & suaue.*
2 *Ecclesiæ appellatione quo ad violandã immunitatem venit etiam domus ecclesiæ.*
3 *Ecclesia & claustrum ipsius ecclesiæ, & Hospitale æquiparantur quo ad violationem immunitatis.*
4 *Delinquentem capiens in claustro, vel in hospitali potest declarari excommunicatus.*
5 *Facere contra legem, vel verbo legis idem sonat.*
6 *Statutum prohibens sub pœna extrahi vinum, comprehendit etiam extrahentem vuas, non autem acetum.*
7 *Immunitate ecclesiastica gaudens non est in ecclesia compeditandus.*
9 *Quando prohibetur quid vna via, prohibetur & id, quo peruenitur ad illam.*
10 *Auctoritas iudicialis excusat circa ea quæ non spectant ad munus suum.*
11 *Maleficia voluntate, & proposito distinguuntur.*
12 *Præsumpserit verbum denotat dolum, & temeritatem contrafacientis.*
13 *Obliuio & incogitantia, atque bona fides excusant ab excõmunicatione.*
14 *Forum interius respicit veritatem, sed exterius extrinsecas actiones.*
15 *Affectus non punitur, nisi sequatur effectus, fallit in casu nostro.*
16 *Epilogus eorum, quæ dicta sunt.*

Consilium II.



D propositũ casum an scilicet clerici cuiusdã ecclesiæ collegiatæ, in qua erat hospitale, inciderint in pęnam uiolantium ecclesiasticam immunitatẽ ex eo, quod ad aliquorum preces, qui insequebantur furem, qui iuratus est illis, seque saluauit noctis tẽpore in dicto hospitali non modo per totam illam noctem retinuere, vt carceri occlusum, sed etiam ex mãdato hospitalis magistri per non paucos dies uinculis manciparunt, ad eum tradendum curiæ seculari, post obtẽtam licentiam ab ordinario loci, quã tamen minime obtinuerunt, ideoq;
1 dimiserunt furem. respondeo † inuocato prius Christi Iesu nomine, qd in corde est gaudium, in ore iubilus, & in aure melos iuxta Bernardum: nec non Beatissimæ Virginis Marię, quæ nec nominari quidem potest, quin accendat, nec cogitari, quin recreet affectus diligẽtium illam, hoc primum præsuppono, quod appellatione loci pij, & ecclesiæ, venit etiã
2 domus ecclesiæ †. Hinc fuit conclusum anno 1601. in Curia Archiepiscopali Neapolitana, vt dixit insignis quidam modernus, delinquentem quendam fugientem ad furnum seminarij Neapolitani positũ fuisse in immunitate ecclesiastica, & Abbas in c. cum pro causa, nume. 4. de sent. excommunicat. dicit, quòd violans claustrum alicuius ecclesiæ, dicitur violare immunitatem ipsius ecclesiæ, & est ratio, quia immunitas ipsius ecclesiæ non restringitur ad parietes ecclesiæ, sed progreditur per porticus ipsius ecclesiæ, immo ad 40. passus circa ecclesiam, si est maior, vel ad 30. si est minor, text. est in cap. si quod antiquitus, & ibi glossa 17. quæstio. 4. l. item apud Labeonem. §. cum vitium ff. de iniur. Oldradus notabiliter consil. 55. incipiens consueuit dubitari. Ludouic. Roman. consi. 227. quod incipit spectabilis Domine, & ideo claustrum inhærens ecclesiæ gaudet immunitate ipsius ecclesiæ: ex quo infert Panormitan. quòd sicut quis non potest capi in ecclesia, ita nec in clau-

claustro ipsius ecclesiæ, pariter nec in hospitali, siue sit circa ecclesiam, ut in casu nostro, siue sit per se, ita dixit Bald. in l. si quis ad declinandum in xiiij. col. C. de episc. & cleric. tenere Archi. in cap. diffiniuit. circa principium 17. q. 4. Iason in l. plerique uersic. xij. extende, ff. de in ius uocando, cum sint loca religiosa, Zabarella in clement. per literas, q. x. de præben. Quod extende etiam ad Xenodochia, hoc est ad locum ubi pauperes recipiuntur, vel senes, aut debiles, cum sit domus religiosa, de relig. domibus, cap. de Xenodochijs. item extende ad orphanotrophium, id est ad locum in quo pueri utroque orbati parente educantur. Idem in Refretochium, in quo pauperes pascuntur: itē ad noseclitomum, ubi ægroti curantur. De his 1. q. 7. c. si quis circa finem, C. de episc. & cler. l. Orphanotrophos, & l. omnia priuilegia, 23. quæst. 8. cap. tributum, §. quamuis ante finem, & in authent. de rebus eccle. non alien. §. 1. coll. 9. Etenim si ista adhærent ecclesiæ, regulantur secūdum naturam suorum principalium, licet sint minus digna. & ita regulantur secundum naturam ecclesiæ, Anchar. in d. clem. per literas, nume. 4. At si per se subsisterent idem dicendum, cum sint loca religiosa, & sint in potestate episcopi, & per eius sollicitudinem gubernanda sunt, dicto capitulo de Xenodochijs cum capitulo sequen. l. si quis ad declinandum, C. de episc. & cleric. §. licentia. Vnde ut quis non potest capi in ecclesia, uel in claustro, ita nec in hospitali, & qui capit
4 potest declarari † excommunicatus cum etiam de iure secundum Hostien. in d. cap. cum pro causa sit ipso facto excommunicatus. potest tamē absolui per ordinarium, ut supra probauimus in cons. præcedenti. Et ita de facto fuit obseruatum in curia Archiepiscopali Neapolitana anno Domini 1597. Quo præmisso quod prædicti clerici sint excommunicati primo facit textus in l. non dubium, ff. de legibus: nam quando quis obseruat uerba, & facit contra mentem le
5 gis, † facere dicitur in fraudem legis, glossa in l. contra, ff. de legibus, cap. quanto ubi glossa extra de priuileg. & ideo tenetur, ac si ueniret contra uerba. (Exempli gratia) scit aliquis ciuis, quod consilium huius ciuitatis, seu homines debebant taxare mēsuram frumenti, ita quod non posset uendi mensura plusquam decem. Antequam esset notum omnibus uendidit Petro magnam quantitatem frumenti pro ualde maiori pretio, & non notificauit id, quod erat statutum, certe tenebitur: quia debebat eum certiorare, ita Bartolus in d. l. contra, ff. de legibus, Barbatius uol. 2. cons. 56. incipiens sapienter scribit. sic dixit Baldus in l. quod nōtatione, ff. de legibus, quod si statutum prohibet sub pœna extrahi ui-
6 num † de ciuitate, uel comitatu, eadem pœna tenetur extrahens vuas, non tamen acetum: quia appellatione uini non uenit acetum: sed modo isti clerici quamuis non extraxerint ab ecclesia, & tradiderint curiæ seculari, tamen illum retinuerunt quasi in carcere in cubiculo domus ecclesiæ, & nuntiauerunt magistro Nuntiatę, qui cum fecit uinculis alligari: ergo uidentur cum fuerint in culpa, ut fur compeditaretur, fecisse in fraudem, quo sic indirectè violaretur ecclesiastica immunitas, facit a simili quod dixit Guido Papæ, qu. 121. num. 3. quod gaudens immuni
7 tate ecclesiastica † non est in ecclesia compeditandus, & contrarium faciens infringit immunitatem ecclesiæ, ac si ipsum ab illa extraheret, & incidit in pœnam, l. fin. C. de his, qui ad eccle. confug. argum. tex. in l. 1. §. penul. ff. de ui, & ui arma. & ibi bonus tex. & l. fulcinius, §. illud, ff.

Qui

quibus ex causis in possess. eatur, l. eum, qui, la 2. ff. de priuil. credit. Secundo facit textus in cap. fin. de immunit. eccle. lib. 6. ubi paria sunt facere aliquid directe contra prohibitionem ecclesiæ, uel indirecte: nã paria sunt directe, vel indirecte prohibita tentare. Tertio, qui culpæ causam dat, in culpa est, & qui damni, damnum dedisse uidetur. & cũ quid
9 alicui una uia prohibetur, † ad id alia non debet admitti: sed clerici prohibentur abstrahere a domo loci pij & tradere curiæ seculari: ergo nec debent aliquem coarctare, ut sic ueniat in manus iudicis secularis. Qđ si quis obijciat regulam iuris, Quod quis mandato facit iudicis, dolo facere non uidetur, cum habeat parere necesse: vnde cum compeditio fuerit facta mandato magistri, ergo non fuerunt in dolo clerici, qui hoc fecerunt. Respondetur, quod regula illa habet locum in his, qui necesse habent parere, hoc est, quando iudex præcipit circa ea, quæ spectant ad munus suum, & sic iudicialis aucto-
10 ritas excusat, † quod secus est in casu nostro, cum non iudex, sed alius est, qui mandat, & mandat in his, quæ sunt contra priuilegia concessa ecclesiæ, toto tit. nostro. & in 6. ergo potius est Deo obediendum, quam hominibus, c. dominus 11. q. 3. At pro contraria parte, quod isti detinẽtes eum usque ad ortum solis, & usque ad notificationem factam magistro, non sint excommunicati, facit regula iuris: quia uoluntate, & pro-
11 posito maleficia distinguuntur; † ca. cum uoluntate, de senten. excomm. ff. de furtis, l. qui iniurię, ĩ principio. etenim quamuis cor, & actus respiciat Deus, vt cap. 1. 16. qu. 6. tamen cor magis, & spontaneas uoluntates respicit, quam actus, & ita hoc modo accipienda est glossa in d. c. cum uoluntate, ut adnotauit ibi additio. unde qui loquitur cum excommunicato in his, quæ tendunt ad salutem animæ suæ, hoc animo, ut ille conuertatur, licet alia uerba intermisceat, non dicitur excommunicatus, sed modo clerici isti hac mente furem inclusum habuerunt, ut declinarent furorem insequentium, & uociferantium, ut traderent eum in manus suas: quia tamen poterant postea Domini rerum furtiuarum querelam exponere cum magistris, & inde illi pati aliquod damnum notabile, ideo non dimiserunt eum, sed nũciauerunt magistris: quare cum non fecerint dolose, uidetur excusati ab excommunicatione, cum excommunicationes tam iuris, quam illa Gregorij XIIII. loquantur per uerbum præsumpserint, quod uerbum deno-
12 tat dolum contrafacientis, † facit textus in c. monasteria, extra de uita, & honest. cleric. secundo clerici isti erant in minoribus ordinibus constituti rudes, & illiterati, & credebant se sacrificium offerre Deo, dum operabantur, quod per inclusionem delinquentis puniretur ille, & alij ex hoc deterrerentur, facit textus in c. factæ sunt, distinct. 4. & ut delicta non remaneant impunita, l. si ita uulneratus, ff. ad l. aquil. cap. ut famæ, extra de sentent. excommunic. ergo cũ fecerint hoc proposito, uidentur potius laudandi, quam culpandi. Rursus ignorabãt excommunicationem alias nullo modo hoc fecissent: quare fit, quod qui obliuione, aut incogitantia aliquid facit prohibitum eo ipso sub pœna excommunicationis,
13 † in illam non incidat: quia non uidetur fecisse dolose, quod semper est attendendum ad incurrendam excommunicationem, ita Card. in clemen. 1. q. 38. de priuil. D. Thomas. 1. 2. q. 4. ar. 8. ubi Caiet. credimus ergo in foro interiori illos ex excommunicatione esse excusatos, hoc præsupposito, quod fecerint bono animo, & inaduertenter bona fide, &

sim-

simplicitate ducti, cum forum inte-
14 rius respiciat veritatem, † sed in foro exteriori, in quo proceditur secundum extrinsecas actiones, c. quod interrogasti dist. 27. 16. q. 7. ca. per laicos: arbitramur illos incidisse, & ita procedunt quæ fuerunt dicta pro parte affirmatiua, quamuis casus nõ fuerit secutus, hoc est, quod fur non fuerit traditus cum effectu, cum hoc fuerit attentatum, quia fuit notificatum magistris, & compedes allegati: nam sic loquitur constitutio Gregorij attentantes: quare & si regula
15 iuris se habeat † quod non punitur affectus, nisi sequatur effectus, ca. si quis suadente, verbo iniecerit 17. q. 4. & nos septẽ medijs affirmauimus in 2. par. nostrarum decis. lib. 3. ca. 5. nu. 2. cum sequ. tamen fallit in casu prædicto: quare concluderem quod talis excommunicatio in foro interiori non sit timẽda, cum non sit valida, secus tamen iudicarem, & arbitrarer in foro exteriori ratione scandali, quapropter esset petenda absolutio in foro exteriori, si essent declarati excommunicati ad cautelã, nisi clerici peregre proficiscerentur in locum, vbi tale factum esset occultũ, quia tunc possent se habere, vt non excommunicatos: at si mens eorum fuisset illum tradere curiæ seculari, & recordarentur de excommunicatione, tunc mea sententia essent excommunicati etiam in foro interiori, & hæc salua, &c.

D. Iacobus de Graff a Cap.

Thema Consil. Vnici.

In libro rationum confecto a quodam cellarario cuiusdam cœnobij regularium erat talis titulus inscriptus per industrias: & in effectu continebatur, quod locabat terras colonis hac lege, vt si coloni essent vendituri mustum ante tempus vindemiæ; ex eo forsan, quia pecunia indigebant pro cultura terræ, aliter vendere nequirent, nisi prius eo requisito, vt si vellet dictum mustum emere pro pretio, quod erit, & currit ad uocem, coloni cogantur vendere ipsi potius quam alijs, & quod idem cellararius soluat illis partem pecuniæ, vt subueniri possit necessitatibus illorum. Verum hoc mustum solebat emere cellararius, vt postea vendendo tempore congruo, & quando desierat esse mustum, aliquid lucrifaceret, sicut vt plurimum ex hac venditione lucrabatur monasterio singulis ferè annis aureos trecentos. Modo

Consilium hoc duabus difficultatibus erit absoluendum.

Prima Difficvltas.

I. An cogere colonos, vt sibi potius, quam alijs pretio, quod currit ad uocem uendant, sit licitum.
II. An emere mustum, ut uinum postea reuendat, hoc facere possit cellararius absque peccato.

S V M M A R I V M.

1 *Industria quid, & quod quandoque sonat in bonam & quandoque in malam.*
2 *Contractus alla voce licitus est, modo aliquæ concurrant circumstantiæ.*
3 *Pretia rerum ex locorum varietate uariantur.*
4 *Pretium appositum a magistratu, vel vniuersitate iustum reputatur.*
5 *Pactum factum in præiudicium aliorum non valet.*
6 *Obligatio, vt vni, & non alteri teneatur vendere, est pretio æstimabile.*
7 *Colonus tenetur magis Domino prædij fructus vendere, quam alteri.*

8 *Ven-*

8 *Vendere rem suam propriam quis compellitur in multis casibus, Remiss sine.*

9 *Debitum ex natura rei uel ex onere sibi iniuncto, cum deducitur in pactum nõ est nisi declaratio eius, quod prius erat.*

10 *Ciues quando cogantur potius ciuibus quam exteris uendere.*

11 *Debitum antidorale non potest deduci in pactum.*

Irca hanc difficultatem Redemptoris omnium nomine inuocato, & Gloriosissimæ Mariæ suffragio implorato, illud primo præmittendum est. Cum liber inscriptus sit pro industrijs, quod industria quandoque sonat in bonam partem, quandoque in malam. Vnde industria secundum Papam est doctrina, studiũ, vigilantia, assiduitas, cura, labor, instantia, frequens exercitium circa rẽ honestam. Interdũ etiam industria capitur pro dolo, extra de homic. ca. 1. proprie autem uersatur industria circa mores. probatur, C. de episc. & cleric. l. nulli ad finem. Hic autem uidetur accipi, ut caute quis negotia sua exequatur iuxta tex. in cap. qui episcopus, distinct. 23. Vnde promouendus debet esse negotijs suis ca-
2 uens. Secundo notandum est, quod contractus, qui dici solet Alla uoce, licitus est: modo aliquæ concurrant conditiones, & circunstantiæ: Quarum prima est, vt seruetur locus, ubi res uendita nascitur, seu colligitur: nam mutatio locorum facit mutare pretia rerum. Ita glossa in l non utique, §. nunc de officio, ff. de eo, quod certo loco, ubi dicit, quod ex uarieta-
3 te, ac diuersitate† locorum pretia rerum uenalium, ac cæterarum rerum mobilium uariantur, l. pretia rerum, ff. ad l. Falcid. & ideo Bar. & Baldus notant ex d. §. nunc de officio, modũ probãdi ualorem rerum mobilium; quia in articulis debet quis se referre ad certam ciuitatem, uel regionem, seu locum, secundum cuius loci æstimationem vult petere pretiũ frumenti, vini, uel alterius similis rei. Secunda conditio est, ut seruetur tẽpus, hoc est, ut res uendita existat in rerum natura, (v.g.) ut quando uenditur uinum ad uocem, ematur a personis habentibus vinum colligẽdum in suis agris, Alioquin usura esset palliata, quod idem diximus de cambijs in nostris decis. in 1. par. lib. 2. cap. 110. nu. 3. quia ut simplex sit cambium, requiritur utriusque rei existentia, alioquin usura esset. Tertia est, ut seruentur pacta æqua, & non iniqua aggrauantia uẽditorem, quæ multipliciter cõsiderari possũt: & primo quidem grauatur uenditor uectura de loco ad locum, quod intellige, nisi qui præest ad faciendam uocem, habeat rationem uecturæ in statuendo pretia legitima. Secundo, vt quando uenditor grauatur tempore; vt qui emit tot modios frumenti a te ad uocem, cum pacto, ut tenearis seruare dictum frumentum usq; ad certum tempus. tale enim pactũ iniquum est: quia uenditor vult lucrari impensam, quam in custodiendo faceret, & periculum amissionis vitare, ita Nauar. in Manu. c. 17. nu. 225. nu. 96. Licitus tamen redderetur huiusmodi cõtractus, si diminueretur de pretio ob has causas, sicut a simili diximus in nostris decis. 1. par. lib. 2. c. 105. numer. 23. quod vt lucri cessantis interesse peti possit, debeat haberi ratio ad pericula, labores, & expensas, quas verisimiliter passurus esset negotiator, quia lucrũ intelligitur deductis laboribus, & expensis, & periculis, l. fructus, ff. sol. matrim. Tertio qñ grauatur uenditor expurgatione frumẽti. Quibus cõditionibus existentibus contractus iste ad uocem dicitur licitus. Et dicitur ad uocem, hoc est ad pretium legitimũ

præ-

præfigendum in die S. Petri, aut S. Iacobi secũdum morem regionum, facit tex. in l. 1. §. cura carnis. ff. de of fic. præfe. vrbis vbi ad præfectum ur bis spectat, quod victualia iusto pre tio uendantur, & cap. 1. de empt. & uendi. Bar. in l. 1. C. de episc. audien. & tale pretium appositum a Magistratu Regio, vel ab vniuersitate, quæ priuilegium habet a Rege repu tandum est iustum pretium, interim, quod non constet taxatores fuis se uel corruptos, aut deceptos in pre tij assignatione. in dubio enim (Modo de opposito non constet) præsumendum est pro illis, qui Rempublicam gubernãt, de quibus etiam præsumendum est, quod diligentiam debitam apposuerint ad omnia perpen denda, ex quibus pretium venit augendum, vel diminuendum, Medina C. de rebus restit. q. 31 tit. De iusto rerum uenalium pretio, uersic. prædictis non obstantibus. Quibus præmissis, quod non sit licitum coge re colonos, quod sibi potius pretio, quod currit ad uocem uendant, fa-
5 cit: quia pactum factum in præiudicium aliorum non ualet, l. contra iura, § ultimo l. in persona, ff. de pact. sed modo hoc pactum est in præiudicium aliorum: quia tollit libertatatem. Hinc glossa, & Archi. in cap. 1. 14. q. 3. dicit, quod mutuare pecuniam cũ pacto, quod sibi remutuet vsura est: quia tollere libertatem, ut sibi, & non alij remutuet, est pecunia æstimabile, & petere id, quod est pecunia æstimabile, facit mutuationem vsurariam, Ioan. a Med. C. de re stit. quæst. 4. versic. Tum etiam; sic mutuare pecuniam alicui, cum pacto, vt accipiens teneatur vendere vinum nouum sibi, & non alteri eo pretio, quo venderet alijs, est vsura;
6 quia illa obligatio † vt sibi, & non alijs teneatur vendere, est pretio æstimabilis, ut habetur in nostris decis. in 1. par. lib. 2. cap. 104. numer. 6.

At pro contraria parte, quæ mihi verior videtur, facit primo auctoritas glossæ, & tex. in l. 1. C. de Metallarijs, & Metallis lib. 11. vbi ex illa glos sa notat Bartol. quod colonus meus vendere volens portionem suorum
7 fructuum, † cogendus est uendere potius mihi domino, quam alteri iusto tamen pretio, atq; ita dominum feudi locatorem ius prælationis habere in emendis fructibus. sic Lucas de Penna in d. l. 1. dicit. facit hæc lex pro dominis terrarum, quod coloni, & alij uasalli res eorum, quas uenales habent, vt fructus, & alios, tenẽatur prius vendere dominis, idem dixit Felinus in cap. 1. numero 20. de Iudæis cõtra regulam iuris, in l. nec emere, C. de iure delib. de contrah. empt. l. dudum, & l. inuitum ec. tit.
8 vbi ponuntur multi casus, † in quib. quis cogitur vendere rem suam. Ad idem est glossa in l. Iulianus, §. idem Celsus. ff. de action. empt. Soc. pulchre in regula. 435. Grammat. decis. 75. Iason in d. l. nec emere. Couar. latissime libr. 3. uariarum resolut. c. 14. nume. 2. pariter conductor, vel colonus, qui annuatim nomine conductionis tenetur dare decem corbes frumenti, uel tritici, tenetur dare de tritico, quod nascitur in illo prædio, ita notatur per Bartolum in l. domini prædiorum, C. de agric. & censi. lib. 11. Rursus, quando aliquid debetur ex natura rei, uel ex onere sibi in
9 iuncto, † cum deducitur illud in pactum, non est nisi declaratio eius, quod prius erat, quod quidem licitũ est secundum Archidiaconum 14. q. 5. cap. 1. num. 5. sicut etiam solemus dicere de pœnitentijs, quæ iniungitur a sacerdote per modum declaratæ obligationis, ut communicet in Pascha, ut deponat odium mortale, & ut abijciat concubinam, de qua per Anto. de Butr. in c. omnis, num. 54. de pœn. & remis. nam tales pœnitentię non solũ sunt licitæ ad iniũgẽ dum

dum à confessarijs, sed necessariæ. sed modo, quod colonus teneatur fructus fundi potius Domino, quam alteri vendere, hoc est de necessitate, & eo ipso, quod accipit fundum, obligatur ad hoc: ergo. pariter facit dictum Couar. li. 3. var. resolu. cap. 14. numero 16. versic. Tertio, quod vbi Respublica penuria annonæ grauatur.
10 † possunt ciues habentes frumētum omnino cogi id ciuibus potius quam exteris vendere, idque addit Socin. vbi supra versic. fallit quando pretio vitiori, tex. est in l. scribentes, §. si quid inchoati, ff. de vsuris. per notata in l. 1. C. de episc. audie. vbi quis cogitur vendere, & in uendendo pretium statuere; & in c. 1. extra de emptio. & uendit. sic glossa in verbo de gremio, & in cap. in nomine Domini dist. 23. dicit, quod de gremio cardinalium Papa est eligendus. & glossa in cap. ne defectu, extra de elect. dicit quod de clericis ipsius ecclesiæ episcopus est eligendus. Sic si bona sunt restituēda, sed nescitur quibus, puta: quia præda magna facta est, uel aliqua ciuitas vastata iniuste, sed nescitur quibus facienda restitutio sit, quamuis is, qui damnum intulit, bene scit se damnum dedisse, & æstimationem damni, quod dedit: nam in istis casibus est erogatio faciēda pauperibus, & potius illius loci, in quo damnum est datum, vel cuius habitator erat is, cui facienda esset restitutio, quam in extraneis: tum quia verisimilius est, quod inter illos inueniretur is cui damnum datum est, vel hæres eius, quam inter extraneos, & illis scilicet hæredibus si vnquam repetiri possunt, est restitutio facienda, vt probatur infra de homic. ca. sicut dignum, & eos insuper. ita Host. in cap. cum tu, num. 3. extra de vsur. Hinc non obstat contrarium in d. cap. cum tu: quia mutuum debet fieri gratis. Mutuum date nihil inde sperantes. Vnde cum mutuum accipiens non obligetur mutuanti ad aliquid, fit, quod obligare illum vt teneatur vendere vinum nouum sibi potius, quam alteri, sit vsura: quod adeo verum est, vt non possit deduci in pactum tanquam debitum, quod etiam procedit in debito antidorali:
11 † nam & si naturalis obligatio velit, ut mutuans mutuanti remutuet, tamen antidorum istud cum simpliciter non sit debitum, non est deducendum in pactum: quia sic esset obligatio, & ita plus promittendo esset vsura: sed in casu nostro præterquam quod nihil plus accipitur, nisi id, ad quod erat obligatus, non præcessit cōtractus mutui. Tum etiam: quia hic non tollitur libertas, sed solum, quando alijs vellet vendere, vt sibi, & non alijs uendat. Vnde hoc ponit in sua optione: quare ex his concludendum arbitror potuisse licite cellararium facere hunc contractum.

SECVNDA DIFFICVLTAS.

An emere mustum, vt postea uinum clarum reuendat, possit fieri absq; peccato.

SVMMARIVM.

1 *Emere ut reuendas, dicitur proprie negotiatio.*

2 *Statutum prohibens extrahi uinum de ciuitate, comprehendit etiam extrahentem uuas.*

3 *Acetum quamuis fiat de uino, tamen differt a uino, & unde dicatur.*

4 *Vinum nouum debet bibi post Calēdas Nouembris. & quotuplex dicatur nouum, remissiue.*

5 *Malum non est faciendum prætextu boni.*

6 *Negotiatio ob tres causas interdicitur clericis in sacris & religiosis.*

7 *Negotiationes raro fiunt absque peccato, & sunt multum periculosa.*

Ne:

8 *Negotiatio retrahit hominem a rebus spiritualibus.*

9 *Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus explicatur.*

10 *Principaliter quod sit, habendum est in consideratione.*

11 *Epilogus eorum, quæ dicta sunt.*

IRCA hanc difficultatē pro parte negatiua, q̄d non possit emere mustum, vt postea vinum clarum reuēdat primo facit: quia emere vt reuendas dicitur
1 proprie negotiatio, † sed negotiatio est prohibita clericis in sacris constitutis, & præsertim monachis, toto titu. Ne cleric. vel mona. cap. eijciens, cap. fornicari dist. 88. ergo. Quod si quis obijciat hanc non esse negotiationem, sed potius artificium, cum vendit rem mutatam: nam emit mustum, & reuendit vinum: quia respō deo mustum dici vinum, vnde in f. r tioribus terminis dixit Bal. in l. quod non ratione, ff. de legibus, quod si statutum prohibet sub pœna extrahi vi
2 num de ciuitate, vel comitatu, eadē pœna tenetur extrahens vuas, quamuis non cōprehenderetur extrahens acetum, secundum Bald. in l. 2. ff de peric. & commod. rei uendi. idē Bar. in l. 1. C. de erogat. militaris anno. li. 12. vbi dicit textum expressum esse, quod licet acetum fiat de uino, tamē
3 aliud est acetum, † & aliud vinum, quod apparet: quia ponuntur, vt species distinctæ, & separatæ. & dicitur acetum, quasi acutum, vel quasi aquitum. Vnde vinum mixtum aqua cito in hunc saporem uertitur, ut dixit Lucas de Penna in d. cap. 1. Rursus Bar. in l. iubemus eod. tit. dicit, quod vinum nouum, & non uetus debet
4 bibi post calendas Nouembris: quot autem modis dicatur aliquid nouū, videndus est Lucas de Penna in l. 1. C. de conditis in publicis horreis co lum. 1. libro 10. Secundo: quia emere, ut reuendas est negotiatio lucratiua. & hæc adeo illicita est, ut Hieronymus dicat. clericum negotiatorē ex paupere diuitem, & ex ignobili nobilem factum tanquam pestem fuga, & Apostolus 2. ad Timoth. dicit. Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus: Tum, etiam: quia prætextu boni non est faciendum
5 malum † 1. q. 1. c non est faciendum furtum propter erogandam eleemosynam, sed negotiatio est monachis interdicta, vt superius diximus: ergo quocunque fine bono non est permittenda, vt fiat ab his, qui non possunt. His tamen non obstantibus cēseo dictam negotiationem in casu nostro licitam fuisse: nam cessante causa cessare debet effectus, vulgatis
6 iuribus. sed tres sū t causæ, † ob quas interdicitur negotiatio monachis: prima: quia finis eius est lucrum tēporale, quod monachi contemnere debent: quare profitentur paupertatem: nam hæc ratio cessat: nam & si non omne lucrum possint monachi appetere, vt si turpe, & illicitum sit, possunt tamen multa lucra licita, & honesta facere, & prætendere, atque appetere, ut in casu nostro, illa ad bonum finem ordinādo. faciebat enim hoc cellararius, vt succurreret necessitatibus monasterij, vt possit debitis satisfacere, uacare magis hospitalitatibus, & eleemosynis. Quod si quis replicet non esse facienda mala, ut eueniant bona, respondeo negotiationem de sui natura non esse malam, sed esse quid indifferens, sed ex circūstantijs posse reddi bonam, vel malam. & quamuis quis iterū replicet quod clericis, & religiosis non est licita talis negotiatio, nisi quādo propriæ facultates non suppetunt, faciūt ea, quæ notantur de artificio 14. q. 3. in fin. summæ, ubi habetur, quod li-
7 citum est clericis † emere aliquam rudem materiam, & inde aliquid artificiū facere, si eis sua non sufficiunt

&

& allegat 91. distinctio. cap clericus victum, & 21. q. 1. cap. 1. de consecr. dist. 5. cap. nunquam. Vnde cum religiosi, de quibus est præsens quæstio, multum abundent etiam sine tali negotiatione: ergo. Respondeo primum, quòd considerata hospitalitate forensium, eleemosynis pauperum, expensis conuentus, & debitis, quæ omnino euitari non possunt, nec debent, & alijs oneribus incumbentibus per anni circulum necessario supportandis sine illa negotiatione dicti religiosi commode viuere non possunt. Præterea siue abundent, siue non, sufficit ad eorũ defensionem, quod hoc exercere possint, cum non sit ex sui natura mala. Secunda causa, quare prohibita est negotiatio,
8 † quia raro fit sine peccato, vnde periculosa est valde: quare ait Leo Papa, Difficile est inter ementes, & vendentes non interuenire peccatum. Hoc enim nõ obstat: tum, quia illud nõ videtur procedere in religiosis magis Deum timentibus, quam secularibus, tum quia illam cellararius nõ per se, sed per alios, qui seculares sunt, vel laici commissi, negotiatur. Vnde etiam si peccata per negotiatorem ipsi negotio immisceantur, non inde ipsi cellarario sunt imputanda, cum non ipse, sed alius negotietur. Tertia causa prohibitionis est, quia negotiatio retrahit homines a rebus spiritualib.
9 † quibus incumbere est proprium munus religiosorum, inde tondentur capilli, capit. duo sunt, versi. depositio, 12. quæst. 2. nam ex quo religiosi vacant ecclesiasticis negotijs, & tamen cellatarius vacat negotijs, hoc videtur facere posse. argumen. tex. in cap. decreuit, dis. 88. vbi vult, quod clerici non se immisceant negotijs secularibus nisi ob charitatẽ ex obedientia prælati, sicut est in casu nostro: Habet enim curam temporalium interpositam ex obedientia, & ideo negotiationes, vel potius hanc industriam exercet, vt prouideat religiosis in occurrentibus necessitatibus, vt libere valeant explere munus suum vacandi Deo: quia multa ex causa licent, quæ alias non licerent, vt notat glossa penult. in l. Barbarius, ff. de offi. præs. præto. vnde his stantibus non obstant in contrarium adducta, & primo, quod negotiatio est monachis ĩterdicta: quia respondemus hanc esse permissam in casu nostro, cũ cessent causæ prohibitionis, vt supra probauimus. nec etiam secundo obstat illud, Nemo militans Deo implicat se negotijs secularibus: quia hic non implicat se absque necessitate assumens negotia secularia, sed implicatur cum superioris sui licentia, ac necessitate officij, & pietatis: vnde aliud est implicare se, & aliud implicari, sicut aliud est mutare, & transferre, & aliud mutari, & transferri. 7. q. 1. c. mutationes. Turrecr. in d. c. decreuit. potest etiam iustificari contractus iste: quia cũ coloni sint pauperes, & miserabiles personæ, & mustum vendunt ante tempus, si cellararius non emeret, coloni essent alijs debitores illius vini: vnde sequeretur absurdum, quod ipse non possit ex bonis suis consequi id, quod debet a colonis: vnde cellararius emit vinũ principali fine, vt suum consequatur, & ob charitatem subueniendi eis: qua-
10 re id, quod principaliter fit, † habendum est in consideratione, l. si quis nec causam, ff. si cert. pet. c. cum voluntate, extra de sent. excommu. & ideo cum eis pateat respõsio ad obiecta, cõcludo breuiter præmisso primũ quid significet liber inscriptus pro industrijs, vt nu. 1. & quod contractus, qui vulgo dicitur alla voce, licitus est, modo concurrant aliquæ conditiones, quæ habentur a nu. 2. vsq; 5. quod cum possit colonus cogi ad vendendam portionem fru-

ctuum fundi, quem conduxit sibi Domino, vt nu. 7. multo magis hoc potest deduci in pactum. non enim hic tollitur libertas, sed vt solum, quando alijs vult vendere, sibi, & non alijs vendat. Rursum potest cellararius mustum, quod emit a colonis vendere, quando erit vinum clarum, absq; peccato, vt multis mediis probauimus. vt in 2. difficultate, a nu. 6. vsque in fin. Et hæc salua, &c.

D. Iacobus de Graffijs a Cap.

CONSILIORVM SIVE RESPONSORVM LIBER QVARTVS.

DE COGNATIONE SPIRITVALI.

Consilium hoc duabus difficultatibus absoluetur.

I. An affinitas contracta extinguatur dissoluto matrimonio non extantibus filijs, ita quod possit contrahi matrimonium inter nouercã superstitem, & priuignum.

II. Esto quod non. An possit inter easdem contrahi compaternitas.

SVMMARIVM.

1 *Affinitas quid, et affines vnde dicãtur.*

2 *Affinitas secundum canones etiam contrahitur ex copula fornicaria.*

3 *Statuta humana variantur secundum varietatem temporum.*

4 *Affinitas proueniens ex copula illicita quare extendatur vsque ad secundum gradum, & non vltra.*

5 *Affines qui dicantur, & quis primus gradus nu. 12.*

6 *Consanguinei vtriusque partis inter seipsos nullam affinitatem contrahũt.*

7 *Affinitas an intelligatur donec duret matrimonium.*

8 *Affinitas, & amor quod morte dissoluatur, qualiter intelligatur.*

9 *Affinitatis effectus quo ad impediendum matrimonim durat etiam illo soluto, ẽt si liberi non extiterint. n. seq.*

11 *Affinitas ex qua cõiunctione insurgat.*

13 *Vxor nõ est affinis, sed causa affinitatis.*

14 *Affinitas est perpetuum impedimentum matrimonij.*

15 *Affinitas per mortem dicitur dissolui quo ad multa.*

16 *Affinitatis secundum, & tertium genus est hodie sublatum.*

CIRCA hanc diffic. cũ præclarè scriptũ sit a psalmista, prope est Dñs inuocãtib. eum. Ideo Redẽptoris crucifixi nomine inuocato, & gloriosissimæ Virg. Matris Mariæ suffragio implorato. Antequã deueniã ad decisionẽ, sunt aliqua præmittenda, & primo, quod affinitas, quæ vulgo dr̃ parentela
1 † est attinentia vnius personæ ad aliam, proueniens ex copula carnali oĩ carens parentela. ita Goff. in summa de consang. & aff. ex qua definitione colligo tria, & primum, quod affines dicti sunt ab eo, quod duæ cognationes, quæ diuersæ sunt ĩter se, per nuptias copulantur, & altera ad alterius cognationis finẽ accedit. ita tex. in l. nõ facile, §. affines, ff. de gradib. & affin. Secundum, quod ante consummationem matrimonii non cõtrahitur affinitas, quanq̃ contrahatur quid simile, quod dr̃ publicæ honestatis iustitia. Tertium, quod secundũ canones ẽt ex coitu fornicario con-
2 trahitur affinitas, † cum dicatur ex carnali copula proueniens, vt patet

expresse

expresse 30.q.4.c si quis ex coniugio 32.q.4. c.in eo.c discretioné, de eo, qui cogn.consang. vx.suæ,gl.in d.§. affines. Abbas ī c.in literis, extra de test.collectanea ad ius canonū ad dictū tex.q̄ est,nu.35. Quāuis sit dña inter affinitaté cōtractā ex licitis nuptiis: quia illa extéditur vsq; ad quartū gradū inclusiue, licet olim vltra extendebatur, ut est tex.in c.nō debet,extra de consang. & affi. ex quo textu illud inter cętera notant Doctores, ꝙ non est reprehensibile iudicandū,si secundū varietatem tem
3 porum † statuta varientur humana, maxime cū urgés necessitas,vel euidens vtilitas hoc exposcat: nā qñq; quod prouisum est ad remedium,tēdit ad noxam,dicit tex.in c. statutū, in prin.extra de rescript.& cum tpe uariantur mores,& hoīum voluntates extrinseca causa accedente: vnde priuilegiū tollitur per cap. suggestū, extra de decim. & l.ex facto, ff. de vulg.& pup.subst.similiter & voluntas testatoris,vt l.3. §.fi.ff.de adimen. leg. & similiter dispositiones inter viuos,iuxta notata in c.quemadmodū,extra de iur.iur. & snīa,ut in l.si fullo,ff.de cōd.sine causa.Igiť quod prius extendebatur de iure antiquo vsque ad septimum gradum, hodie est restrictum vsq; ad quartū gradū consanguinitatis, sed copula carnalis proueniens ex actu fornicario vsq; ad primum, & secundū gradū,vt hř per Conc.Trid.sess.24.c.4.
4 & sic vsq; ad filios † fratrum,& non vltra, & ideo cōtractū matrimoniū vltra secundū gradū non dirimitur, nec contrahendū impeditur, vt declarat Bulla Pontificis Pij V. edita anno 1566.Decemb.adeo,ꝙ in istis casib.non haberet locum ultra secū dum gradum pœna legis, si quis incesti, iuncta authen. ex complexu, C. de sec.nupt.cum nulla inter istos sit cōtracta affinitas, ita Borgninus Caualcanus in 2.p.dec.12.c.9. & af-
5 fines dñr socer, gener, † nurus, nouerca, vitricus, priuignus, & priuigna:ita est tex.in d.l.non facile, §.affines,& c.infames,§. Affinitatis 3.q. 7.l. auunculo,§.nouerca, ff.de cond. sine causa; quæ ut facilius intelligātur, huiusmodi exéplo possum⁹ uti. Petrus cū Berta matrimonium contraxit,& consūmauit,tale matrimoniū operabitur huiusmodi effectū, ut oēs consanguinei Bertæ sint affines ī eo gradu Petro,in quo sunt cōsanguinei ipsi Bertæ. & oēs consanguinei Petri sunt affines in eo gradu Bertæ, in quo sunt consanguinei ipsi Petro. At consanguinei vtriusq;
6 partis † inter seipsos nullā affinitaté habent, propter quā possit inter eos matrimoniū impediri: Vnde dubio ꝓcul si pr̄,& filius cū matre,& filia, si duo coniugati cū duob. cōiugatis cōtrahunt mr̄imoniū,tale matrimoniū tenet, cum inter cōsanguineos vxoris, & viri ex eorundé. s.viri, & vxoris coniugio nulla sit prorsus affinitas contracta:ita est tex.optimus in c.quod sup his,extra de consang. & aff quibus sic notatis,pro parte affirmatiua, ꝙ affinitas intelligatur,
7 donec duret matrimonium,† primo facit text. in l.cui eorū, ff de postul. vbi dicit text. affinitates non eas accipere debemus,quæ quondam fuerunt,sed præsentes:vnde Bar. ibi notat. Affinitates ītelligi,donec duret matrimoniū.& dicit, ꝙ hoc facit ad multa, q̄ continentur in statutis, ꝙ qōnes inter affines cōpromittūtur, sunt intelligendæ affinitate durante. Secundo facit gl.in l.sed hoc ita, in uerbo succurrédum, ff.de re iud. q̄ dicit vxore mortua, & ita ab una parte affinitatis uinculo absoluto, sicut amoris uinculū: ita & priuilegij decrescit beneficiū, & ita ex his uerbis patet, ꝙ soluto matrimonio affinitatis uinculū est solutū: unde per dictā glos.dixit Bal.in l.fi. C. de
8 verb.sig. ꝙ morte dissoluitur † affinitas,

nitas, & amor: unde licet quis pro vxore fratris viuentis non possit testificari, secus tamen esset si fuisset vidua: quia absoluta est affinitas. Ita etiam dixit Baldus in d. l. cui eorũ, §. affinitates. Nam quãdo loquimur de affinitate, intelligitur de affinitate præsenti, & hanc testatur commu nem Alexan. de Imola in l. non tantum, n. 7. ff. de re iud. & ibi glossa in verbo succurrendum. Et hoc cõtra Salycetum. immo Alex. hoc etiam extendit, si vxor seruauerit totum, sic Ias in l. sicut autem, n. 5. de sent. & re iud. eadem, quæ supra affirmat per glossam ibi in verbo succurrendum, & dissoluta affinitate per mortem vxoris priuilegia dissoluuntur. Et quod affinis sopita hæreditate nõ seruat amplius amorem, sic Bartol. in l. circa 20. col. C. qui accusare nõ poss. dixit, quod si fiat iniuria affini, soluta affinitate non competit amplius actio iniuriarum: quia finitus est amor: At pro contraria parte, ꝙ soluto matrimonio per mortem viri adhuc duret effect⁹ affinitatis quo ad impediẽdum matrimonium inter vxorem,

9 † & consanguineum viri mortui vsque ad quartum gradũ, in propriis terminis tenet Iason in d. l. sicut autem, num. 7. per tex. in §. affinitatis, de nuptiis, & c. nõ debet, extra de consangui. & aff. est etiam glossa singularis in d. §. affinitatis. optimus tex. vbi etiam Archidia. & Cardin. a Turrecr. in l. 1. vers. porro, 35. q. 10. vbi habetur per Archidiac. quod affinis non potest copulari cũ consanguineis prioris viri eo mortuo, & ita affinitas non deletur viro defuncto, & alia superstite. hanc etiam sententiam tenet glos. in l. 3. §. affinitatis, ff. de postu. vbi Bart. in 1. notabili dixit. Nota affinitates intel

10 ligi † donec duret matrimonium, quod est verum nisi quo ad impediẽdum matrimonium, quod procedit, siue liberi extiterint, siue non. Ita notabiliter dixit Bertachinus in 4. parte repertorij in verbo affinitas ẽt soluto matrimonio, tenet etiam Sotus in 4. sent. dist. 41. q. vnica, art. 1. col. 1. in principio, vbi explicando verba illa, in cap. contradicimus, & cap. hoc quoque 35. q. 3. relictã consanguineam suæ vxoris vsque ducat in matrimonium, dixit, Sensus est, quod nullus maritus mortua vxore sua ducat consanguineam suæ vxoris vsque ad quartum gradum. Hoc etiam patet 35. quæst. 10. cap. fraternitatis: nam si frater meus coniunctus est matrimonio, vel copula carnali cum Catherina, ipsa mihi est affinis, & etiam mortuo fratre semper mihi affinis erit, & ratio est: qa hæc affinitas insurgit ex illa præterita

11 coniunctione: † quia duo facti sunt una caro: sequitur ergo, quod cum illa actio semper maneat in facto, nũquam possit desinere esse vinculum ex hac cõiunctione causarũ: nam ad præteritum non est potentia: quare non potest, non factã fuisse talem vnionem; etiam si frater meus moriatur, sicque non potest fieri, ꝙ talis affinitas nõ sit causata, ita Caualcanus dec. 12. nu. 2. in secũda parte. Cum ergo primus affinitatis gradus sit priuignus, & nouerca,

12 † vt dixit Petrus de Paluda in 4. sententi dist. 41. ar. 1. q. 1. fit, vt mortuo socero priuignus nouercã in coniugem accipere non possit, cum ea loco sit matris, Couar. in 2. par. de spõsali. c. 6. §. 10. nu. 6. Hoc etiam affirmat Sotus in d. art. 1. in fi. vbi habetur, quod affinitatis vinculũ est perpetuum: quod si quis obiciat vxorẽ non esse affinem, sed causam affinita

13 tis, † notatur in l. non ideo minus, C. de heredum inst. l. affinitatis, C. commu. de succes. nam si essent vir, & vxor affines, nullum inter eos posset esse matrimoniũ. Rñdeo, ꝙ idem iudicatur de vxore, quæ est causa affinitatis, qđ de ipsis affinib. d. l. nõ ideo

minus, facit textus in l.cum alienã, C.de legat. Decius, in cap.quoniam Abbas, de offic. delegati. ad idem est tex. in cap. fraternitatis, §. porro 35. quæstio. 3. per quem textum dixit Steph. de Gaeta in repetit. in capit. ad limina, §.4. num. 14. 30. quæst. 1. quod si moritur persona mediante qua cõtrahitur affinitas, vtputa moritur maritus, & vxor, quod nihilominus remanet affinitas, quæ erat ad consanguineos eius, nec potest inter eos esse matrimonium, idem habetur in Summa Confessorum, libro 4. titulo 15. quæst. 3. Nicol. post Pisanell. idem Hostiens. in Sum. de affinit. §. vsque in fine. Vnde affinitas est perpetuum impedimentum
14 matrimonij, † adeo quod etiã mortua vxore vir nõ potest accipere aliquam de cõsanguinitate ipsius vxoris, vsque ad quartum gradum, & econuerso, dicto capit. fraternitatis, & d. capit. non debet. Vnde non obstant in contrarium adducta: quia loquuntur quoad alios effectus inter viuos: vnde soluitur affinitas post mortem viri quo ad compro-
15 missum, † & quo ad amoris vinculum, & quo ad testificandum: nam possunt affines testificari pro superstite altero mortuo: ita Bertachinus, qui supra. Ex quibus omnibus patet manifesta, & aperta responsio affinitatem non deleri soluto matrimonio: quia impedit illud cum consanguineis viri, & ita priuignũ non posse in vxorem accipere suam nouercam, eò magis, cũ inter has personas diuina lege sit prohibitum, vt late cumulat, glossa in capit. literas, de restitu. spol. secus tamen esset in secundo, vel tertio genere affini-
16 tatis, cum secũdum, † & tertium genus hodie sint reuocata: quare potest maritus filiæ meæ, quæ erat priuigna vxori meæ, mortua sua vxore, & socru, accipere in vxorem nouercã, cuius mea coniux erat priuigna. (v.g.) Petrus habet filiam nomine Ioãnam, tradidit eam nuptui Paulo, Deinde Petrus accipit in coniugem Bertã, mortuo Petro, & Ioãna potest Paulus accipere in coniugem Bertam. Nam Paulus cum Berta sunt affines in secundo genere affinitatis, ex eo, quòd per copulam, & non sanguinem sunt affines: quia si non contraxissent hoc secundum matrimonium Petrus, & Berta, nõ essent affines Paulus, & Berta. Similiter licet ego nõ possim accipere cõiugem cognatam meam in vxorem, hoc est sororem vxoris meæ, tamen frater meus poterit illã ducere: quia est in secũdo genere affinitatis: quia vxor est affinis fratri meo in primo genere affinitatis, tamen soror eius est in secundo genere, ut glossa declarat in capitulo non debet, extra de consanguin. & affin. Caualc. in d. decisio. 12.

SECVNDA DIFFICVLTAS.

An possit contrahi compaternitas inter nouercam superstitem, & priuignum.

SVMMARIVM.

1 *Cognatio spiritualis quid.*
2 *Baptismi, & confirmationis sacramentum ita inter se sunt coniuncta, vt nisi morte superueniente vnum ab altero nequeat separari.*
3 *Compaternitas quod vni per alium quæratur, qualiter intelligatur, & qua sit, nu. 7.*
4 *Compaternitas nõ extenditur ad eos, qui non sunt baptizati.*
5 *Hæreticus ligatur constitutionibus ecclesia.*
6 *Cognatio spiritualis an contrahatur, si christianus tenuerit filiam Iudæi in circumcisione.*
8 *Funiculus duplex difficilius rumpitur, quam simplex.*

9 *Monachis, & religiosis non licet baptizare.*

10 *Maritus, & uxor si scienter absque necessitate tenent filium ad baptismum, efficiuntur compatres.*

11 *Scandali removendi causa multa permittuntur, quæ alias non permitterentur.*

IRCA secundum hāc difficultatem, an possit affinis cum affine compaternitatem cōtrahere, hoc est priuignus cum nouerca ad finem tollendi omnem prauam, & sinistram opinionem, cum in eadem domo habitent, & inuicem conuersentur: Respondeo, præsupponendo hoc primum, quòd cognatio spiritualis est quædam proximitas, seu quoddam
1 vinculum contractum † per baptismum, & confirmationem, quod matrimonium cōtrahendum impedit, & dirimit contractum, tit. nostro c. 1. & in 6. ideo autem hæc cognatio spiritualis contrahitur: quia spiritualis cognatio in quantum potest, imitatur carnalem, sed carnalis oritur ex natiuitate: ita & spiritualis: etenim per baptismum quis dicitur renasci, vt habetur in euangelio. Nisi quis renatus fuerit ex aqua, & spiritu sancto, & habetur extra de bapt. c. non vt apponeres. post baptismū confirmatur ad pugnam mediante chrismatis sacramento, ca. 2. de consecr. dist. 5. Et hæc duo sacramenta
2 ita inter se coniuncta sunt, † vt nisi morte superueniente vnum ab altero non debeat separari, facit text. in c. 1. & c. de his. distinct. præalleg. ita Ioan. And. Phylantis in commentario ad institutiones imperiales titulo de nupt. in §. ergo. versi. cognatio spiritualis, & nos ante ipsum in 2. p. nostrarū decis. lib. 1. c. 5. n. 51. & seq. Igitur si quis suscipit filium alterius ex sacro fonte, efficitur compater parentibus infantis: & vxor mediante viro commater, vt dixit gl. in c. Martinus, vers. cum quo tit. nostro. adde 30. q. 3. per totum, & ibi Ioan. a Turrec. quod aūt diximus vni per alium quæri compaternitatem, intellige, quando compaternitas sequitur car
3 nalem copulam, † alias secus, si copula sequitur compaternitatem cū alio contractā: ita Anch. in d. c. Martinus. Secundo respōdeo necesse esse supponere hos ipsos esse baptizatos: nam compaternitas non extenditur ad eos, qui non sunt baptizati: Hinc fit, ꝙ si iudæus, vel paganus leuant de sacro fonte puerum, nulla inter iudæum, & paganum contrahitur cognatio spiritualis cum christiano: quia nihil ad constitutionē ecclesiæ de his, qui foris sunt, 2. q. 1. c. multi, De hoc notatur 30. q. 1. c. 1. Ioannes And. & Francus, in c. ex eo non debet, de reg. iur. in 6. quod de hæretico secus est: nā ipse Baptizās, & leuans efficitur pater spiritualis, cum propter hæresim non perdat sacramentū baptismi, de consec. dis. 4. c. ostenditur. & c. nullus: Ligatur. n, ipse constitutionibus ecclesiæ, cum
4 susceperit sacrum baptisma, † & sic spiritualem cognationem cōtrahit: ita Archid. & Gem. in c. 1. de cogn. spirit. in 6. Quare tenuit Ioan. And. quod licet cognatio spiritualis contracta per virum post matrimoniū contractum, vt dixit Zab. in d. cap. Martinus, extēdatur ad vxorem, & econtra, vt ibi. Illud tamen procedit in vxore, vel viro baptizato, secus vero si vir, vel vxor essent iudæi, vel pagani. An vero si maritus, vel vxor te
5 nuerint filium Iudæi † in circumcisione, contrahatur cognatio spiritualis. Ita ut postea iudæus nō possit contrahere cum illa matrimonium. Dic quod licet cognatio spiritualis non contrahatur, cum solum contrahatur per baptismum, & confirmationem, vt sup. n. 1. tamen ma

ui-

trimonium non teneret, nō propter cognationem, sed propter disparitatem cultus, 28.q.1.c.caue. Sed quid si filia iudæi fuerit effecta christiana, videtur matrimonium non tenere: quia non reuiuiscit quod nihil fuit, vide gloss. in c.peruenit, ver. ex lauacro 30.q.1. an vero contrahatur cōpaternitas inter iudæū & iudæā, vide Archid. in d.ca.1.30.q.1. igitur præsupposito hoc, quod ambo affines sint baptizati, crederem per eos posse cōtrahi compaternitatem, quę quidem compaternitas nihil aliud
6 est † quam quoddam vinculum surgens ex eo, quod aliquis aliquem baptizat, vel confirmat. vel de baptismo, & confirmatione suscipit, vt dixit Zabar. titu. nostro in rubr. nu.4. & ratio est: quia dicta compaternitas operatur, vt id, quod erat ligatū vno ligamine affinitatis, sit ligatum & altero, & quod sit duplex impedimentum ad contrahendum matrimonium, alterum propter affinitatem, & alterum propter cognationem spiritualem, quæ ambo impediunt, & dirimunt matrimonium, de cogn. spir. c.1.3. & fin. cap.1. eod. tit. in 6. vnde difficilius rumpitur du
7 plex funiculus, quam simplex, ca.1. de treug. & pace, cum sit fortior, C. commu. de success. in authen. itaq;, ff. de liber. leg. l.3. in fi. Hinc fit, quod aliquis non potest accipere in coniugem eam, quæ est sibi facta commater, vt post Archid. dixit Turre. in cap.1.30. quæstio.4. secundo, cum inueniam prohibitum tantum mo-
8 nachis, & religiosis baptizare, † & pueros de sacro fonte baptismatis suscipere, & commatres habere, 16. quæst.1. cap. placuit in communi, & cap. ex auctoritate, & de consecrat. distinct.4. cap. non licet, & cap. seq. item non baptizatis, item patri, & matri baptizandi: ergo aliis est concessum, argumen. text. in c. illud 30. q.3. vbi quod non inuenitur prohibitum, intelligitur concessum, facit tex. in cap.15. quis, §.1. de senten. excommun. in 6. Tertio, quia per copulam carnalem maritus, & vxor efficiuntur una caro, & sanguis vnius attingit sanguinem alterius, & ta-
9 men si uir, & vxor scienter † absquē necessitate tenent proprium filium ad baptismum, efficiuntur compatres, Francus in cap.2. titu. nostro in sexto. Stephanus de Gaeta in repet. dicti capit. ad limina, §.4. num.239. quæst.131. ergo multo magis compaternitas contrahitur per ipsos cōsanguineos, qui efficiuntur alteri affines, ut dixit Sotus in 4. sentent. di-
10 stinct. 40. quæst. vnica, artic.1. Tum, etiam, quia hoc fit ad remouendum
11 scandalum, † & multa hac ratione permittuntur, quę alius non permitterentur, ut dixit Felinus in cap. nihil, extra de præscript. igitur ex his concludamus posse affinem cum affine compaternitatem contrahere. Et hæc salua, &c.

D. Iacobus de Graffijs a Capua.

DE COGNATIONE SPIRITVALI.

SVMMARIVM.

1 *Cognatio spiritualis largo modo vocatur compaternitas, & vnde sic dicatur.*
2 *Cognationis spiritualis materia qualiter est restricta per Concilium Tridentinum.*
3 *Cognationis spiritualis qualis sit effectus.*
4 *Compaternitas an extendatur de vno ad alium, vide nu. seq.*
6 *Compater an possit accipere in vxorē filiam commatris*
7 *Et an filiam spiritualem filia carnalis.*

spiritualem, non efficitur commater cum compatre Petri, quod etiam extenditur, (& ita est casus noster) ad compaternitatem, quæ sequitur matrimonium, quod non dum erat per carnalem copulam consummatum, ita gloss. singularis in summa in verbo Relictam. 30. quæst. 4. ubi dicit, quod si compaternitas, vel commaternitas præcedit carnalem copulã,
5 † licite quis potest contrahere cum compatre mariti sui, qui suscepit filium de sacro fonte post cõtractum matrimonium, non tamen carnali copula cõsummatũ, & ratio est: quia per unionem carnis sequentem, quæ fit per carnalem copulam, iuxta illud: Erunt duo in carne una, cap. 1. 30. quęst. 4. non fit transitus ad unionem spiritus præcedentem: At si cõpaternitas sequitur carnalem copulam, tunc contracta per uirum extenditur ad eius vxorem, d. cap. primo, ita tenet Turrecrem. in d. cap. primo, & ca. post vxoris. facit etiam textus expressus in ca. primo, eodem titul. in 6. ibi. Et vxorem ante susceptionem carnaliter cognitam ab eodem. ubi glossa in verbo cognitam dicit, secus si post sit vxor, vel si prius erat vxor, post, & non primo carnaliter sit cognita, & ponit rationem: quia per vnionem carnis sequentem non potest transire in vnionem Spiritus præcedentem, ita firmat Henricus in capitulo Martinus, numero septimo titulo nostro. Ioan. a Capistrano super quinto Decret. de pœniten. & remissio. numero 78. ubi dicit. Vnde si tua vxor tenuit filium alterius, antequam commiscereris cum ea, poteris habere illam commatrem vxoris tuæ in coniugem: quia talis commaternitas non extenditur, sic nec extenditur ad filiã commatris, vel compatris: quare se-
6 quitur quod compater possit † accipere in vxorem filiam compatris, uel commatris suæ, textus est in capitulo illud. 30. quæst. tertia. & glos. Io. And in c. ne dum, tit. nostro in 6. Ad quod 30. q. 1. c. si quis uero. & ibi gl. & ita pater spiritualis potest copulari sorori filiæ spiritualis, & pariter cum filia filiæ spiritualis: quia talis cognatio non extenditur, ita Ioan. a Capistr. ubi supra numero 76. vbi ẽt dicit, quod pater potest sumere filiam spiritualem filiæ carnalis. † e-
7 tenim quamuis cognatio spiritualis descendat de patre ad filium, non tamen de filio ad patrem. An uero extendatur compaternitas, quæ contrahitur in confirmatione ad matrem filiæ spiritualis, Respondeo, quod sic: nam idẽ iudicium est de baptismo, quod de confirmatione. Vnde sicut compaternitas extẽditur de uno ad alium in baptismo: quia cognatio spiritualis contrahitur inter baptizatum illius patrem, & matrem, idem etiam dicendum est de cognatione spirituali, quæ contrahit' ex confirmatione, ut habetur per Concilium Tridentinum sessio. 24. capitulo secundo, modo fuerit ante confirmationem ab eo carnaliter cognita, Petr. de Paluda de matrimonio, capitulo decimo octauo. Et hæc salua &c.

D. Iacob. de Graffijs à Cap.

DE CONSANGVINITATE, & Affinitate.

Consilium I.

Interrogatus: An in coniugem quis ducere possit eam: quam pater suus fornicarie semel cognouerat, ipsomet patre id reuelante legitimarum monitionum tempore, quæ iuxta ecclesiæ præscriptum aguntur: Quod si illam ducere non possit, An sit ei consulendum, ut obtineat dispensationem.

Hoc

Hoc Consilium undecim difficultatibus absoluetur.

I. Ex verbo semel. An inter patrem, & fornicarie cognitam sit contracta affinitas, ita vt filius eius cum dicta fornicaria non possit contrahere.

II. Ex verbo ipsomet patre. An credendum sit patri dicenti, & reuelanti se carnaliter illam cognouisse ad impediendum matrimonium.

III. Quid si filius carnaliter cognouerit, & ingrauidauerit, atq; desponsauerit eam, quam scit pater carnaliter cognouisse, an inciderit in aliquam censuram.

IIII. Ad quem spectet dispensare, quādo adest aliquod impedimentum occultum matrimonij.

V. Ex uerbo legitimarum monitionum. An monitiones ad finem contrahendi matrimonium necessario requirantur, uel possint remitti.

VI. An super dictam Affinitatem prouenientem ex copula fornicaria in primo gradu cadere possit dispensatio.

VII. Quæ causæ sint legitimæ, vt possit dispensatio obtineri.

VIII. Quid si is, cui commissa est potestas dispensandi non inueniat factum vere narratum.

IX. Quid si dispensatio ita diceret (prolem exinde suscipiens legitimam pronunciando) An partus ille conceptus ante matrimoniū, sed in lucem editus post, sit legitimus.

X. Quid operantur verba illa, quæ apponi solent in literis sacræ pœnitentiariæ. In foro conscientiæ tantum.

XI. Quid si contracto, & consumato matrimonio iuridice teneatur pater dicere coniugatis versantibus in iusta ignorantia impedimentum matrimonij vel episcopo.

PRIMA DIFFICVLTAS.

SVMMARIVM:

1 *Affinitas quæ dicatur.*

2 *Affinitas contrahitur per copulam carnalem licitam, uel illicitam.*

3 *Affinitas non contrahitur per effractionem uasis absque effusione seminis.*

4 *Affinitas fornicaria hodie vsque ad secundum gradum extenditur. & in 6. difficultate. nu. 1.*

5 *Affinitas ut contrahatur, sufficit semel copula carnalis.*

CIRCA præsentem difficultatem Redemptoris omnium nomine inuocato, & Gloriosissimæ Virginis matris implorato suffragio, antequam deueniam ad decisionem, sunt aliqua præmittenda, & primum, quod affinitas est personarum pro-
1 pinquitas † ex carnali copula prouenions omni carens parentela. Hæc est enim vulgata definitio iuxta Sotum in quarta sent. distin. 41. quæst. unica articulo primo, quæ tali potest ilustrari exemplo. (verb. grat.) Petrus matrimonium contraxit cum Berta, vel illam illicitè cognouit, tunc ex tali matrimonio, uel copula illicita, Petrus cū cōsanguineis Bertæ affinitatem contraxit, etiam si alij consanguinei non essent, & econtra ex parte fœminę: nam consanguinei illius efficiuntur affines uiro in eodem gradu, in quo erant consanguinei fœminæ, ita quod si erant illi consanguinei in secundo gradu, in eodem sunt affines uiro, hoc est Petro, sed tamen consanguinei vxoris, & consanguinei viri non sunt affines

nes ad inuicem in aliquo gradu, ut patet tit. nostro cap. quod super his. sic duo fratres ducunt duas vxores, & ita de reliquis. Secundo ut ex descriptione supra relata colligitur Affinitas efficitur per copulam carna-
2 lem licitam † uel illicitam naturalē tamen, ita definitur in cap. extraordinaria 35. q. 9. Hinc multa inferuntur, & primo quod ante consummationem matrimonij per seminis effusionem factam a uiro: nam illa sola sufficit iuxta ueram opinionem: quā sequitur Feder. de Senis consil. 301. quod incipit Magister, & Abbas in cap. fraternitati, de eo, qui cogno. cōsan. vxo. suæ. Aufrer. ad Cappellam Tholos. decis. 96. nume. 4. contrahitur affinitas. Secundo fit, quod cum requiratur copula naturalis, quod per nefariam copulam contra naturam cum muliere, vel seminatione extra uas, non contrahatur, d. cap. extraordinaria: vnde si vir non fregit claustra vxoris, licet sæpius pollutio extraordinaria fuerit reiterata, non contrahitur. Et idem si fregit claustra pudoris, sed non emisit semen, modo de hoc constare possit: quia in dubio tutior uia est eligenda, glossa cum suis concordantijs in cap. unico, extra de scrut. in ordi. faci. Vnde circa hoc aliud iudicandum est in foro exteriori, & aliud in foro interiori, vt dixit, Ancha. in d. cap. fraternitati in fine: Nam in foro exteriori difficillimum est hoc probari, an emiserit semen, nec ne Anchar. in cap. adolescens, nu. 8. eod. tit. sed in foro interiori, & conscientiæ standum est assertioni viri, quod notat Abbas in cap. is qui venit extra de sponsa. Tertio sciendum est, quod licet olim ante Concilium Tridentinum affinitas fornicaria contrahebatur usque ad quartum gradum per tex. in cap. nō debet, extr. de consan. & affin. modo autem illa non contrahitur præcedens, & dirimens matrimonium, nisi usq; ad secundum gradum tātum
4 † ita habetur in Conc. Trid. sess. 24. c. 4. Hinc si Titius fornicarie cognouit Bertam, solum cum sorore Bertę contrahere prohibetur: At si maritus per copulam carnalem cognouerit vxorem impedit matrimonium vsq; ad quartum gradum, ita ut mortua vxore non possit uir cum consanguinea illius contrahere usque ad quartum gradum, d. cap. non debet. Quibus sic præmissis ad dubium, An inter patrem, & fornicarie cognitam sit contracta affinitas, ita quod filius eius cum dicta fornicaria contrahere non possit. Respondeo affirmatiue: nam ad contrahendam affinitatem prouenientem ex copula illicita sufficit semel mulierem naturali-
5 ter fuisse cognitam, † ita probatur per textum in d. c. extraordinaria. versic. sæpius: Quare cum sit contracta affinitas ex dicto coitu fornicario fit, quod si pater carnaliter cognouerit filius suus eam in coniungem accipere nō possit, ita a simili dixit Anchar. in cap. literas nu. 5. de despons. impub. quod carnalis copula cū matre rumpit sponsalia cum eius filio infante contracta, & hoc operatur affinitas, quæ quandoque contrahitur ex fornicario coitu illicito, ut in cap. literas, cap. discretionem titul. nostro.

SECVNDA DIFFICVLTAS.

An credendum sit patri dicenti se carnaliter cognouisse illam ad effectum impediendi matrimoniū.

SVMMARIVM.

1 *Denunciare impedimenta in matrimonio quilibet tenetur.*

2 *Denuncians impedimentum falsum grauiter ab ordinario est puniendus.*

3 *Vox unius uox nullius, ubi agitur de crimi-*

etiam si sit socius criminis, & detegat turpitudinem suam, quamuis eius nomen ob timorem, uel aliam causam parti non edatur, quod fieri potest, & si pars non sit citata ad uidendum iuramenta testium. vbi notandum, quod talis testis deferens
6 impedimentum matrimonij,† est recipiendus cum iuramento, ut dixit Dominus Abbas in capitulo super eo secundo de testibus in ultim. notab. vnde per hoc infert ibi Abbas, quod ubicunque agitur de impediendo peccatum,& nec principaliter diminuitur ius alterius, vnus testis plenè probat, idem Romanus singul.616 Iason.in repetit.l.admonendi, nume. 197. ff. de iureiu.id.n. permissum est: quia agitur de peccato uitando, quod imminet committendum: vnde cum soli testimonio in hoc sit danda fides, tenetur illud iudici denunciare, etiam si illud impedimentum ex crimine occulto cõtrahere uolentis oriatur, si is admonitus nolit a contractu abstinere: quia agitur de peccato vitando, ut notat Nauarrus in capitulo sacerdotes, numero 27. de pœniten. dist. 6. Couar. de sponsal. 2. parte, capitulo sexto, numero 11. §. decimo. Quo circa non obstant in contrarium adducta, & primo: quia uox vnius
7 vox nullius, ubi agitur de crimine: quia respondetur illud intelligi, quãdo non esset iuratus: nam iurato licet non credatur quo ad efficacem probationem, tamen creditur in his quæ generãt præiudicium quo ad præsumptionem, glo.in d.c.nuper, item dicta regula fallit in multis casibus, qui sunt xxx. notatis per Speculatorem de teste in §. restat, & inter alios enumerat istum, quando agitur de matrimonio contrahendo, quando alteri sit præiudicium. ita Dom. Antonius de Butrio in dicto capitulo ueniens, numero octauo, & capitulo super eo. numero quinto, ubi solo testimonio matris super consanguinitate impeditur matrimonium: sic nec secundo obstat, quod allegãs turpitudinem suam non est audiendus: nam respondeo dictam regulã non procedere in præfato capitulo præterea 2. in dicto etiam criminosi dicentis de facto suo: quia creditur quo ad impediẽdum matrimonium, cum agatur de modico præiudicio, quod alias impeditur contrahendũ, & ut tutior pars eligatur, capitulo iuuenis, extra de sponsalib. Igitur erit speciale ad euitandum periculum animæ, facit glossa in d.cap. extraordinaria, notatur in cap. inter dilectos, de donat. præterea non obstat tex. in capitulo super eo: quia ibi agitur de matrimonio contracto, quod est dis-
8 soluendum ad dictum matris, & ita agitur de graui præiudicio, non tamen de matrimonio contrahendo, ut ibi: quia tunc non solum dictum unius impedit, sed etiam sola fama, quod est aliud impedimẽtum, & est communis, ut testatur Præpositus, in dicto capitulo præterea secundo. & Couarr. ubi supra, Abbas in dicto capitulo super eo, numero quarto, siue sit impedimentum affinitatis, ut loquitur textus in dicto capitulo, super eo. siue sit quodlibet aliud impedimentum: quia ubi est eadem ratio, eadem debet esse iuris dispositio, capitulo cum dilecta, de confirmat. uti. vel inut. & ibi Abbas. numer. 4. consulo tamen iudici, (ut Hostiensis uerbis utar) in d. cap. præterea, nu. 3. quod consideret qualitatem
9 personæ testificantis, vtrum sibi displiceat matrimonium, vel non: vtrum sit vilis persona, vel infamis, & quæ consueuit palam deierare, vel homo bonæ vel integræ opinionis, & alias circumstantias, quæ in talibus occurrere possunt, & secundum has, vel alias prohibeat, vel cõcedat matrimonium, arg. tex. in c. cũ in tua, extra de spõs.

&

& in præsenti casu si mulier neget se esse carnaliter cognitam, sed dicat se uirginem, faciat illam diligenter inspici per matronas honestas, & tangere eam manu, 27. q. 1. c. nec aliqua, de probat. cap. causam matrimonij, de frigid. cap. fraternitati, & ca. tuæ.

TERTIA DIFFICULTAS.

Quid si filius carnaliter cognouerit, & ingrauidauerit, atque desponsauerit eam, quam scit patrem carnaliter cognouisse, an inciderit in aliquam censuram.

SUMMARIUM.

1 *Matrimonium est diuersum a sponsalibus.*

2 *Delictum debet esse consummatum, ut pœna ipso iure infligatur.*

CIRCA hanc difficultatem respondeo, quod licet glossa in clement. eos, de consangui. & affinit. arguat, quod incurrat pęnam excommunicationis, per tex. in l. oratio ff. de sponsal. vbi prohibitio nuptiarum includit spósalia, Ad idem de eo, qui duxit in matrimonium quam poll. per adult. cap. cum haberet, vbi æquiparantur sponsalia, & matrimonium, contrarium tamē tenet glossa, & Doctores in d. clem. quia negari non potest matrimoniū
1 esse diuersum à sponsalibus: † nā per sponsalia matrimonium initiatur: pœna ergo imposita propter delictū consummatū non debet extendi ad delictum initiatum, ad quod vide notata in l. si quis non dicam rapere, C. de episc. & cler. & quod pœna dictæ clementinæ per sola sponsalia contracta non debet extendi, allego quod notat Ioan. Andreas in regula in pœnis, de reg. iur. in 6. vbi dicit, quod ad commissionem pœnæ, quæ infligitur ipso iure per legem, debet
2 delictum esse consummatū, † & non initiatum, per text. in cap. perpetuæ, de elect. in 6. sed pœna excommunicationis apposita in d. clem. eos, est huiusmodi: ergo. ad contraria uero responde ut per glo. in d. clem. eos, in uerbo contrahere.

QUARTA DIFFICULTAS:

Ad quem spectet dispensare, quando adest aliquod impedimentum occultum, ob quod non possit contrahi matrimonium.

SUMMARIUM:

1 *Episcopus, nec legatus a latere dispensare possunt in prohibitione cap. non debet, tit. nostro, sed tantum Papa. fallit in impedimento occulto, modo quatuor concurrant. nu. seq.*

CIRCA hanc quæstionem respondeo nullum pręter Romanum Pontificem,
1 † dispensationem concedere posse cōtra iura humana, etiam si episcopus sit. est. n. prædicta prohibitio in generali concilio facta: ergo non potest ei episcopus dispensatione propria derogare, ut notant omnes scribentes in cap. at si clerici, §. fin. extra de iudic. & præcipuè Henrichus Boich. glossa in cap. dilectus 1. extra de præben. verbo cum se facultas. Panormit. in cap. proposuit. 1. notab. vltim. extra de concess. præb. & ratio est: quia eius est dispensare in iure, qui est supra ius: sed iste est summus Pontifex, ergo. Hinc nec legatus a latere in hoc dispensat, glossa in cap. quia circa, de consangu. & affinit. in cap. quod olim dilecto, eodem tit. quam ibi Do. Abbas, & Doctores approbant ita Innocent. tenēt ut refert Anchar. in cap. fina. extra de transact. in casu tamen uno episcopus in impedimento irritante circa

ea matrimonium dispensare posset: si modo hæc quatuor concurrant.
2 † primo ut intercesserit copula, & cõtraxerint in facie ecclesiæ, item impedimentum sit occultum, nec periculum sit, quod propter illud aliquando detectum in iudicio accusetur matrimonium, & occulta dispensatione iam ualidum cũ maiori scandalo dissoluatur in foro exteriori. sic enim per Conc. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 6. conceditur episcopis dispensare, & absoluere in casibus sedi Apostolicæ reseruatis, si modo occulti sint, & nec deducti ad forum contentiosum. Hodie tamen nõ possunt absoluere a prædictis casibus, nisi tanquam principales in officio sanctæ religionis in sua diœcesi, ut habetur in nostris decis. in 1. part. lib. 1. c. 13. num. 30. de potestate confess. item ut scandolossa esset separatio. etenim tunc videtur ex tacita commissione Papæ posse dispensare; ut prouideat scandalis, & conscientijs subditorum in occulto foro conscientiæ. Item ut non sit facilis recursus ad Papam propter paupertatem, vel aliam causam, facit tex. in c. quamuis, extra de sent. excommu. ubi absoluendus a summo Põtifice ob percussionem clerici iuxta textum in capitu. si quis suadente 17. quæst. 4. in multis casibus, & ob inopiam ab alio absoluitur. stantibus enim his posset fieri dispensatio etiam in gradibus prohibitis, & alio uerisimili impedimento a legato a latere, uel episcopo cum subditis suis, ita Sylu. Tabien. Armilla, Nauarr. quos refert Franciscus Toletus in libr. 7. de instruct. sacerdotum, cap. 17. §. dico 3. Vicarius tamen generalis episcopi id non potest, nisi in actu particulari sibi episcopus expresse committat, facit textus in cap. fin. extra de offic. ordin. An uero Vicarius generalis episcopi possit cognoscere causam specialiter episcopo delegatam ex subdelegatione episcopi, uidendus est Iacobus Sbrozius lib. secundo de Vicar. episc. quæst. 34. & 36. numero tertio.

QVINTA DIFFICVLTAS.

An monitiones ad finem contrahendi Matrimonium necessario requirantur, uel possent remitti.

SVMMARIVM.

1 *Edicta ut in matrimonio carnali, ita & in spirituali requiruntur.*
2 *Denunciatio trina fieri debet, antequã matrimonium contrahatur.*
3 *Episcopus facere non potest, ut denunciationes fiant diebus ferialibus.*
4 *Denunciationes remitti possunt per uicarium generalem episcopi, numer. sequen.*

CIRCA hanc difficultatem, dico primo, quod sicut in matrimonio
1 spirituali debent † poni edicta si quis uelit se opponere electioni, cap. fin. de electio. in 6. ita & in carnali matrimonio fieri debent bannimenta per edicta: ut in cap. cum in tua, extra de sponsal. quæ quidem mihi uidentur esse monitiones faciendę in ecclesia, iuxta textum in cap. cum inhibitio. de clandest. desponsat. & habetur in Concil. Tridentino sess. 24. cap. primo: nam antequam matrimonium contrahatur, debet fieri trina denun-
2 ciatio a proprio parocho † contrahentium tribus continuis diebus festiuis in ecclesia inter missarum solennia, ut omnes impedimenta si quæ sunt, etiam occulta, reuelent, ut habetur per dictũ conciliũ, & notãdum, quod cum Concilium Tridentinum inhærendo sacri Concilij Lateranensis sub Innocentio iij. uesti-

gijs

gijs præceperit, ut tribus diebus festiuis fiant monitiones, infertur, quod cum episcopus dispensare non possit contra canones, ca. cum inferior, distinct. 21. cap. quod super his, extr. de maior. & obed. fit, quod commutare nequeat ut denunciationes fiãt
3 diebus ferialibus, † & ita declarauit sacra congregatio: quamuis reliquerit episcopi prudentiæ, & iudicio, si sint dimittendę denunciationes, quę quidem uerba illius prudentiæ, & iudicio, significant regulatum iudiciũ, & arbitrium, ut non pro suo libito, sed tunc demum illas omittat, cum adsit iusta causa illas dimittendi: quare cum nulla subsit causa, quæ iuri, rationi, & æquitati inhæret, non uideo arbitrium datum habere locũ. Ita peritissimus Menoch. consil. 69. numero 63. & 67. si quis tamen uelit uidere causas, ex quibus denũciationes omitti possunt, eum remitto ad primam partem nostrarum decisio. libro secundo, capitulo 86. ubi etiam numero nono diximus id, quod sub dubio reliquit Menochius ubi supra posse illas etiam remitti
4 per † Vicarium episcopi generalem ex causa, & ita uidemus quotidie per Vicarios Episcoporum obseruari, & ratio est: quia sacrum Concilium in d. capitulo 1. sess. 24. remittit iudicio, & prudentiæ ordinarij prædictas denunciationes, & ideo cum vicarius
5 episcopi sit ordinarius † secundum ueram, & communem Doctorum sententiam non tantum uidetur elegisse personæ episcopi industriam, sed etiam sui uicarij, qui tanquam ordinarius uidetur in dicto decreto comprehensus, tum etiam: quia licet loqueretur de episcopo, non tamen exclusus uidetur eius uicarius: quia & ipse sub episcopi mentione continetur, secundum Archid. in capitulo Reatina, distin. 63. Felinus in capitulo si quis contra, numero tertio, uersiculo sed caue, extra de foro cõpet. Tum, etiam: quia quando sacrã Tridentina Synodus vult excludere ab aliqua facultate, quæ episcopo uidebitur, uicarium, per hæc uerba loquitur, eis tantum, non eorum uicarijs sit permissum. ita habetur sess. 24. capitulo sexto, & ita expresse illum excludit, quod non est in casu nostro, & ita ualere adhuc matrimonium ex facto remissis ex causa denunciationibus comprobat Caualcan. decis. 29. nume. decimo octauo dicens ita iudicasse Papiæ, uti vicarius generalis episcopi anno 1579. & quod eius sententia confirmata fuit, sic etiam contra Menochium tenet Throzzius libro secundo, quæstio. 43. numero vigesimooctauo & vigesimonono.

Sexta Difficultas.

An super dictam affinitatem contractam ex copula fornicaria in primo gradu cadat dispensatio.

SVMMARIVM.

1 *Affinitas ex copula fornicaria usque ad secundum gradum impedit, & dirimit matrimonium.*

2 *Dispensatio an cadat in affinitate fornicaria in primo gradu transuersalis lineæ, & quid in transuersali in primo gradu prouenienti ex copula maritali. num. seq. & 4.*

CIRCA præsentem difficultatem respondeo præmittendo hoc primum, quod licet olim ante Concilium Tridentinum affinitas per copulam illicitam usq; ad quartum gradum extendebatur, vt est tex. in capitulo non debet, extra de consanguin. & affinit. modo autem non contrahitur affinitas pręcedens, & dirimens matrimonium, nisi, vsque ad secundum gradum tantum,

rum, definita est expresse in Concil. Trident. sess. 24. capit. 4. Hinc si Titius per fornicationẽ cognouit Bertam, solum cum sorore Bertæ contrahere prohibetur, quod est intelligendum de affinitate matrimoniũ præcedente: nam si sequatur post matrimonium, etiam si cognouerit, debitum exigere non poterit ante dispensationem episcopi, vt late dicemus in eodem libro infra de eo, qui cogno. consan. vxor suæ, conf. 1. sed modo, an in affinitate hac fornicaria cadat dispensatio circa primũ
2 gradum † in linea transuersali, vidẽdus est Archiepiscopus Florentinus 3. par. tit. 1. cap. 11. quem refert Syluester in verbo Papa quæst. 17. Sotus in 4. senten. distin. 41. quæst. unica, art. 3. col. 5. & Ioseph. Angles de impedimento affinitatis, versic. vxorem fratris propter. Dicentes Martinum quintum Theologorum consilio dispensasse cum quodam, vt cõtraheret cum illa, cuius germanam fornicariè occultè tamen cognouerat. Immo Sotus, qui supra uersicu. tandem, dixit ecclesiam dispensasse
3 † etiam super primum gradum in linea transuersali prouenientem, & copula carnali licita, vt multorum Pontificum exemplis constet: Nam Alexander vj. cum quodam Rege Lusitaniæ dispensauit, vt vxorẽ fratris sui mortui duceret. Et Iulius ij. cum Henrico Rege Angliæ, ut duceret in vxorem Catherinam, quæ fratris sui vxor fuerat. Et Innocentius iij. in c. vltimo, extra de diuort. vt relatum est, cum quodam Lugunienſi dispẽsauit, vt vxorem fratris duceret, licet deinceps prohibuerit, ne fieret in futurum sic de affinitate proueniente ex copula fornicaria Franciscus Victoria de sacramento matrimonij, nu. 286. facit differentiam cum ea, quæ contrahitur ex copula maritali: nam hæc contrahitur
4 ex natura rei, sed † fornicariã credit contrahi propter ius humanum, & ita cadere dispensationem. Sic Speculum coniugale in prima parte, artic. 47. dicit, quod gradus per copulam illicitam causatos possumus dicere esse solum de iure positiuo mere, & Romanum Pontificem posse dispensare in illis ad libitum, Hæc ille, immo in 2. parte, artic. 27. versic. & hæc confirmatur, dicit nõ solum posse Papam dispẽsare in primo impedimento affinitatis fornicariæ, sed etiam Leonem x. commisisse Fratribus S. Augustini, vt dixit Riffen. in libello Regis Angliæ, in prin.

SEPTIMA DIFFICVLTAS, & octaua.

Quæ causæ sint legitimæ ex quibus solet Sedes Apostolica dispensare super matrimonio non legitime contracto.

Quid si is, cui commissa est dispẽsatio, non inueniat factum vere narratum.

SVMMARIVM.

1 *Causæ legitimæ ex quibus solet Sedes Apostolica dispensare quæ sint. cum duobus seq. & nu. 7.*
4 *Dispensatio licet sit odiosa, potestas tamen dispensandi est fauorabilis.*
5 *Dictio si ita est, conditionem designat, q̃ est adimplenda in forma specifica.*
6 *Dispẽsatio quando latè sit ĩterpretãda.*

CIRCA pręsentẽ difficultatẽ, quæ numero est septima, q̃ sint causæ legitimæ, ex quib. soleat Sedes Apostolica dispẽsare super matrimonio nõ legitimè
1 cõtracto. Dic q̃ sunt multæ † & prima est pp scandalũ vitandũ, si matrimonium non cõtraheretur, vel si matrimonium, quod de facto est cõtractum, dissolueretur, Ludouicus Gozadin. consilio 307. per textum in c.

in c.quia circa tit.nostro. Felinus in c.2. extra de præscript. num.2. facit textus in c.2.extra de temp.ord. vbi Hostien.nu.2.cap.nisi cum pridem, §.pro graui quoque scandalo, de renunc.hinc Panorm.in d.cap.quo circa,nu.2. dicit, quod hodie quotidie Papa dispensat inter cōsanguineos propter bonum pacis futurum, vel scādalum euitandum, propter quod recedendum est a dispositione iuris positiui, c.2.de noui oper. nunc.secunda causa est proles suscepta ex
2 consanguinea,† d.c.quia circa:nam fauore filiorum in tali matrimonio de facto contracto dispēsatur, quod intellige, quando bona fide proles suscepta fuerit, alioquin si scienter contraxerint, & in mala fide prolē susceperint, & stant contumaciter in peccato, & in scandalum totius ecclesiæ, quæ nouit delictum notorium, tunc magis accusat, cap.cum haberet,extra de eo,qui duxit in matrimon.quam polluc.per adult. immo si ante impetrationem dispensationis matrimonium fuerit contractum scienter,vt dispensatio teneat, necesse est hoc ipsum in dispensatione exprimere,ita Couarru. de sponsali. par.2.c.6.§.10.n.13. item quod
3 impedimentum sit occultum,† & dicitur occultum non solum illud, quod est omnino occultum,scilicet quod per duos testes probari non potest, sed etiam illud, quod est penè occultum, hoc est quod scitur a paucis testibus, nempe tribus, quatuor,vel quinq; non tamen sex,iuxta glossam in cap.manifesta 2. quæstione 1. Anton. de Butrio,in cap.vestra,de cohab.cler.& mulie. Afflict. decis.205.textus iuncta glossa in capit.quis aliquando,§.hæc ergo,de pœnit.dist.1. Et non obstat, quod cum dispensatio sit odiosa,ideo est strictè intelligenda,cap.1.de filiis presbyt. in 6. Vnde videtur debere intelligi de impedimento uerè occulto, & non de penè occulto: nam respondeo, quod licet dispensatio sit odiosa,tamen potestas dispensandi est fauorabilis,& latè interpretanda,Geminianus in capit. nos consuetudinem,distinctio.12.Anton. de Butr. Abb. & Felinus,in capit.postulasti, extra de rescrip.extra de iudic.in ca. at si clerici, §.de adulterijs, vbi Decius Bartol. Socinus,cons.95. vol.4. glossa singul.in clem.1.de offi.vicar. Felinus cons.6.numero 7. & notandum, quod in principe præsumitur causa,quando essemus in dubio: an dispensauerit cum causa, ita Abbas in capit.quanto,extra de iure iuran. & quando delegatur a Sede Apostolica solent in dispensatione apponi hæc uerba.si ita est,quæ dictio si, cōditionem designat,l.1.ubi Bar.ff.de
4 cond.& demonst.cum etiam conditio formam inducat, Baldus in authen.matri,& auiæ, C. quando mulier tute.offic.fungi deb. Ruinus cōsil.199.num.1.lib.1.Gozad.cons.73. nu.13.Tiraqu.de retractu conuent. §.2.glossa 1 nu.3.item per hanc conditionem si ita est,ostenditur, quod in dispensatione requiritur causæ cognitio,quemadmodum scribūt omnes in cap.1. & cap.non est,extra de uoto. Abbas in capit.significasti,extra de uoto. Ruinus cons 109. lib 3. Marsilius singu.328. Multi sunt, & Rebuffus in praxi beneficiorum in tit.de dispensatione ad plura beneficia,num.52.& seq.& ita respondit Lud.Goz.cons.2.nu.17. Quare debet is,cui dispensatio commissa est, adhibere diligentiam,& perquirere si factum ita est, prout est narratū: quod si forsitan non inuenitur vere narratum, tunc non debet fieri dispensatio:nam non sunt fines mandati transgrediendi, l. in re mandata, C. mandati. Ale.cons.60.volu.2. col.fi.Gozad.cons.51.nu.42.& dispēsatio intelligitur, si preces ueritate nitantur,cap.2.extra de rescrip.vide

Docto-

Doctores in d.c. quia circa, fallit tamen, quando casus omissus comprehenderetur ex vi verborum, 5 † & secundum propriam naturam verborum: quia tunc dispensatio late esset interpretanda, ita Caldericus notanter dixit in cons. 1. de consang. & affinit. Et idem est I alia materia odiosa, quia verba late interpretãda sũt, quatenus natura verborum requirit, ad hoc est textus notabilis, ita ab Aretino ponderatus in l. cum lege, ff. de testi. Abbas in c. ex parte, el 3. in 2. notab. extra de simo. Dec. in c. at si clerici, §. de adulterijs, nu. 169. de iudic. sed de hac materia late diximus in 1. volum. eiusdem tit. consil. 1. pariter dispensatio extenditur ad id, quod est necessario annexum illi, iuxta glossam notabilem in c. si quis in clero, 7. quæst. 1. cap. quia in tantum, extra de præb. Exemplum affert Nauar. extra de spons. libro 4. cons. 14. nu. 1. sic in uoto continẽtiæ, & castitatis causæ, vt monachus possit contrahere matrimonium, 6 † scilicet, vt sit exemptus a uoto, & religione, & ita exemptus vxorem ducat, est, vt pax patriæ conseruetur, vel ut patria infidelis ad fidem conuertatur. Exẽplum ponit Io. Andr. in regula quod semel, de regu. iu. in cap. cum ad monasterium, de statu monach. (v.g.) si aliqua pars christianitatis esset in periculo, nisi monachus contraheret matrimonium, vel si dicũt illi, qui possunt regnum dare, quorum puella hæres est, quòd parati sunt nobili monacho puellã, & regnum dare, alias dabunt infideli tytanno. Gozad. in d. cons. 51. nu. 37. nam tunc cum bonum castitatis sit impedimentũ maioris boni, pręponẽdum est bonum publicum bono vnius. Pariter in voto simplicis religionis solet causa apponi ad dispensandum: quia patitur stimulos carnis, per quos sentit continenter viuere non posse. Et ex his responsum est ad octauam difficultatem, vt habetur nu. 3. & 4.

Nona Difficultas.

Quid si dispensatio, ita diceret, prolem inde susceptam legitimam pronunciando in foro conscientiæ tantum, an partus ille conceptus ante matrimonium, sed post editus, sit legitimus.

Summarium.

1 *Proles, & posteritas an idem sint, & posteri vnde dicantur, & an comprehendantur fœmina.*
2 *Posteri, & liberi quandoque idem dicuntur, tamen inter se differunt.*
Legitimatio an suffragetur quo ad successionem.
3 *Legitimatio in foro conscientiæ non suffragatur in foro exteriori, in decima diffic. nu. 1.*
4 *Legitimatio quæ dicatur.*
5 *Legitimatio est de reseruatis Principi.*
6 *Legitimatio cum sit de reseruatis principi, non est delegabilis.*
7 *Partus sequitur tempus natiuitatis, quando agitur de eius commodo.*
8 *Exercitia matrimonialia non sunt impedienda pendente lite super validitate matrimonij.*

CIRCA nonã difficultatem, quid si dispensatio ita diceret (prolẽ inde susceptam legitimam pronunciãdo) an partus ille conceptus ante matrimonium, sed post editus sit legitimus. Anteq̃ ad decisionem huius dubii deueniã, præsuppono hoc primum, q̃ habemus duos terminos prolem, & po-
1 steritatem. † Posteritas dr̃ quasi postera ætas. Vnde dicuntur posteri, i. postea nati cuiuscunque sint sexus, etiam si per fœmineam lineam sint defuncto coniuncti, ita textus in l. 1. C. de cond. inser. l. 1. ff. de verb. sign.

l.cognoscere, §.1. licet in immunitatibus, & priuilegijs posteri ex fœminea linea repelluntur,ff.de muner. & honor.l.vocatio, de iure immun. l.1.& 4. quod etiam extende ad omnia, quæ sunt pœnalia odiosa. in his enim appellatione liberorum,& posterorum nõ includuntur ij, qui descendunt ex fœminea linea, de pœnis,lib.6.cap.vbicunque. Et notandũ,quod licet liberi,& posteri quan
2 doque idem † dicantur, l.quod his verbis in fine, ff.de legatis 3.tamen proprie inter se differũt:quia appellatione posterorum proprie continẽtur,qui sunt vltra trinepotẽ. At vsq; ad trinepotem vocantur liberi, l. liberorum appellatione,ff.de verbor. sign. sicut parentes dicimus vsq; ad tritauum,vltra vero maiores appellamus,l.iurisconsultus, ff. de gradibus,in 1.col.prolis vero nomine,etsi secundum And.de Isernia lib.feud. de gra.success.in feud.c.1.contineãtur tantum venientes ex masculino sexu,& inducit tex.in l.officiales, C. de episc. & cler.tamen cum ille textus non plus de masculina,quam de fœminina probare videatur,contrarium est dicẽdum, vt patet extra de voto, c.licet,in fine. de donat. inter vir.& vxorem,c.nuper,§.1.de agric. & censi.lib.11.l.ne diutius, cum similibus, & ita accipitur hic de filijs natis cuiuscunq; sexus sint, siue masculi,siue fœminæ.Secundo per hęc verba prolem inde susceptam pronunciando in foro conscientiæ tantum,colligitur delegatam fuisse causam legitimationis filiorum in foro conscientiæ tantum: ex quibus verbis colligitur primo, quod non suf-
3 fragatur talis legitimatio quo ad successionem parentum, cum intelligatur facta legitimatio saluo iure alterius,16.quæstio.1.cap. si quis laicus, extra de offi.deleg.c.ex parte 1.Hinc fit,quod non potest huiusmodi legitimatio tollere ius competens in successione feudi hæredi legitimo,vt dixit Lucas de Penna, in l.final. C.de his, qui sponte publica munera subeunt, lib.10. sic Hostiensis in summa qui filij sint legitimi, ver.quamuis autem, dicit, quod Imperator quamuis possit filios legitimare illegitimos,hoc tamen non debet concedere priuilegium, vbi legitimatio talis esset in præiudicium illorum, ad quos hæreditas deuoluenda foret dispensatione legitimationis non factæ,argum.extra de offic.deleg. c.super eo, de statu monach. c. in singulis,§. porro,& ratio est,quia legitimatio nihil aliud est, quam in integrũ
4 restitutio † ex gratiosa principis liberalitate procedens,extra qui filij sint legitimi, ca.per venerabilem. At in integrum restitutio facta per principem ad præiudicium iuris alterius non extenditur,vt patet de rescript. c.quamuis,lib.6. sic nec rescriptum principis auferre intelligitur dominium quæsitum emptori, l.originarios, C. de agricolis, & censibus lib. 11.sic venditionem rite contractam rescindit,de rescind. vendit.l.ratus, nec transactionem, de transac.l.causas, nec sententiam,l.fin.C.sent.rescindi non posse. Et hoc ideo, quia princeps semper videtur aliquid cõcedere saluo iure alterius, quod intellige magno, secus autẽ si paruo, ff.ne in fluminibus publ.l.1.§.sed si aliqua.notatur in l.2.§. si ius a principe,ff. ne quid in loco publico. Ex quibus omnibus patet, quod huiusmodi legitimatio suffragatur in fo-
5 ro conscientiæ tantum,† non autem in foro exteriori, quo ad successionẽ parentum, sic potestas cõcessa a Romano Pontifice vigore iubilæi absoluendi a quibuscunque casibus et in bulla cœnæ, non prodest in foro exteriori, vt nos late diximus in 1. par.nostrarum decis.lib.4.capit.15. numero 18.& 22. At quando princeps intelligatur velle præiudicare

re

te tertio, vide omnino quæ diximus in 4. par. lib. 2. cap. 11 num. 35. secundo infertur, quod cum causa legitimationis filiorum censeatur ex reseruatis principi in signum suæ su-
6 premæ potestatis, † §. si vero is, qui solummodo, in authen. quibus modis naturales effic. sui. Bal. in l. 1. col. 1. C. de iure annul. Felinus in cap. vltimo, nu. 4. versi. fallit in reseruatis, extra de offic. deleg. solus enim ipse restituit natalibus, & legitimat naturales, Lucas de Penna in l. contra, versi. 21. & 23. C. de re milit. lib. 12. qui numerat principi soli tam spirituali quam temporali reseruata 77. fit, quod talis causa legitimationis non possit delegari, ita Baldus in rubric. de offic. deleg. nume. 14. & in c. vltimo, eod. tit. Felinus in cap. quod sedem, col. 2. de offi. or. Tertio, quod in casu nostro huiusmodi legitimatio intelligitur de natis post dispensationem: nam hoc clare patet ex verbo Exinde, hoc est post dispensationem. Vult enim Summus Pontifex, quòd proles illa intelligatur legitimata, quæ nascitur post dispensationem, sed dubium quippe hodie est, an fœtus ante matrimoniū susceptus, sed post editus sit legitimus, vide Ancha. in c. tanta, num. 7. & in c. cum inter, no. 5. qui filij sint legit. vbi dicit, quod sic, quia quo ad partum inspicitur tempus natiuita-
7 tis, † & non conceptionis, quando agitur de eius commodo, vt in præsenti casu: Quare in d. c. tanta, nu. 6. sic dicit. Tertio nota, quod filij suscepti ex aliqua muliere non legitimantur per sequens matrimonium cum eadem, si tempore, quo suscepit, habebat vxorem legitimam. Quid ergo si concepit illa mulier durante matrimonio, sed postea mortua vxore cum illa nondum enixa cōtraxit, & post cōtractum peperit, dicit Io. Andr. quod satis est partui, vt legitimus sit censendus: quia illud tempus debemus inspicere, quod est vtilius partui, & ita tempus natiuitatis, argumen. eodem tit. cap. quod nobis. Quod si quis obijciat non debere recedi a verbis dispensationis, cum dispensatio sit odiosa, & iuris communis vulneratiua, hinc canon vocat eam vulnus 24. quæst. 4. cap. ipsa pietas, cum dispensatio sit relaxatio iuris communis facta cum causæ cognitione, iuxta glossam solemnem in ca. nisi rigor, 1. quæst. 7. quia potest responderi quo ad partum non esse dispensationem odiosam: nam secūdum ius fauore filiorum illud attenditur quod vtilius est nascenti: sic pendente lite super matrimonio, quod sit inualidum, ex eo, quod prætendebatur vxorem habere alium virum, non sunt impe-
8 dienda exercitia † matrimonialia, vt dixit Abbas in d. cap. cum inter, numero quarto. Vnde fit, quod filij nati ante legitimationem matrimonij lite pendente sint legitimi, immo etiam, si fuerint nati post sententiam diuortij: modo sint concepti lite pendente, & hoc prolis fauore, ita Abbas, vbi supra. Quod si quis replicet tenendum esse contrarium in detestationem criminis, cum filius quo ad illegitimitatem puniatur peccato patris, cap. primo, de filijs presbyt. 24. quæst. 3. in sum. Respondeo, quod hic secundum ius non dicitur illegitimus, si natus est post contractum matrimonium, & hæc opinio videtur amplectenda fauore prolis, sed cogita: quia sumus in dispensatione inter illos, inter quos non poterat esse matrimonium: quia coniugatus, capit. tanta, qui filij sint legit. & quia erat contracta affinitas: vnde est odiosa, & strictè interpretanda, Dec. consilio 338. vol. 2. nu. 3. & 5.

de ætate, & qualit. & dictio nullatenus habet præcisam prohibitionem, Decius consil. 310. vol. 2. num. 2. qui allegat textum in capit. accepimus de pactis.

VLTIMA DIFFICVLTAS.

Quid si cõsummato matrimonio iuridice teneatur pater dicere coniugatis uersantibus in iusta ignorantia impedimentum matrimonij.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonio cõtracto, & consummato an quis teneatur reuelare impedimentum partibus.*
2 *Sed an illud reuelare teneatur episcopo: Distingue.*
3 *Epilogus eorum, quæ dicta sunt.*

1 CIRCA hanc vltimam quæstionem respõdeo, quod non, tum, quia ex eo nullum commodum sequi potest, sed sic magnum incommodum, cum illi non peccent, & fortassis alter eorum hoc rescito uellet cũ scandalo alterius se separare. Tum, quia nemo tenetur alium de suo errore monere, quando est error facti, aut iuris humani, quod regulariter a uulgo ignoratur, & nullum tertio præiudicium fit, arg. not. in §. notandum 1. quæstio 4. cap. ignorantia, de regul. iur in 6. sed an teneatur reue-
2 lare † impedimentum episcopo, si tẽpore contracti matrimonij tacuit. Respondeo, quod si quando banna, & denuntiationes factæ sunt, ipse erat extra diœcesim, uel aliter ad eum denunaiationes non potuerunt deuenire, puta si nimia infirmitate laborans non erat sanæ mentis, uel ita puer, quod non poterat comprehendere talia, uel alia causa legitima impeditus erat, eius accusatio debet audiri, alioquin cum rationabiliter præsumatur, quod denunciationem publice factam ipse existens in diœcesi non ignorauerit, argum. tex. in c. curę 11. quæst. 3. non audietur, nisi appareat, quod postea didicit, quæ obiecit: quia tunc etiam si didicisset ab his, qui tempore denunciationis fuerunt, admitti debet. etenim licet illi non essent admittendi, quia fuerunt in culpa, iste tamen non debet repelli, cum non sit culpabilis, ca. cum in sua, qui matrimon. accus. poss. & ibi per Hostiẽ. in summa §. dictum est. Pisanella in uerbo matrimonium 7. ita Steph. de Gaeta. in repetit. ca. ad limina 4. nu. 189. sed modo hæc om-
3 nia breuiter reassumendo diximus inter patrem, & fornicarie cognitam esse contractam affinitatem ex unica copula carnali naturali. Diximus Naturali, quia per nefandam copulam, uel mollitiem, uel in uase absque effusione seminis illa non contrahitur. Et hęc affinitas prouenięns ex copula fornicaria extenditur usque ad 6. an uero patri sit credendũ se fornicarie cognouisse eam, quam filius uult ducere in uxorem ad finẽ impediendi matrimonium, discusso ex utraque parte dubio, & affirmante in 2. difficultate nu. 5. quod sic tandem nu. 9. diximus esse arbitrarium ordinario, ut considerata qualitate testificantis, & alijs circunstantijs, quæ in talibus occurrere possunt, prohibeat, uel concedat matrimonium. Sed quid si filius ingrauidauit, atque desponsauit eam, quã scit patrem carnaliter cognouisse, an incidat in excõmunicationem, quæ est in clem. eos, tit. nostro, dic quod non: quia illa loquitur de matrimonio contracto, & non de sponsalibus ut habetur in tertia difficultate, ad quem tamen spectet dispensatio, quando adest impedimentum occultum matrimonij, diximus solum ad Romanum Pontificem, potest tamẽ episcopus dispensare in casu, quando

quatuor concurrerent, de quibus in quarta difficultate. Sed an monitiones ad finem contrahendi matrimonium, quæ necessario requiruntur, possint remitti, diximus nō posse fieri, vt illæ fiant in diebus ferialibus, sed bene possunt remitti per episcopum, vel vicariū generalem ex causa, vt habetur in quinta difficultate, an vero cadat dispensatio super hāc affinitatem prouenientem ex causa fornicaria in primo gradu, diximus quod sic. Quinimo etiam ex affinitate contracta in primo gradu procedēte ex copula carnali licita in linea transuersali, sicut multorum exemplis manifestum est, vt habetur in sexta difficultate. Quæ tamen sint causæ legitimæ ad dispensandum in huiusmodi casu habetur in septima difficultate. An vero si Papa ita dispenset prolem inde susceptam legitimum pronunciādo intelligatur etiam sub hoc verbo prolis fœmina, vide in nona difficultate, vbi quod sic. Non tamen suffragatur talis legitimatio in foro exteriori quo ad successionem parentum, vt ibi nu. 4. & rationem assignauimus, sed an huiusmodi legitimatio sit delegabilis diximus ibi nu. 6. quod non, sed an per hæc verba prolem exinde susceptam legitimam pronunciando cōprehendatur partus conceptus ante matrimonium, sed post dispensationem, & matrimonium contractum editus, diximus prolis fauore quod sic, vt in nona difficultate. Tandem an matrimonio cōtracto, & consummato quis teneatur reuelare impedimentū partibus, vel episcopo, diximus in vltima difficultate. Et hæc omnia subijcimus iudicio melius sentientis.

DE CONSANGVINITATE, & Affinitate.

SVMMARIVM.

1 *Transuersales vsque ad quartum gradum inter se contrahere prohibētur.*

2 *Computatio graduum in consanguinitate qualiter fiat.*

3 *Stipes quid, & distare quē in certo gradu dupliciter intelligitur remissiue.*

Consilium II.

DVBIVM vertitur, an matrimonium possit contrahi inter duos consanguineos ex linea transuersali, hunc quidem in quinto gradu, illum vero in secundo existentes: & ratio dubitandi facit textus in ca. non debet, tit. nostro, vbi durat prohibitio per lineam transuersalem vsque ad quartum gradum inclusiue: vnde cū tex. simpliciter loquatur, & non dicat an ex una parte sit transcendēdus quartus gradus uel ex utraque: ergo debet intelligi quod ex utraq; parte: quare uidetur, quod consanguineus, qui est mihi coniunctus in quinto gradu, non posset contrahere matrimonium mecum, quæ sum ei coniuncta in secūdo gradu. Quod ut hoc magis clare constet, afferamus in medium hoc exemplū, duo Germani sic processerunt, unus procreauit filium, qui filius procreauit filium, qui similiter procreauit filiū, qui procreauit filiam, ita filia est in quinto gradu, alius frater procreauit filium, qui est in secundo gradu, nūquid possunt contrahere matrimonium, dico quod sic: quia quoto gradu remotior distert a stipite, eodem a quolibet per aliam lineam descen-
2 dentium, † ita tex. in c. quod dilecti, & c. fi. tit. nostro, ubi D. Ant. de But. in d. c. quod dilectio, nu. 13. declarat quid sit stipes, & dicit quod stipes est cōis parens, a quo plures descendūt, sicut Isaac fuit stipes Esau, & Iacob. Et stipes non facit gradū. Declarat ēt nu. 3. q̄ distare quem certo gradu
3 † potest intelligi dupliciter. Vnde ad propositū, cū unus distet in quin-

ro, & alius in secundo, possunt contrahere matrimonium. Et non obstat tex. in d.c. non debet, quia intelligitur tunc esse prohibitum matrimonium inter consanguineos, quãdo durat prohibitio usque ad quartũ gradum ex utraque parte inclusiuè, ita in proprijs terminis dixit Ioan. a Capistrano. in sum. de pœnit. & remiss. nu. 95. & hæc salua, &c.

D. Iacob. de Graffijs à Cap.

DE EO, QVI COGNOVIT consanguineam uxoris suæ.

SVMMARIVM.

1 *Incestuosus exigendo debitum ab uxore peccat mortaliter, quod intellige de cognoscente consanguineam uxoris, non autem propriam, vt nu. 18.*

2 *Præsumptiones quæ sint, quæ faciant cõstare de fornicatione.*

3 *Vxor ob crimen incestus potest se a toro separare, & petere fructus.*

4 *Vxor quid faciet, si intelligat lapsum viri incestuosi imminere.*

5 *Incestuosus amittit ius petendi debitũ etiam post peractam pœnitentiam.*

6 *Incestuosus quando intelligatur exactus, vt debitum reddere teneatur.*

7 *Exigere debitum tunc dicitur, vel quando exigit, vel prouocat.*

8 *Incestuosus debet se nonnunquam insinuare uxori, & offerre ad illũ vsũ.*

9 *Incestuosus tenetur vxori debitum reddere cum dolore cordis.*

10 *Vxor potest debitum exigere a viro suscipiente sacros ordines absque eius consensu.*

11 *Sic a vouente virginitatem, qui postea i. matrimoniũ consummauit, & quid si vouit continentiam, nu seq.*

13 *Castitas, & cõtinentia sunt synonyma.*

14 *Incestuosus potest ab vxore debitũ exigere obtẽta dispensatione episcopi.*

15 *Vouens religionem an si contrahat matrimonium, possit debitum exigere.*

16 *Vxor conscia de incestu viri an exigẽdo debitum videatur se cum viro reconciliare, vide nu. 19.*

17 *Peccatum grauius est accedere ad consanguineam propriam, quã vxoris.*

20 *Cõfessarius qualiter exaggerare debet crimen incestus.*

21 *Incestus est vnum ex impedimentis cõtrahendi matrimonium.*

22 *Epilogus eorum, quæ dicta fuerunt.*

Consilium I.

INTERROGATVS qualiter se gerere debeat confessarius erga committentem incestum cũ consanguinea uxoris suæ, quando crimen hoc confitetur in foro pœnitẽtiali. Ad quod diuino prius inuocato nomine, & Beatiss. Mariæ semp. Virginis implorato suffragio, ut intercedere dignetur apud suum dilectũ filium ut me seruũ suum illuminet ad rectè respondendũ propter animarũ salutẽ. Respondeo, quòd quãuis cõiter Doctores in c. trãsmissæ, tit. nostro id tantũ dicẽdo pertrãseunt, nẽpe quòd incestuosus non possit petere debitũ, sed solũ quòd reddere teneatur, ut ẽt dixit Sotus in 4. sentẽt. dist. 37. ar. 3. q. 1. tamen circa hoc plura mihi uidentur dicenda &c.

Primo, quòd cofessarij debẽt insinuare pœnitẽti incestuoso, hoc est, ei, qui consanguineã uxoris suæ infra quartum gradũ incestat, seu polluit, actũ consũmando in uase debito, quod amisit ius exigendi debitũ ab uxore

1 & exigendo peccat mortaliter † cũ sit contra ecclesiæ prohibitionẽ per iura in c. 1. c. transmissæ, c. discretionẽ, c. tuæ, c. Iordanæ tit. nostro. Atq; in hoc pari iure uir, & fœmina tenẽtur. quæ. n. consanguineo Petri succubuit, si post contractum matrimonium incestum commiserit iure petendi ẽt priuatur, ut Doctores in pallegatis iuribus, Sotus qui sup. art. 2.

2 Secũdo impeditur usus matrimonij in incestuoso, quod debitum pe-

2 tere non possit † non solum quando

uoxri

vxori qualitercunque de incestu cõstat, vt quia testes deposuerunt solũ cum sola, nudum cum nuda inuenisse ea intentione, vt credebant, quod consanguineam cognosceret: quia tunc istæ præsumptiones, quæ consurgunt ex solitudine, nuditate, loco, & sexuum diuersitate, sunt adeo violentæ, atque euidentes, vt vix ipsa res denegare facinus audeat, & de his potest intelligi textus in l. sciant cuncti. C. de probat. canonizata 2. q. 7. c. sciant, & maximè cum iste actus fornicationis nõ subijciatur sensui, Do. Anto. & Abbas in d. c. literis. sed etiam, quando vir cognosceret carnaliter aliquam consanguineam vxoris suæ, inscia tamen ea vxore: nã tunc vir, qui commisit incestum nũquam debet ab ea exigere debitum côiugale, ita Ioan. a Capistr. in sum. de matrimonio nu. 97. per text. in d. c. transmissæ, discretionem, tuæ, & Iordanæ.

Tertio, vxor incestuoso non solũ non tenetur reddere debitum, sed potest se auctoritate Domini tueri, & denegare, 32. q. 1. c. dixit, & modo constet de incestu, petere separationem a toro,

3 † & viuere in continentia, & maritus tenetur eam alere, ei subministrando fructus dotis, extra de vsur. c. salubriter. ff. de iure dotiũ, l. dotis fructus, & l. si is. Ioan. Andr. in c. transmissæ c. 1. nostro. Anch. ibi nu. 2. Verum si vxor esset in eodem lecto cum marito incestuoso, an si in

4 telligat lapsurum virum †, ex prohibita petitione debiti, vel cum alia, aut in voluntariam pollutionem, debeat præcurrere, quinimo peccet, si non vltra se offerat, & occurrat facinori perpetrando. Refert Ioan. Andr. in c. Iordanæ, nu. 4. & Anchar. ibi eo. nu. tit. nostro, quod curialiter faceret vxor, si eo tempore vteretur iure exigendi, vt sic maritus inuitatus potiretur eo, quod per se non potest petere. C. de tempor. in integr. restĩ. l. petendæ, extra de elect. c. cum Vintoniensis: nam incestuosus exigendo, & prouocando vxorem vt exigat, peccat mortaliter, secundũ Vin. quem refert Ioan. Andr. in d. c. Iordanæ nu. 4. & quod diximus de vxore, idem dicendum esset de viro, qui intelligeret futurum lapsum uxoris ex eius complexione: quia potest occurrere, C. quãdo lice. sine auctor. iudi. se uindi. l. 1. Anch. qui sup. nu. 41.

Quarto uir incestuosus iure petendi debitum nudatur etiam post

5 peractam pœnitentiam † Turrecr. in c. qui dormierit 27. qu. 2. ubi dicit, quod etiam post peractam pœnitentiam poterit quidem reddere uxori debitum, ab ea nunquam exigere, & hoc in pœnam delicti, ut scilicet illud incommodum non petendi patiatur.

Quinto incestuosus tunc dicitur exactus, ut debitum reddere tenea-

6 tur † quando uxor petierit expressè, uel tacitè, ut uerbo, nutu, uel signo, quia signis loquimur, extra de sponsal. c. cum apud. argum. text. in l. de quibus, ff. de legibus. ca. dilecti 3. extra de appellat. & tandem quotiescunque maritus conijcit eam desiderare debitum, uel præintelligit futurum lapsum ex eius complexione: nam tunc melius est occurrere, d. l. 1. C. qñ lice. sine auctor. iud. se uindicare cum fœminæ dissimulare præ uerecundia soleant: nam naturaliter in hac re uerecundiores sunt uiris, & turpe est mulieri maxime nobili hoc dicere, ita Io. And. & Anch. in d. c. Iordanæ: nã nihil refert, qualitercũque quis alij suum exprimat animũ. ff. de leg. 3. l. nutu, de const. pec. l. qui autem, §. fi. Nauar. c. 16. nu. 26.

Sexto exigere dicitur incestuosus, quando uel ipse exigit, uel prouocat

7 uxorem, ut exigat, † quod nota, ita Do. Anton. in d. c. Iordanæ. Et ita est casus, in quo quis peccat mortaliter, cognoscẽdo uxorem, etiam naturaliter,

liter, & ita nota, quando alteri coniugum tollitur ius exigendi, Docto. in d.c.1. sic 30.q.1.c.de eo. Quandoque suspenditur, de secun nupt.c. Dominus. Debet tamen incestuosus non-
8 nunquam insinuare se uxori, † & offerre se ad illum usum: nam genus illud petendi quodammodo est reddere, alioquin grauamen esset uxoris uirum nunquam exigere, cum ut supra diximus raro præ uerecundia exigere consuescant, Sotus in 4. senten. dist. 37. art. 2. col. 2. uers. debet.

Septimo, incestuosus tenetur reddere uxori debitum cum dolore cor-
9 dis, † quod si non potest dolere in ipso accessu carnis delectatione superatus, dicit Hostiens. & Ioan. Andr. in d.c. transmisse, & ibi Anchar. nu. 2. doleat ante, uel post actum non de redditione debiti: quia facit quod debet, sed de peccato per se commisso, quod ipsum tali copula fecit indignum, de pœnit. dist 3.c. pœnitētia, igitur a confessario non est ei iniungenda pœnitentia, ut doleat, quando ei reddit debitum, quia ad impossibile obligaret, ita Io. Andreas. Sic a simili dixit D. Thomas in 4. sent. dist. 37.q.1. art. 2. quod si uir sine consen-
10 su uxoris suscepit † sacros ordines, mulieri ex hoc nullum præiudiciū generatur, & ideo ipsa a marito poterit exigere debitum, & maritus tenetur ei reddere, non tamen poterit ab ea debitū exigere, ita additio ad Abbatem in c. coniugatus, uerbo coniugatus, de conuersi. coniugat. simile etiam habetur de eo, qui uouit uirginitatem, deinde uxorem duxit, & matrimoniū consummauit: nam de-
11 bitum quidem reddere † potest, non tamen exigere: quia tenetur seruare uotum, secundum partem sibi possibilem scilicet ad non exigendum debitum. Quinimo tenetur etiam uoluntatem habere seruandi illam perfectè, & integrè, quando sibi fuerit possibile, puta uxore iam uita defuncta. Quod intellige, quando uouit perpetuo eam seruandi: quia licet uotum uiolauerit, tamen tenetur illam seruare quantum in se est, quod secus est, si uouit animo, ut eam semel amissam amplius seruare non teneatur: nam tunc peccauit uiolando, sed non tenetur eam amplius seruare, D. Thomas 2.2. quæst. 88. artic. 3. ad secundum: secus tamen, si uouerit
12 continentiam, † quia si illam uiolauerit, consummando matrimoniū, tenetur seruare, non exigendo debitum, nisi cum uxor nollet præ uerecundia petere expectando uiri petitionem: mortuo tamen uxore tenetur iterum seruare continentiam, Franc. Toletus in sua sum. lib. 4. cap. 17. uersic. alterum impossibile, Nauar. c. 12. nu. 39. in manuali, qui loquitur de eo, qui uouit castitatem, nos uolum. 1. consi. lib. 3. de uoto, cons. 8. nu. 12. Hæ uero castitas, & continen-
13 tia sunt synonyma, † ca. a multis, de ætа. & qualit. nos ubi supra nu. 11. & 12. ubi etiam quid diximus de uouente simpliciter uirginitatem qualiter intelligatur.

Octauo si uir continere non potest ab exactione, debet quam primum fieri potest dispensationē pro-
14 curare, idque quam primum fieri potest secretè, ne innocens coniux intelligat: at quis nam possit super hoc impedimento dispēsare, communis est opinio Canonistarum in d. cap. trāsmisse, & Paludani dist. 17. Sylu. in uerbo debitum coniugale, quæst. 9. & uerbo matrimonium 8. quæst. 15. Armilla uerbo dispensatio §. 18. Toletus de incestu lib. 5. ca. 12. Episcopum posse, & debere dispensare, quāuis facilis possit esse accessus ad urbem Romam, ita Sotus, qui sup. art. 2. uersic. dubium autem: sic a simili dixit. Ioan. Andr. in c. 1. de uoto in 6. quod licet uotum simplex ingrediendi religionem non dirimat matrimonium post contractum, tamen

men talis uouens contra uotum cōtrahens non potest exigere, sed tantum reddere: quia primum reddere est necessitatis, sed exigere est uoluntatis: inde exigendo frangit primam fidem. 27 q. 1. cap. de uiduis: quare damnationem meretur, d. capitulo de uiduis, & facit contra conscientiam, & mortaliter peccat, de restit. spoliat. capit. literas cum suis concordantijs. Dicit tamen quod dispensatio peti potest super exactione debiti, & cū his subest iusta causa, poterit episcopus dispensare per commutationem in aliud bonum, cap. 1. extra de uoto. Nos tamen contrariam sententiam affirmauimus in 1. parte nostrarum decis. lib. 2. c. 24. nu. 20. & 21. quam etiam opinionem tenuit Sotus de iust. & iure li. 7. art. 1. col. antepen. & Nauar. c. 12. nume. 47. secuti Anchar. in d. cap. 1. num. 3. de uoto lib. 6. Nam per tale matrimonium solutum est uotum simplex: ergo nihil est quod talem debiti exactionem impediat. Tum etiam: quia nimis esset periculosum & onerosum tale matrimonium, si dicamus eum peccare mortaliter exigendo, & esset inijcere laqueum contra d. c. de uiduis.

16 Nono, vxor conscia de incestu uiri an exigendo a viro debitum, uideatur facere cum marito reconciliationem, Io. Andr. Zab. & Anch. in ea sunt opinione, quod sic: quapropter poterit deinceps maritus exigere debitum ab ea: quia non habet mulier, quid ei obijciat, extra de adulter. cap. si uir, de coniug. seru. ca. proposuit, & cap. fin. tamen Dom. Antonius de Buttrio, & Panorm. ibi contrariam sententiam affirmant, scilicet quod licet uxor sit conscia incestus, & petierit debitum a uiro, non ex hoc uidetur facta reconciliatio, de quo non sic est dicendum de uiro adultero, a quo si uxor conscia adulterij petijsset debitum, uideretur sibi uirum reconciliasse, d. c. si uir, & ca. proposuit, & ratio diuersitatis est: quia in materia incestus maritus non priuatur exactione debiti contemplatione uxoris, sed propter atrocitatem sui delicti, ideo non uidetur sibi remittere, sed in crimine adulterij contemplatione uxoris dumtaxat uir erat priuatus, ideo si vxor petat debitum a viro, uidetur illum sibi reconciliare, & ei remittere. Ita Dominus Antonius.

Decimo, dico, quod quamuis grauius sit crimen accedere ad propriā consanguineam, quam ad eam, quæ
17 est uxoris, non tamen sequitur, ut sit par impedimentum exigendi debitum: quia hoc impedimentum nō nascitur ex grauitate delicti, sed ex quodam affinitatis genere, quam uir contrahit cum uxore, per hoc, quod eius consanguineam nouit, quam vtique non contrahit, quamuis propriam cōsanguineam polluat: item ut ait Richardus: quia maiorem irrogat iniuriam fidei, quam debet uxori, si cum eius cognata congrediatur: Hinc sequitur, quod incestus cum consanguineis uiri nullum sit impedimentum ad peten-
18 dum debitum, † vt S. Thomas, & Richard. & omnes Theologi docent, Ita Sotus in 4. sent. distin. 37. quæst. 1. art. 2. in fin. Et hoc contra Panor. tit. nostro cap. 1. qui putat talem incestuosum non posse post cōtractum matrimonium a propria uxore debitum exigere: nam huiusmodi impedimenta potius restringenda, quam ampliāda. Tum, etiam quia, ut ait Archidiac. quem sequitur Sylu. in uerbo Matrimonium vij. §. ultimo, nullibi hoc reperitur in iure, ut talis incestus impediat exactionem debiti.

Vndecimo, incestuosus, qui ex ignorantia inuincibili adulteratus
19 est cū consanguinea uxoris, † cuius cogna-

cognationem prorsus ignorabat, quanquam affinitatem contrahat cũ uxore, non tamen censetur iure petendi priuari, Etenim cum pœnæ sint restringendæ, & hęc priuatio in pœnam sit culpæ incestus, & illic nulla præcessit macula propter ignorantiam speciei criminis, non debet iudicari priuatus, & extat casus ad hoc propositum attinens in capitulo discretionem titul. nostro, vbi refertur quendam, qui mulierem sibi per uerba de pręsenti desponsauerat eo quod odiosam habebat, antequã eam recognosceret, reclamantem, & inuitam, sibi consanguineo in uxorẽ tradidisse, & nihilominus postmodum compulsus fuit illam reassumere: si ergo quæ inuita incestum commiserat, non priuatur iure petendi, minus priuabitur, qui illum per ignorantiam commiserit, Hæc Sotus in d. ar. secundo col. tertia, in princip.

Duodecimo quod in iniungenda pœnitentia incestuoso oportet confessarium prius exaggerare pœnitẽ-
20 ti, quod est maius peccatum † incestus, quam adulterium, 32. quæst. 7. cap. adulterij, & quod de iure Pontificio multas pœnas patitur incestuosus: nam nec testificari, nec accusare potest: quia infamis, 3. quæstio. 4. cap. consanguineorum, 6. quęst. 1. capitulo infames. item a communione fidelium est separandus 25. quæstio. 8. cap. vlt. item quod incestum committens ex sua culpa post mortem uiri non debet contrahere, 34. quęst. 4. cap. in lectum, & c. seq. item quod filij ex incestu procreati non reputantur filij quantum ad paternam successionem, 35. q. 7. c. 1. Item insinuare debet confessarius, quod maius est peccatum incestus cum consanguinea, quam cum affine, & inter consanguineas maius est peccatum cum linea ascendenti, quam cum descendenti transuersali, quæ omnes circunstantiæ sunt a confessarijs considerandæ, ut habetur per Ioan. a Capistrano in summa de matrimonio, n. 97. & quod incestus nõ
21 solum est peccatum, sed unum † ex impedimentis matrimonij: nam si sequitur, tunc non dirimit matrimonium, sed interdicit petitionem debiti: at si crimen incestus præcesserit, impedit matrimonium contrahendum, & dirimit iam contractũ, Syluest. in verbo debitum, Sotus in 4. sent. distin. 17. q. unica, art. 2. item clericus si hoc crimen commiserit, est perpetuo deponendus ab ordinibus, argum. tex. in ca. tua, de pœnis Couar. in 2. par. sponsal. cap. 6. §. 8. sed modo hæc omnia breuiter reassumendo dicamus, & primo, quod
22 incestuosus exigendo debitum ab uxore peccat mortaliter toties, quoties, ut nu. 1. quotiescunque constet qualitercunque, quod qualiter constabit. n. 2. immo potest uxor auctoritate Domini se a toro separare, & maritus tenetur eam alere, & sustentare de fructibus dotis, ut nu. 3. At si vxor esset in eodem lecto cum marito, & præcognosceret lapsum uiri futurum, laudanda esset, si ad euitãdum peccatum viri vteretur iure exigendi, ut numero 4. Alias etiam post peractam pœnitentiam non potest incestuosus exigere, ut numero quinto, sed solum tenetur reddere, siue expresse, siue tacite uxor petierit ut nutu, uel signo. Verum cum fœminæ naturaliter sint uerecundæ circa hoc, debet incestuosus se offerre ad hunc usum, ut numero sexto, non tamen exigere, quod est, vel quando exigitur, uel yxorem prouocat, ut numero septimo. & quando reddit, debet habere dolorem cordis ante, vel post actũ: quia exactione fecit se indignum, ut numero nono. Verum si non potest continere, petat dispensationem ab episcopo, & hoc secrete, ne innocẽs

con-

coniux intelligat. ut numer. 14. Non tamen vxor conscia de incestu uiri petendo debitum, uidetur se reconciliare viro, ut est, si peteret debitum ab adultero, & ratio differentiæ ponitur n. 16. & 17. At qualiter sit exaggerandum hoc peccatum a confessario pœnitenti incestuoso, uide numero 17. & 20. Et hæc salua, &c.

D. Iacob. de Graffijs a Cap.

DE EO, QVI COGN. CONsangu. vxoris suæ.

SVMMARIVM.

1 *Conuersatio diuturna, & cohabitatio præbet causam adulterio.*

2 *Copula habita cum consanguinea quando causa sit separationis matrimonij.*

3 *Vxor innocens quando possit petere separationem a toro.*

4 *Clamor maioris partis uiciniæ quod vxor fuerit carnaliter cognita, an sit causa sufficiens separationis.*

5 *Adulterium secutum culpa mariti propter abstinentiam a coitu, an imputetur marito, vel vxori, cum duobus sequentibus.*

8 *Epilogus, & conclusio ad casum nostrum.*

Thema Consil. II.

MVLIER quædam iuuenis speciosa nimis dum a suo coniuge signis debitum cōiugale pluries peteret, & ille a carnali copula abstineret, ita ut fere bis aut ter in anno debitum redderet, cum consanguineo uiri, qui cum eo sæpius conuersabatur, pluries copulata est, ita quod rumor non solū apud maiorē partē viciniç peruenit, sed ēt apud suum coniugem: Quare ambo accesserunt ad iudicem petentes separari. Maritus propter carnalem copulam cum consanguineo viri habitam, Et vxor propter abstinentiam a carnali copula. Nunc quæritur, An huiusmodi sint iustæ causæ petendi separationem matrimonij, Circa quod Diuino prius inuocato nomine, & Beatissimæ Mariç implorato suffragio, aliqua prius sunt præmittenda. & primo quod conuersa-
1 tio diuturna, † & cohabitatio præbet causam adulterio, ita notatur ex tex. in c. veniens tit. nostro. sic tex. 18. q. 2. cap. diffinimus, dicit, quod cohabitationem adulterium intercipit. Nō est enim tutum diu inhabitare alicui mulieri, ut notatur de uita, & honest. cleric. cap. monasteria. per hanc enim cohabitationem dicit glossa in cap. nec aliqua 27. q. 1. interior uoluntas dignoscitur, & deprehēditur aliquam fuisse corruptam: quare fugiēdus est concubitus, complexus, osculatio, & confabulatio, d. c. nec aliqua, & verba præsentia, tactus, & nutus. Vñ uersus Ni fugias tactus, uix euitabitur actus. Et Hyeron. contra Iouinianum, Quomodo qui ignem tetigerit statim aduritur, ita uiri tactus, & fœminç sentit naturam suam, & diuersitatem sensus intelligit. igitur sicut commixtio est euitanda, ita & cohabitatio, per quam peruenitur ad illam. Secundo notandum est, ꝙ copula habita cum consanguinea tunc demum causa est separationis matrimonij, quando habita est cum consanguinea alterius coniugis, &
2 subsequūtur sponsalia † etiam ante matrimonium contractum, ita tex. in cap. ueniens, tit. nostro. ubi si quis cognoscit consanguineam uxoris suç de futuro, tunc per talem præcedentem affinitatem sponsalia sunt soluta, & impeditur perpetuo matrimonium contrahendum, & dirimitur post contractum, quod secus est, quā do post matrimonium consummatū per copulam carnalem cognouerit consanguineam vxoris suæ: quia tūc matrimonium non est separandum,

sed

sed tantum maritus amittit ius pe-
tendi debitum, & solum exactus te
netur illud reddere, c. transmissa ibi
Nisi ab ea fuerit requisitus, & ca. di-
scretionem, uers. quod si forsan tit.
nostro. & si exigit, peccat mortaliter
nisi ab episcopo petat dispensatio-
nem, ita habetur in consil. præced.
& per Syluestrum in verbo luxuria
quæst. 4. potest etiam innocens uxor
petere separationem a toro, ut dixi-
3 mus supra cons. præced. modo de in
cestu cõstet An uero possit matrimo
4 nium separari ad maioris partis uici
niæ clamorem, quod maritus cogno
uerit consanguineam uxoris suę, qui
quidem clamor dicitur rumor, An-
char. in cap. super eo nu. 2. & 3. titu.
nostro dicit. quod non: Habet enim
quandoque rumor originem a suspe
ctis, & malis, vnde alibi dicitur, va-
riæ voces populi non sunt exaudien-
dæ, ut C. de pęnis, l. decurionum, ex-
tra de ele. cap. Olius. Quod idem ex
tendit ibi Anchar. numer. 2. quando
cum clamore uiciniæ concurreret cõ
fessio coniugum. Nam hæc nec suffi
ciunt ad separationem, secus uero si
in tota ciuitate diceretur esse fama
de hoc: nam hæc plusquam est, quam
rumor, extra de cohabit. cler. & mul.
cap. vestra. Quod idem uidetur ex-
tendendum ad uxorem, quæ fuit car
naliter cognita a consanguineo uiri,
ut possit, si de copula constat, agere
uir ad separationem tori. Quod si
quis obijciat in casu nostro non pos-
se uirum agere: quia uir per suam ab
stinentiam a coitu dedit uxori occa
sionem adulterandi, & quia permit-
tebat suum consanguineum sæpius
cum sua coniuge conuersari: quia re
spondetur, quod adulterium ob
hãc causam secutum: quia abstinuit
ab exactione debiti, non debet sibi
5 in aliquo, † sed vxori potius imputa-
ri: quia ad exactionem huiusmodi
uir non tenetur: cum sit in eius arbi
trio exigere, cap. transmissę cap. tua
titu. nostro, cap. inquisitioni, de sent.
excom. pariter si dedit occasionem
vxori ex eo, quod legitime uxor pete
bat debitum, & ipse redditionem de
biti legitimè exacti denegabat, &
tunc licet uiro imputetur peccatum
suum: quia non reddidit debitum,
6 cum potest, † ut 27. q. 2. c. si tu absti-
nes, & c. Agathosa, extra de diuort.
cap. significasti, tamen peccatum u-
xoris imputabitur ei, quamuis mari
tus sibi dederit occasionem peccan
7 di, † secundum Hugonem, & Ar-
chidiac. in dicto capitulo si tu absti-
nes. Rursum neque uiro imputabi-
tur quo ad hoc, ut iudicio ecclesiæ
propter ipsum adulterium ipsam di-
mittere non possit, dicto capitulo si-
gnificasti. Etenim licet uir dederit ei
occasionem, ipsa tamen debet serua
re fidem castitatis, ut in d. cap. Aga-
thosa. & 33. q. 5. cap. puto. ubi Archi
diaconus dicit, & est expressum ar-
gumentum, quod maritus potest di
mittere uxorem causa fornicationis
quamuis ipse dederit ei occasionem
fornicandi, idem summa Astensis l.
8. Quomodo agitur ad matrimoniũ
coniungendum art. 1. versic. sed ui-
detur. Quibus sic præmissis clara ha
betur ex his resolutio ad casum no
strum, & primo, quod & si maritus
8 † habeat iustam causam petendi se-
parationem a toro cum sua coniuge,
ex eo: quia post matrimonium rem
habuerit carnalem cum consangui-
neo sui uiri, non tamen in casu no-
stro illam petere poterit, si tantum
adest clamor, & rumor viciniæ cum
confessione coniugum, ut supra nu.
3. secundo, quod ex parte mulieris
non potest mulier ex eo: quia mari-
tus se abstinebat a redditione debi-
ti, petere separationem, & nec ideo
excusatur a peccato: quia maritus
propter abstinentiam dedit ei occa-
sionẽ adulterandi, Et hæc salua, &c.

D. Iacobus de Grassijs a Capua.

DE SECVNDIS NVPTIIS.

Thema Consil. I.

Puella iuuenis amore succensa cōtra animi sui uoluntatem nuptui tradita est a parentibus alteri uiro, cuius consortium breui pertęsa con silio inito cum amasio nocte secum aufugiens in eius patriam per trecē ta miliaria distantem se recepit. & & ne parentibus amasij esset inuisa, de communi consensu simularunt esse coniuges. spatio xviij. annorum elapso post susceptos filios mortuo amasio, & viuente adhuc primo ma rito transiuit denuo ad secundas nu ptias iuxta sacrum Concilium Tridentinum celebratas, ex quibus alios suscepit filios. Modo quæritur de proposita inualiditate ultimi prę tensi matrimonij, quid agendum cū ipsa. Et quidem difficultates nascen tes ad hæc capita reduci possunt. &

I. Quas pœnas luat mulier secundo nubens uiuente primo coniuge, atque inscio.

II. Supposito pro certo ultimum ma trimonium iuxta Concilium Tri dentinum contractum, esse nullum durante primo matrimonio, Quæritur An filij nati ex illo dicantur legitimi.

III. An dicta mulier sciens adesse hoc impedimentum, debeat hoc illi denunciare, uel simul cohabitare non petendo, vel reddendo de bitum.

IIII. An possit matrimonium ratificari, si certa fuerit de morte sui coniugis.

Primae Difficultatis.

SVMMARIVM.

1 *Mulier secundo nubens uiuente primo coniuge qualiter puniatur.*

2 *Hæresis suspecta est secundo nubens uiuente primo coniuge.*

Circa hanc difficultatem Redemptoris omnium nomine inuocato, & Beatissimæ Mariæ semper Virginis suffragio implorato, respōdeo, quod multis pœnis afficitur alligata alicui

1 mr̄imonialiter, si cōtrahit † mr̄imonium cum alia persona. & primo est ipso iure infamis, ff. de his, qui not. infamia, l. 1. in fine, c. nuper extra de bigamis, l. eum, qui duas, C. de adulter. potest puniri in utroque foro tā ecclesiastico, quam seculari: nam ratione violationis sacramenti est mixti fori, Soc. in c. cum sit generale extra de foro compet. numero 24. cum violetur matrimonium, quod est maximum sacramentum, ut est tex. in c. debitum, extra de bigamis, & sic peccatum committitur contra ecclesiam. unde potest puniri per iudicem ecclesiasticum publica ignominia, argum. textus in c. de benedicto, 32. quæst. 1. tondendo illi capillos ante, & retro secundum morem quorundam locorum, notat Abbas in cap. cum haberet, de eo, qui duxit in matrim. col. 2. suspecta etiam hæresis censenda est, quæ secundum matrimonium scienter cōtrahit primo durante, quasi non recte sentiēs de sacramentis, Geminia. num. 7. in fine in cap. accusatus, & Francus eodem cap. §. sane, numero 3. de hære. in 6. Ioan. Lupi. in cap. per uestras, numer. 25. extra de donat. int. uir. & uxo. nam hæreticus dicitur, qui cōmittit in uno ex sacramentis eccle-

2 siæ: sed ista facit † cōtra sacramētum ecclesiæ, quod est matrimonium, habens de sui natura, ut retineat uitā indiuiduam cum illo, cum quo con traxit, cap. fin. extra de condit. appos. sic enim se habet definitio, quod

sit uiri, & mulieris coniunctio, indiuiduam vitæ consuetudinem retinens, l. 1. ff. de ritu nupti. ergo quæ cum duobus viuentibus contrahit, in illud sacramentum committit. est etiam illegitimatio filiorum, de quibus notatur per canonistas in c. 2. Qui filij sint legitimi. sed de his in subsequenti quæstione.

SECVNDA DIFFICVLTAS.

Supposito pro certo matrimoniũ contractum esse nullum iuxta Concilium Tridentinum durante primo matrimonio, quæritur An filij nati ex illo dicantur legitimi.

SVMMARIVM.

1 *Filij nati ex secundo matrimonio uiuẽte primo coniuge an sint legitimi.*
2 *Intellectus ad textum in capit. cum inhibitio, extra de cland. desponſ.*
3 *Filius, quando dicatur natus in figura matrimonij.*
4 *Natus in figura matrimonij dicitur legitimus non solum quo ad successionem, sed etiam quo ad ordines, non tamen quo ad episcopatum, numero 7. & 9.*
5 *Matrimonium an præsumatur ex longa cohabitatione maris, & fœminæ. Dic quod non: fallit tamen respectu filiorum, ut dicantur legitimi. nu 7. uide num. 6.*
8 *Maritus quando dicatur esse in quasi possessione matrimonij.*

CIRCA hanc præsentem difficultatem, vtrum filij nati ex secundo matrimonio putatiuo iuxta Concilium Tridentinum sint legitimi. glossa in summa 35. qu. 7. refert quo ad casum nostrum opinionem quorundam dicentium, ut Vgolinus & Laudunus, quod sũt legitimi quo ad ignorantem impedimentum, sed illegitimi quo ad scientem. Verum reprobatur eorum distinctio, extra qui filij sint legit. cap. ex tenore: quia inconueniens esset, quod aliquis esset partim legitimus, & partim illegitimus, sicut nemo potest partim esse liber & partim seruus, ff. de liber. causa, l. si duobus. quare communis
1 est sententia, † ut sint in totum legitimi, per tex. in cap. cum inhibitio, §. si quis vero, de clandest. desponsat. ibi ambo parentes, quin si tunc ambo parentes scirent impedimẽtum, proles esset illegitima: ergo a contrario sensu, secus si sciret unus tãtum, & quamuis textus allegatus in d. c. cum inhibitio, iuxta ueriorem sententiam loquatur de impedimento consanguinitatis, ibi in gradu, quod tenet Archidiac. 34. quæst. 2. cap. 2. tamen sentit Innoc. ibi ex mente lite-
2 ræ, quod procedat in quolibet impedimento, ita Zabar. in d. c. cum inhibitio, n. 4. igitur altero tantum sciente proles erit legitima, ut notatur per canonistas in c. 2. extra qui filij sint legitimi, cum sint nati in figura matrimonij, & parente probabiliter ignorante impedimẽtum matrimonij, cum fuerit contractum iuxta Cõcilium Tridentinum: Tum, quia primus maritus erat ualde distans, & ex distantia loci præsumitur ignorare hanc habere alterum uirũ, c. quãdiu, c. quosdam, extra de præsumpt. facit quod dixit Abbas in d. c. ex te-
3 nore, ubi filius dicitur natus † in figura matrimonij, quando conuocatis amicis contractum fuerit matrimonium. idem Hostiensis in c. 1. de eo qui duxit in matrim. eam, quam poll. per adulte. Iason in l. fin. in vlt. col. ff. de condictione sine causa. clarius Bar. in l. eum, qui. ff. de statu. homi. idem Abb. in d. c. cum inhibitio, & ibi Mari. Soc. Old. cons. 256. Clemẽs epus in fine: quare filij sunt legitimi, non solum quo ad successionẽ; nã succedunt patri, & alijs con-

iunctis personis ut est tex. in c. 2. & cap. ex tenore, extra qui filij sint leg. dumtamen matrimonium sit contractum secundum consuetudinem ecclesiæ, ut notatur 32. q. 1. c. 11. & 35. q. 7. c. 1. & C. de incest. nupt. l. si quis incesti. Bal. in c. innotuit, extra de elect. non solum in patrimonialib. &
4 in feudalibus † secundum tex. in ca. 1. §. naturales, col. 3. uer. pone quod non tenet matrimoniũ. tit. si de feudo fuer. controuers. inter domi. & agna. sed etiam quo ad ordines, ut Abbas dicit per glo. ibi in d. c. ex tenore. Et hoc fauore filiorum: nam lex quantum potest fauet filijs, ut in dubio sint legitimi, facit tex. in l. miles §. defuncto, ff. de adulter. ubi quamuis maritus prob t uxorem adulterium commisisseta: men filius natus in matrimonio censetur natus ex eodem patre, notat etiam Bal. in l. filiũ col. fi. ff. de his, qui sunt sui, uel alie. iur. facit tex. in l. libere, ff. de ritu nupt. Hinc & si de iure canonico ex cohabitatione masculi, & fœminæ re-
5 spectu ipsorum uiuentium non præsumatur matrimonium, sed fornicatio, 30. q. 5. c. aliter. glo. in uerbo uxorem, in c. illud, extra de præsumptio. Vnde longęua cohabitatio cum copula infert concubinatum, & non matrimonium, nisi aliud probetur, c. illud, & ibi ponderant Doctores, maximè D. Ant. de Butrio extra de præsump. immo nec si longęuæ cohabitationi addatur, quod quis nominasset pro cõiuge mulierem, quã cognouisset carnaliter: nam ex hoc nõ inducitur plena, & sufficiens præsumptio contracti matrimonij, d c. illud, & l. neque fine, C. de nupti. nisi ultra superius dicta concurreret fama uiciniæ, & notatur in d. c. illud, Alex. de Imo. 5. vol. consi. 150. n. 10. & seq. Abbas in c. per tuas, nu. 2. extra Qui filij sint leg. ubi dicit, quod ad
6 probandam legitimationem † satis est probare, quod opinio uicinię habebat parentes fuisse legitimè coniunctos, nisi per testes probetur oppositum, & ita ex dicto tex. in d. ca. per tuas, probatur, quod probatio testium pręfertur communi opinioni uiciniæ: igitur nisi concurrat maior pars uiciniæ non inducitur probatio pro matrimonio, quo ad coniuges, tamen respectu filiorum, ut illi
7 dicantur legitimi, † præsumitur matrimonium, ut notanter concludit Abbas in cap. lator num. 6. Qui filij sint legit. in glossa penult. Decius. 1. volum. consi. 153. numer. 2. quod autem diximus præsumi matrimoniũ, vt filij dicantur legitimi, dicit Baldus in d. cap. innotuit, in fine, extra de elect. non uidetur procedere quo ad electionem ad episcopatum. Quare in proposito cum tam primum matrimonium, quam secundum fuerit publice contractum, marito secundo probabiliter ignorante de primo: nam erant de diuersis prouincijs longe absentes, & in una contractum fuit primum, & in alia secundum, tamen filij erunt legitimi, & nec aliquam pœnam debet pati secũdus maritus, ut in d. c. ex tenore. ita tenet Ioan. a Capistr. in summa de pœnit. & remiss. n. 280. Vlterius pater filiorum erat in quasi possessione
8 mr̃imonij, † ex quo palã & sine ulla contradictione ecclesiæ, & bona fide contraxit iuxta Concilium. Vnde maritus, & vxor reputabantur, d. c. 2. & c. ex tenore: Vnde ista quasi possessio sufficit, ut filij dicantur legitimi. Ita in terminis tenet Do. Anto. de Butrio in d. c. 2. Quare ex his omnibus patet prædictos filios natos ex matrimonio putatiuo dici legitimos quo ad ius succedendi, & quo ad ordines, sed non quo ad episcopatum, cum nec etiam legitimati per subsequens matrimonium possint promoueri ad episcopatum sine dispensatione, ita Abbas in c. ad extirpandas nu. 11. extra de filijs presbyter.

ner. Igitur erunt legitimi quo ad ius succedendi etiam in feudalibus, & quo ad ordines, & hoc fauore filiorum, cum fauores conueniat amplia ri, & odia restringi, regula odia.

TERTIA, DIFFICVLTAS.

An dicta mulier sciens adesse hoc impedimentum, debeat hoc illi denunciare, uel simul cohabitare, non petendo, uel reddendo debitum.

SVMMARIVM.

1 *Maritus conscius cõsanguinitatis cum sua cõiuge an debeat abstinere a debito iubente episcopo, ne abstineat.*
2 *Forum iudiciale, & pœnitẽtiale in causa matrimonij multum differunt.*
3 *Maritus non tenetur credere uxori nec contra matrimonium, nec pro.*
4 *Vxor an credere teneatur marito asserenti se cum alia prius contraxisse.*
5 *Mater etiam in extremis an teneatur dicere filio se esse illegitimum.*
6 *Confessio facta in extremis non nocet contra se nisi sit iurata.*
7 *Testi iurato non creditur nec pro matrimonio nec contra in causa propria quod qualiter intelligetur nu. seq.*
8 *Peccatum ad indicandum homo tenetur facere quicquid potest.*
9 *Diffamanti aliquem iniuste quid iniungendum.*
10 *Peccatum mortale ob nullum metum incurrendum, & de quinque malis sub eo. num.*
11 *Maritus, qui de facto contraxit cum secunda, an debeat ei dicere.*
12 *Scandalum omnino euitandum salua triplici ueritate.*
13 *Irregularitatem, & homicidium in casus euadit si fuga esset ei ignominiosa.*
14 *Mulier secundo nubens, quando cogatur redire ad primum maritum.*
15 *Maritus non tenetur accipere uxorem, quæ secundo nupsit.*
16 *Mulier, quando non potest resistere coitui, quid faciet, ut non peccet, nu. sequen.*
18 *Coactio quæ a peccato excuset.*

CIRCA hanc tertiam difficultatem, An mulier sciens adesse hoc impedimentum, debeat marito denunciare, uel simul cohabitare non petendo, uel nec reddendo debitum. priusquam deuenio ad decisionem huius difficultatis dico primo, quod dictũ glossæ in cap. si quis, inquit uerbo se parauerint 1. quæst. 2. quod maritus sciens se uxori in primo gradu affini
1 nitatis, † licet in probando consanguinitatem defecerit, debet abstinere ab eius toro, etiam iubente episcopo, ne abstineat, argum. textus in c. si quis præpostera, distin. 50. & quod si episcopus excommunicet, debet patienter illam ferre, cum non ligetur apud Deum, 11. quæst. 3. cap. quo modo, & cap. quid obest, nihil agit: quia ibi agitur in foro exteriori, hic autem interiori, & forum iudiciale, & pœnitentiale in causa matrimo-
2 nij † multum differunt, cap. inquisitioni, extra de sent. excommunic. ubi Doctores. Vnde cum sit casus diuersus, de eo non est habenda ratio, l. Papinianus exuli, ff. de minor. xxv. an. Quare accedendo ad quæstionẽ, quod nõ dẽat mulier uiro inscio hoc denunciare, cum habeat iustam causam ignorantiæ. c. uerum, de eo, qui duxit in matrim. & quod nec sit sibi in pœnitentia iniungendum, facit primo: quia uir non tenetur ei crede
3 re † nec pro matrimonio, nec contra, cap. consanguinei, extra de sent. & re. iudic. quia si hoc esset, multoties eluderetur ecclesia, facit quod legitur, & notatur in cap. super eo. de eo, qui cogno. consangu. vxo. suę, & cap. super eo, extra de testi: quia uox vnius, vox nullius, extra de te-

stibus cap. iusiurandi, & cap. de illo, de eo, qui cogn. consang. uxo. suæ. quod enim probari non potest, taceri debet, 6. q. 7 cap. si tantum, & cap. placuit. 3. quæst. 5. c. plerique dictum enim vnius nec iustificat, & nec condemnat, 32. q. 2. cap. admonere. extra de testi. c. licet. Vnde nec iudici credendum est, extra de probat. c. quoniam, C. de mand. principum, l. 1. vnde frustra diceret. Hinc dixit Ioan. Andreas, quem refert Petrus de Anchar. in cap. ueniens, extra de eo, qui duxit in matrim. num. 3. quod si uir secundæ vxori affirmet se cum alia
4 contraxisse prius, † & quod plus est, etiam in foro conscientiæ facit hoc sibi dici a sacerdote, & persuadere, ut ab eius cohabitatione discedat, potest mulier viro dicere, Non credo tibi, & per assertionem suam non debet matrimonium illud separari licet enim huiusmodi assertio possit reddere mulierem dubiam, & ancipitem, tamen ista dubietas, æquiparatur potius ignorantiæ, quam scientiæ, l. fin. de condic. indeb. l. manifestius, §. si autem dubius, C. de furt. Et hæc procedunt, quando matrimonium esset contractum in facie ecclesiæ iuxta Concilium Tridentinum, quo casu cũ sit uxori ius quæsitum, requiritur, ut certioretur, antequam a uiro discedat, cap. Dominus extra de secund. nupt. Item hæc uera in foro contentioso: nam in foro conscientiæ consuluit Ioanes Andreas, quod semper abstineat. Ex quo enim probabiliter aliqd audit: quia quod tutius, & certius est respectu animæ, semper seruandum est, extra de sponsalibus, capitulo iuuenis, extra de homic. c. ad audiẽtiam.
5 facit a simili, quod † mater tenetur dicere filio illum non esse legitimũ, quotiescunque crederet spurium nõ esse sibi crediturum, iuxta glossam in cap. officij, extra de pœniten. & remiss. Couarr. in regula peccatum 2. part. §. 1. numero sexto. Quod procedit, etiam si mater esset in extremis, cum non omnis moriens credatur iustus, Grammat. decisio. 42. numero 9. & decis. 56. numero 16. sic Panormit. in ca. fin. de success. ab intestat. dicit, quod confessio facta in
6 extremis non nocet contra se, † nisi fuerit iurata, & confessio facta in articulo mortis ab offenso non nocet inculpato de crimine, l. si quis in graui, §. primo, ff. ad Syllan. Additio ad Panormit. in d. capitulo fin. uerbo An confessio. Quare cum maritus non teneatur credere, reuelatio esset frustratoria, si cõualesceret, sicut refert Petrus de Paluda in 4. sentent. distinctio. 27. quæstio. secunda 4. conclusio. nam cum quædam mulier reuelasset marito ad consilium curati, odio habita est nimis. Secundo: quia nunquam creditur uni
7 testi, nec pro matrimonio, † nec contra in causa propria. Vnde dicit Imperator in l. omnibus, Cod. de testibus. omnibus in re propria dicendi testimonia facultatem uolumus esse submotam, quod procedit etiam si quacunque fulgeat dignitate, capitulo nuper, capitu. cum a nobis, extra de testibus, ubi dicit textus, quod nullius testimonio quantuncunque religiosus existat, nisi iuratus deposuerit, in alterius præiudicium credi debet. Hinc Geminianus in c. nobilissimus distin. 97. dicit, quod non creditur officialibus sine litteris imperialibus uolentibus capere bona alicuius, Codice de iure fisci, libro decimo, l. prohibitum. immo glossa in dicto capitulo nuper, dicit, quod nec testi iurato creditur in alterius præiu-
8 dicium, † quod intellige quo ad efficacem probationem: quia quo ad præsumptionem creditur ut ibi per glossam, sed modo hic agitur de dicto mulieris non iurato, quod tendit in graue præiudicium dissoli-

soli-

soluendi matrimonium: ergo. Tertio, nemo tenetur prodere seipsum de crimine occulto, nisi in confessione, capit. quis aliquando, §. non tibi dico, de pœnit. dist. 1. eo magis, quando se manifestando periclitaretur vita, vel fama sua. At ex parte aduersa, quod teneatur marito iudicare, primo facit: quia tenetur facere quicquid potest ad indicandum pec
9 catum: † Etenim licet maritus non teneatur credere, tamen possibile est, quod acquiescat, & inquirat veritatem, sicut & prædicator tenetur impio indicare impietatem suam, quamuis ille non semper acquiescat, alias sanguinem eius Dominus requiret de manu sua: vnde quod dicitur de proditione, quod nemo tenetur prodere se de peccato suo, maxime, quando periclitatur fama, aut vita, non procedit in illo, qui non potest dignè, ac perfecte satisfacere de peccato suo occulto: nam tunc debet se ipsum prodere, & sibi hoc in confessione iniungi potest, & debet. Exempli gratia de delicto, quod est iam in pendenti, si ob tuum falsum testimonium vinctus quispiam est, qui morti addicitur, profecto teneris etiam cum periculo vitæ tuæ illum morti eripere, in quam tu adigis. Sic in diffamante aliquem iniu
10 stè falso, † isti iniungi debet, vt reuocet dictum suum, quando ex ipso actu fama dependet, vt recuperari possit, Sotus de iustit. & iur. lib. 4. quæst. 6 art. 3. col. 8. & ratio est, quia delictum est in pendenti, & cũ quis non vult a morte eripere infantem, vel reintegrare famam innocentis, est in peccato mortali: ergo tenetur prodere id, quod est occultum, vt se eripiat a peccato mortali: sic nisi mulier reuelauerit viro primas nuptias, quoties exigit, vel reddit debitum, toties peccat mortaliter. Quod si quis obijciat hoc non esse faciendũ cum tãto discrimine vitæ, vel famę. Respondeo, quòd immo sic, tum auctoritate, cum ratione, & primo auctoritate textus in capit. sacris, extra de his, quæ vi, vbi habetur, quod pro nullo metu quis debet incurrere pec
11 catum mortale, † vbi considero illud verbum nullo: ergo nec pro metu corporis, aut famæ. Secundo per textum in cap. ita ne, 32. quęst. 5. vbi habetur, quod potius quis debet quęcunque mala tolerare, quam malo consentire, vt appellatione malorũ veniunt quinque, hoc est infamia, inopia, ęgritudo, inimicitia, & mors. Ista enim sunt mala terribilia, quæ Christus Dominus noster pro ineffabili in genus humanum charitate substituit, vt diximus in serm. spirit. libro 2. dominicæ 13. post Pentecosten: ergo mulier hæc potius indicãdo exponere se debet discrimini substinendi aliquid horum malum, quã cohabitando in eodem toro subijcere se probabili periculo peccati mortalis, exigendo, vel reddendo debitum, cum nõ vxor, sed adultera sit, cap. cum per bellicam 34. q. 2. & ca. cum in captiuitate, & capit. si virgo. vnde de duobus malis debet eligere minus malum, cap. nerui, ca. duo, dist. 13. sed malũ animæ, hoc est peccatum mortale grauius est malo corporis, cap. cum infirmitas, de pœnit. & remissi. ergo ex ordine charitatis præponenda est vita spiritualis vitæ corporali, d. capitu. cum infirmitas. Quid ergo dicẽdum, Stephanus de Gaeta, in c. ad limina, de sacramento matrimonij 30. q. 1. nu. 46. uidetur decidere hanc quæstionem, sic
12 inquiens, an autẽ, qui de facto † cõtraxit cum secunda ignorante, debeat ei hoc dicere, & uidetur consulendum ei, quod non dicat: quia si postquam dixerit ei, ipsa scienter cohabitauerit ei carnaliter prima viuẽte, ex tunc illa mortua non possunt contrahere matrimonium, qui possent, si illa semper ignorasset, si etiã

dicat ei, ipsa non tenetur ei credere, cum sit occultum, & nihilominus si non credat, posset postea inter eos esse matrimonium, quod nō posset, si postea ei crediderit, & per adulterium permiserit se ab eo pollui. Ego autem in hac ardua quæstione dico Steph. de Gaeta non decidisse casum nr̄um, sed tm̄ ad finem contrahendi mr̄imon ū, mortua prima cōiuge hoc est, Quid erat agēdū ut possit contrahi mr̄imoniū? ubi dicit, qd. uiuente prima, qui contraxit cū secunda inscia de primo matrimonio contracto, non debet ei hoc denunciare, rationibus ab eo allatis, & vxor inscia quæ bona fide contraxit, a reatu adulterij excusatur, l. eum, qui duas, ff. de adulter. l. si contra, C. de incest. nupt. Quare in casu nostro ego potius inclinarem in partem negatiuam, quod non teneatur ei hoc indicare, quando aliter posset satisfieri hoc est, quod possunt haberi secretissimo modo: unde cōtraria procedunt quando aliter satisfieri non posset. igitur consulerem uxori, ut quam fieri potest, uirum hortaretur ut uiuerēt in continentia tanquam germani, quod eo magis ei persuaderi potest: quia cum ipsa, (ut præsupponitur) prope est senilem ætatem: quia postquam primo uiro nupsit, stetit concubina cum amasio per annos xviij. in figura matrimonij, & postea effecta vidua præsumpta iterum nupsit, & stetit per alios octo cum secundo, cum quo cōtraxit iuxta concilium: quare potest illum hortari, ut assensum præbeat ad uiuendum in continentia. Quod si maritus acquiescere nollet, tunc non est bonum remedium illud, ut denunciet factum ordinario loci: quia si ordinarius reponeret mulierem in loco tuto, posset maritus petere, ut sibi restituatur vxor, etiam si ipsa obijciat matrimonium non tenere, cap. ex transmissa, de restit. spoliat.

Tum etiam ad remouendum scandalum uicinorum, quod omnino est 13 remouendum, † salua tamen triplici ueritate, uitæ, iustitiæ, & doctrinæ, de quibus ueritatibus loquitur glossa in auth. de fide instrum. §. si uero morientur in fin. coll. 6. Nec ut arripiat fugam: quia esset illi ignominiosa; Hinc ad euitandam ignominiam illicitum fit licitum: vnde licet inuasus non euadat irregularitatem, & homicidium, quando arripiendo fugam posset mortis periculum euitare, tamen fallit, si secundū
14 personæ qualitatem fuga † esset ei ignominiosa, argum. ff. ex quib. cau. maio. l. in ea, & ff. de manumiss. uind. l. iuxta: nam & alias conseruatio honoris præfertur utilitati rerum, ff. ex quibus caus. maior. l. in eas, de manum. uindicta l. iuxta, ubi textus æquiparat conseruationem uitæ, & honoris, §. suspectus, inst. de suspect. tutoribus. Quare ego in ea sum sententia, ut consulatur huic mulieri, ut adeat ordinarium loci, qui specialem curam habere debet de ouibus sibi commissis, argum. de minori ad maius in cap. hoc uidetur, uerbo prodesse 22. q. 5. & referat seriem facti, qui ordinarius faciat eo meliori modo, quo potest, diligētem indaginē, an primus maritus uiuat, quod si uixerit, certioretur de statu uxoris, qd. si contentatur illam accipere in cōiugem suam, tunc cogitur mulier
15 redire † ad primum maritum, ut habetur in cap. accepisti, de sponsa. duorum, & restituatur illi cum cautione iuratoria, quod in omnibus eam tractabit, sicut uir tenetur tractare uxorem, & nec lædet eam nec in persona, neque in rebus, nec in aliquo modo eam dehonestabit, salua tamen correctione maritali, & honesta, iuxta tex. in cap. de benedicto 32. q. 1. secundum formam 35. q. 5. cap. ab isto, quod si mulier non confidit de iuramento uiri, præstabit

bit ille cautionem fideiussoriam, uel pignoratitiam sub pœna, extra de restitu. spoliat. cap. ex transmissa, & c. literas, & si nec cum dictis cautionibus de primo uiro confidit: quia ueretur mortem, & tunc quia licitum est modis omnibus redimere proprium sanguinem, ff. de bonis eorum, qui mortem sibi consciscunt, l. 1. non est ei consignanda, ut tenere uidetur Anchar. in cap. plerunque, de donat. inter uir & vxo. nu. 2. ponens hanc quæstionem. Quid si mu
16 lier adultera timens uirum, † & propter hoc ab eo recedit, an possit ab eo repetente discedere hac ratione: quia non confidit de uiro propter offensam sibi illatam, & dixit quod sic hac ratione: quia modis omnibus licitum est proprium sanguinem redimere, quamuis in hūc metum incidat ex culpa sua. Pariter si illam tāquam adulteram primus maritus recusaret accipere: quia ad hoc non tenetur, ut in cap. significasti, extra de diuort. 32. q. 1. c. dixi 27. q. 2. cap. Agathosa, & tunc separetur a secundo uiro, & reponatur per ordinariū in loco aliquo tuto, argum. tex. in c. Iudæorum, 28. q. 1. ut ad agendam pœnitentiam in monasterium, argum. tex. in cap. gaudemus, de conuers. coniug. & uiuat de manibus suis, uel prouideat ei episcopus eo meliori modo, quo potest, interiori uero quod non sit explosa intentio mariti sit in domo posterioris præsumpti uiri, & tunc nullo modo se componat, aut præparet ad actum, & animo non consentiat. sic enim
17 non peccat, † quamuis sensibilem delectationem habeat de actu tali, cum sit naturalis, ita tamen, quod non habeat delectationem uoluntatie deliberatam, facit dictum Soti lib. 5. q. 1. art. 5. exemplum poni potest de muliere apud Turcas, uel latrones, quæ cum scit nihil sibi proficere huiusmodi resistentias, satis dicit animo non consentire, quod si animo cōsentiret, uel propter minas, uel metum mortis, tunc peccaret mortaliter toties, quoties, cap. inquisitioni, de sent. excommunic. d. c. sacris, & cap. ita sane. facit a simili de
18 coactione, † quæ excusat, cap. presbyteros, dist. 50. cap. maiores, extra de Bapt. non tñ si sit conditionalis, Im. in d. c. sacris nu. 6. facit etiam a simili de rancore iniusto: quia si est in uoluntate est peccatum, secus autem si est in sensu: quia ille expelli non potest, sicut nec amor, Syluest. in uerbo charitas q. 6.

QVARTA DIFFICVLTAS.

An possit matrimonium ratificari, si certa fuerit de morte sui coniugis.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonium præsumptum quando possit ratificari.*

2 *Maritata, quæ uiuēte primo carnaliter cognoscit secundum, qui machinatur mortem primi cum effectu, nunquam potest ducere secundum.*

3 *Matrimonium non contractum iuxta concilium nunquam ualet, nisi iuxta illud fiat: fallit tamen in uno casu tantum.*

1 CIRCA hanc ultimam quęstionem An possit ultimum matrimonium ratificari, † constituo plures casus. Quorum primus. Vltimū matrimonium non potest ratificari ab ea, quæ marito uiuente de facto contrahit cum aliquo sciente eam habere alterum uirum.

Secundus, Maritus, qui mortuo primo scit de nouo uxorem suam, quam duxit habuisse alium maritum, potest, si uult, matrimonium ratificare, vel diuortium petere, ex-

tra de eo qui dux. in matrimo. cap. 1. & capitulo ueniens, ita tamen, quod si postquam sciuit, carnalis copula praecesserit, non potest diuortium petere, argumen. extra de coniug. seruo. cap. proposuit, & capit. fina.

Tertius, Maritus, qui ab initio fuit ignorans uxorem alium habere uirum, si postea eo viuente factus est conscius, non debet carnaliter cognoscere uxorem, Alias impediretur contrahere matrimonium cum ea, argum. extra de praesumpt. cap. fin. in fine 34. q. 2. cap. si uirgo. extra de secund. nuptijs cap. si dominus. Quod quidem est intelligendum, quando primum matrimonium fuit uerum, alias non praestaret impedimentum secundo, extra de spõsalibus, c. ueniens.

2 Quartus. Quae uiuente primo † carnaliter cognoscit secundum, qui machinatur mortem primo cum effectu, nunquam potest ducere secundum uirum, de conuers. fidel. cap. 1. & cap. super, Steph. de Gaeta in d. cap. super limina, numero 416. igitur ex his omnibus concludendum arbitror quod cum haec mulier uiuente primo coniuge secundum huius rei nescium duxerit maritũ, is mortuo primo licite potest remanere cum illa nouo consensu interueniẽte, textus apertus in cap. ueniens, extra de eo, qui dux. in matrim. Nõ

3 tamen oportebit † denuo facere denunciationes, uel matrimonium contrahi iuxta concilium, hoc est coram parocho, & duobus, uel tribus testibus, ne oriatur scandalum; sed satis est si impedimentum fuerit notum coniugibus, secreto iterũ consentiant, uel si mulier tantum nouerit impedimentum, dissimulanter maritum persuadeat, ut eam habeat pro coniuge, ita a simili dixit Sotus in 4. senten. distinct. 28. quaestio. primi, articul. . & disti nct. 27. quaest. 1. art. 3. uersic. Alia, hinc cõ-lum. sexta Nauar. in Manua. capitulo 22. numero 86. & 70. Et haec salua, &c.

D. Iacob. de Grassijs a Cap.

De Secundis Nuptiis. Consilium II.

Consilium praesens duabus difficultatibus absoluetur.

I. An secundae nuptiae sint benedicendae, si mulier uirgo nupserit ei, qui alias habuit uxorem, & fuit benedictus.

II. Quid si post benedictionem, ante tamen copulam carnalem matrimonium fuit separatum, uel per mortem uiri, uel ob aliud iustum impedimentum consanguinitatis, uel affinitatis.

SVMMARIVM.

1 *Benedictio nuptialis duplex.*
2 *Nuptiae secundae includunt etiam vlteriores, vt tertias, & quartas.*
Titulus de secundis nuptijs tria dicta principalia includit sub nu. 2.
3 *Benedictio semel habita semper durat.*
4 *Benedictio nuptialis potest iterari in virgine nondum benedicta, & ita seruatur in aliquibus locis.*
5 *Consuetudo valet in sacramentalibus.*
6 *Benedictio an sit facienda inuiduis nõdum benedictis.*
7 *Sacerdos qua poena puniatur benedicens secundas nuptias.*
8 *Peccatum an sit mortale consummare matrimonium ante benedictionem.*

Circa hanc quaestionem Redemptoris crucifixi nomine inuocato, & Beatissimae Mariae semper virginis suffragio implorato; ad eius euidẽtiam duo sunt notanda. & primũ, quòd duplex est

1 benedictio nuptialis, † vna, de qua

30.q. 5. c. 1.2. & 3. per totum. & de clandest.despons.c.cum inhibitio,& per Hostié.in Sum. illius tit. §.quot modis, in princ. Alia est de qua ad præsens, quæ fit cum pallio, cui nubentes supponuntur,& quibusdam proprijs orationibus,& præfatione, de qua loquitur textus in ca. 1. & c. vir autem,tit.nostro. Secundo præmittendum est, quòd appellatione secundarum nuptiarum includun-
2 tur omnes vlteriores nuptiæ, † siue sint tertiæ, quartæ, vel vlteriores, l. 1.ff.de vulgari,& puppil. subst. Ancha.in d.rubr. nostra,in fine.quibus sic præmissis dico, quòd licet textus in d. c.vir, aut mulier velit, ꝙ mulier virgo non sit benedicenda, si nupserit alicui viduo qui fuit benedictus,ibi ponderãdo vir, aut mulier: nam dictio,aut stat pro velle,l.sæpe, ff.de verb.sig.Zabarella in d. c. vir. Tum etiam, quia fuit idem titulus de secundis nuptijs, qui habet tria dicta principalia: nam primum est de secundis nuptijs non contrahendis,antequam habeatur certitudo de morte coniugis, ut c.2. eod. tit. Secundum de non prohibendis secundis nuptijs infra annum luctus,eod. tit.c.pen.& fin. & tertium de secundis nuptijs non benedicendis,c.1.& 3.eod.tit.& ratio redditur per Ioan. Andr.in d.c.uir: quia benedictio se-
3 mel habita semper durat, † & transeundo ad secundas nuptias benedictas communicat benedictionem illam contrahenti secum: nam cum caro benedicta non benedictæ per carnis copulam coniungitur, vtraque ex dicta mixtura intelligitur benedicta, sicut aqua non benedicta benedictæ miscetur,extra de consec. eccle. uel alia. c. quod in dubijs, & nec mirum: Sanctificatur enim vir infidelis per mulierem fidelem, & e conuerso.1.Corinth.7.28.q.1.§.1. Tamen his nó obstãtibus,hodie seruatur in praxi, vt refert Ignat. Lopez

ad praxim crimin. Bern. Diaz, c.68. l. B.quòd si fœmina non dum fuisset benedicta,potest tunc solenniter benedici, & ita potest uterque bene-
4 dici, † & hæc fuit sententia S.Thomæ in 4.sent. dist.41. ad finem, quæ in praxi seruatur, vt fatetur Henricus Boich in d.c.uir, aut femina,vbi glossa idẽ notat,& frequentior vsus eam recipit, vt testatur Couar. in 4. decre.2.par.c.8.§.11.nu.2.Nauar.in Manu.c.22.nu.83. Hanc etiam consuetudinem testatur Anchar.in d.c. vir, nu.4. valde inualuisse in multis locis, quæ quidem approbatur ab aliquibus ea ratione,quia tota benedictio funditur super muliere, ex quo igitur mulier nunquam fuit benedicta, dabitur, quia nihil in uiro dicitur iterari. Et hæc consuetudo est in praxi in ciuitate Neapolitana, ut quando mulier est tantum uirgo, iteretur benedictio omnium, ita dixit quidam insignis modernus in
5 sua praxi, c.72. Quæ quidẽ † consuetudo (quamuis de iure contrarium sit dicendum, ut dixit Anch.in d.c. uir in fine,) ualet in sacramentalibus, ut firmat Nauar.ubi supra per c. de trina iuncta glossa, de consecr. dist.4.& c.1.de tempor.ordinat. sed quid si omnes sint uidui,sed non fue-
6 rant alias benedicti,† dic quòd possunt de nouo benedici, arg.tex.in d. c.vir, aut. Nauar. vbi sup. sed Neapoli si vidua non fuit benedicta,iteratur benedictio omnium, secus si vir tantum. Qua tamen pœna puniendus sit sacerdos benedicens se-
7 cundas nuptias,† textus in d.c.1.tit. nostro dicit, quòd suspenditur ab officio, & beneficio, & mittendus est ad Apostolicam sedem: hinc colligit ibi Zabar. quòd vt patet ex pœna,quæ imponitur,graue est crimen benedicere secundas nuptias, Astẽs. titul.7. Quis potest ab excommun. absol.artic.2.uersic.6. Vnde uidetur quod cum tali alius, quam Papa di-

pa dispensare non possit, ut notat Astens. hoc titul. in fin. Et notandum, quod, & si dicat tex. in d. cap. 1. quod sit suspensus, tamen secundum Hostiensem, quem sequitur Anton. de Butrio non intelligitur suspensus ipso facto, sed suspendendus per sententiam, ut et tenet Couar. qui sup. nu. 2. uer. pœna. sic pœna illa, ut mittatur ad Romanam curiam omnino tollitur per quandam extrauag. Ioã. xxij. ut refert Couar. & Ignatius Lopez qui supra l. C. sed hodie secundum communem arbitrio iudicis erit puniendus clericus in hoc delinquens, Bern. Diaz. in d. cap. 68. sed an sit peccatum mortale consũmare matrimonium ante benedictionem
8 nuptialem, † uide Couar. in 4. part. 2. cap. 7. §. 2. numer. 2. Nauar. in Manu. c. 16. nu. 38. Victoria in sum. sacram. tit. de matrim. num. 267. Syluestr. in uerbo Debitum coniugale, nume. 11. Armill. num. 12. Caiet. in summa in uerbo Matrimonium §. matrimonij peccata, uersicul. Octauum Caput. Nos in 1. part. nostr. decis. lib. 2. c. 82. num. 1. ubi affirmauimus non esse peccatum, nisi benedictio omitteretur ex contemptu. esset autem contemptus, quando quis perinde benedictionem paruipenderet, ac si non esset ab ecclesia instituta, sed esset res uana, Sotus in 4. sentent. distinct. 28. quæst. 1. artic. 2. uersic. postrema. Immo ex Conc. Triden. can. 11. sess. 24. si quis benedictionem nuptiarum damnauerit, esset anathema.

Secunda Difficultas.

Quid si post benedictionem ante tamen carnalem copulam matrimonium fuit separatum, uel post mortem uiri, uel ob aliud iustum impedimentum consanguinitatis, uel affinitatis, ita quod alter, uel uterque eorum ad secundas nuptias conuolauerit an debeant benedici.

Summarium.

1 *Virgo an sit rebenedicenda. si ante matrimonium consũmatum detecto impedimento, & matrimonio separato alteri nupserit. nu. 15. 16. & 17.*
2 *Principali deficiente deficit accessorium.*
3 *Actum nihil esse dicitur cum superest aliquid agendum.*
4 *De adulterio non punitur contrahens incestas nuptias, si abstineat a matrimonio non perficiens illud.*
5 *Verba cum effectu sunt accipienda.*
6 *Lex opus requirit, sed gratia uoluntatem.*
7 *Mulieris appellatione continetur uirgo.*
8 *Nuptiæ non dicuntur proprie benedici, sed personæ.*
9 *Pœnæ sunt potius mollienda, quam exasperanda.*
10 *Epilogus eorum quæ dicta sunt.*

Circa præsentẽ difficultatẽ, Hostiens. in summa eiusdẽ titul. §. An licitum, & Astens. lib. 8. hoc tit. quæstione utrum secundæ nuptiæ, dicunt, quod non
1 debent benedici, † etiam si primum matrimonium, quod alter eorum cũ alio, uel alio contraxit, post benedictionem, & ante carnalem copulam separatur propter impedimentum cõsanguinitatis probatum, uel aliud canonicum, & alter, uel uterque eorum conuolat ad secundas nuptias, At pro contraria parte facit: quia finis primæ intentionis deficit per cõsequentes effectus, argum. extra de offic. deleg. cap. cum super Abbatia. extra de præben. cap. fi. sed primæ nuptiæ, quæ nullæ fuerunt, non possunt benedictæ uideri, argum. supra de desponsat. impub. cap. ad dissoluendum, tum etiam: quia benedictio uidetur accessoria ad nuptias: nam si

non

nō præcessissent nuptiæ, nō sequuta
2 fuisset benedictio, sed deficiēte prin
cipali deficit accessorium, ff. de regu.
iur. l. cum principale: unde non ua-
let quod sequitur ex eo, tum etiam:
quia non obest conatus: qui effectū,
non habuit: sic non punitur pœna
falsi, si id, quod falso conficitur, non
perducatur ad effectum, & ad perfe
ctam sui formam, & essentiam, ff.
de fals. l. qui falsam, in princip. & l. si
quis legatum in princip. nam forma
dat esse rei, & conseruat ea in esse,
ff. ad exhiben. l. Iulianus, §. sed & si
quis. Rursus nihil dicitur esse actū,
3 cum aliquid superest ad agendum,
ad Syllaianum, l. pen. in fine instit.
Quibus mod. testam. infirm. §. ex
eo, & ea uere perfecta sunt, quæ per
fectionis ordine sunt adimpleta, 7.
q. 1. c. nihil, & in tex. in l. si is, qui,
uersic. sed si opus, ff. de falsis, habe-
tur, quod actum non censetur id,
quod non est, secundum propriam
formam in perfectionem adductū;
sic in text. in l. si adulterium §. idem
Pollioni, ff. de adulter. dicit, quod nō
4 punitur de adulterio, † uel incestu,
si contraxit incestas nuptias, si ab-
stineat a matrimonio, non perficiēs
illud. Et non punitur de vsu pœna
falsi, si non usque ad sententiam per
seuerer, ff. de falsis, l. si falsos. Requi-
ritur enim quod effectum determi-
natum habuerit instrumētum, alias
uere falsum non dicetur, ff. quod
quisque iur. l. 1. in fine. Vnde si quis
cædat arborem teneram, idest non
perfectam, nō tenetur arborum fur-
tim cæsarum, ff. arbo. furt. cæsa. l. cer-
te. sicut etiam dicitur condemnatus
contra quem sententia lata tenet,
non quæ ratione aliqua nulla est, ff.
de re iudic. l. 4. §. condemnatum. Nā
5 uerba cū † effectu sunt accipienda,
ff. de eo, per quem factum est. l. pe-
nult. §. docere, ff. de uerb. signific. l.
nomen §. fin. vnde impugnans testa
mentum, ita demum amittit legatū

sibi in ipso testamento relictum, si
causam proinde cœptam perfecerit
in illa usque ad sententiam perseue-
rans, ff. de inoffic. testam. l. Papinia-
nus, §. meminisse, facit ff. de fur. tex.
in l. 1. 2. responso, facit regula in pœ
nis in 6. sic is, qui tenetur ad aliquid
probandum, non satisfacit legi, nisi
plene probet, de electi. cap. 1. libr. 6.
Lex enim opus requirit, sed gratia
6 uoluntatem † 15. quæst. 1. ca. si quis
non iratus: sic adulter perfecto flagi
tio capite punitur, de adulter. l. quo-
niam in fine, non perfecto, extra or-
dinem, ff. de extraordin. crim. l. 1. in
princ. Et raptor uirginis punitur am
putatione capitis. At non perfecto,
sed attentato punitur pœna deporta
tionis, C. de episc. & cler. l. si quis
non dicam rapere, secundum ueram
opinionem. Item in d. cap. uir uide-
tur loqui de corrupta, quando dicit,
uir, aut mulier, & non dicit uirgo,
agumen. ff. de contrahen. empt. l. ex
empto, §. si quis uirginem 34 dist. §.
uidua uero. Quid plura, hæc opinio
uidetur rationabilis, cum uerba sint
accipiēda cum effectu, hoc est, quod
benedictio non sit iteranda, quando
matrimonium fuerit deuentum ad
effectum, hoc est ad consūmationē.
Prima tamen opinio uidetur uerior,
cum etiam mulieris appellatione cō
7 tineatur uirgo, † ut in euang. Ioan.
Quid mihi, & tibi est mulier. & Io-
an. 19. Mulier ecce filius tuus, ad i-
dem glo. in l. mulieris, ff. de uerb. sin
gnific. de ędilit. edicto, l. quæritur, §.
mulier. & ratio est: quia nuptiæ no-
8 dicuntur proprie benedici, † sed ip-
sæ personæ, & nō potest negari, quin
in casu nostro ipsę personæ sint bene
dictæ. argum. tex. in cap. consultatio
ni, extra de tempor. ordinat. Spiritua
lis enim benedictio est tantæ effica-
ciæ, quod semper transit, nisi inue-
niat obicem contrariæ uoluntatis,
extra de baptismo cap. maiores in fi-
ne, etiam si per derisum, aut iocum
fiat,

fiat, ut 1.q.1.cap.si quis. §.ecce. Benedictio ergo semel recepta amplius amitti non potest, extra de diuort. capit. quanto, quia factę causæ non possunt haberi pro infectis, ff. de capt. & postlimi. reuers. l. in bello, §. factæ, 32. quæst 5. cap. si Paulus. vnde non obstat quod intentio uidetur deficere: quia licet intentio nuptiarum deficiat, non tamen intentio benedictionis. Immo & dans, & recipiens intendebant dare benedictionem, & recipere & matrimoniũ tenere argum. textus in cap. ex literis 1. extra de sponsal. & d. cap. consultationi. sic etiam non obstat, quod non punitur pœna falsi, si id quod falso conficitur non perducatur ad effectum, & ad perfectam sui formam, cum similibus usque numer. 7. cum omnia supradicta loquantur in pœnis, quæ
9 sunt molliendæ † potius, quam exasperandæ, ff. de pœnis, l. si de interpretatione, pro quo etiam faciunt omnia illa generalia, quod lex debet esse clemens, & mitis, facit quod notat Archidiac. 15. q. 1. ca. ulti. quod clericus amputãs caput nõ mortui sit irregularis. Et ita ex his habetur, quod uera sit opinio Hostiensis, quod benedictio non sit iteranda si post benedictionem ante tamen carnalem copulam fuerit separatum matrimonium, ut nullum: quia si mulier iterum nubit, benedictio non est iterãda, sed modo hæc omnia breuiter reassumendo diximus quo ad primum dubium. An uirgo sit benedicenda nubenda uiduo benedicto, quod licet de iure ueritas sit quod non benedicatur, tamen in praxi seruatur sententia D. Thomæ, & ita fit Neap. ut num. 4. Quæ quidem consuetudo ualet in sacramentalibus, ut num. 5. potest tamen benedictio fieri in uiduis non dum benedictis ut numer. 6. pœna tamen sacerdotis benedicentis secundas nuptias est arbitraria. ut num. 7. Qui tamen consũmarent matrimonium ante benedictionem, non peccant, nisi id faciant in contemptum. ut num. 8. At circa secundum An benedictio sit iteranda, si post illam habitam ante tamen matrimonium consũmatum, & separatum ob aliquod impedimẽtũ uirgo alteri nupserit, & post multa a nu. 1. usq. 6. affirmauimus non esse iterandã benedictionẽ cũ non dicantur proprie benedici nuptiæ, sed personæ: unde benedictio semel habita non amittitur, ut nume. 6. Et hæc salua, &c.

D. Iacobus de Graffijs a Capua.

DE DONATIONIBVS INTER uirum & uxorem.

SVMMARIVM.

1 *Maritus, & uir idẽ uidetur significare licet aliud sit de propria significatione. num. seq. & 3.*

Vxor dicitur quasi unctio, & quare, sub num. 3.

4 *Vestes alia sunt destinata ad uxoris ornatum, & alia ad quotidianum usum, & q̃ requirãtur, ut dicantur ad quotidianum usum nu. 7.*

5 *Ornans uxorem suam dicitur ornare seipsum.*

6 *Prælati debent ornare ecclesias, quarum uiri sunt.*

8 *Vsus simpliciter dictus intelligitur quotidianus.*

9 *Vestes ueniunt appellatione alimentorum, ad quæ uir necessario tenetur.*

10 *Vestes quotidianæ in dubio denata uidentur.*

11 *Donatio non præsumitur, ubi alia potest dari coniectura.*

12 *Vestes pretiosa quando per mortem uiri uideantur uxori donatæ.*

13 *Donatio inter uiuos facta uxori pro honore uiri ualet.*

14 *Donatio quod in necessarijs non procedat, qualiter habeat locum.*

15 *Donatio inter uirum, & uxorem inter uiuos*

minos regulariter prohibita ualet in 17. casibus remissiue.

36 *Excommunicatio contra detentores rerum mariti non comprehendit uxorem detinentem uestes pretiosas in uita donatas, & in morte expresse non reuocatas.*

Consilium Vnicum.

INterrogatus, An uestes, & ornamenta facta a uiro uxori, & cõstante matrimonio donatæ, eo mortuo, & nihil de illis disposito, sint uxoris, uel retinebuntur per hæredes. Antequam deueniã ad eius decisionem, præmisso prius Diuino nomine, & Beatissimi Virginis Matris Mariæ implorato suffragio, sunt aliqua a nobis præmittenda pro ingenioli mei exiguitate, & tenuitate. & primum quod mari-
1 tus quandoque dicitur uir, † & ecõtra, ita quod uir, & maritus idem significare uideantur vnde fit, quod consuetudines Neapolitanæ permixtim ijs utuntur nominibus, ut in tit. de iure dotium. supra dixit uiro mortuo, & infra dicit, Hæredes mariti. uerum maritus de propria significa-
2 tione † nominis dicitur post contractum matrimonium, per uerba de præsenti, & antequam uxor ducatur ad domum, C. de dona. ante nupt. l. cum in te simplicem. uide glossam, C. de bonis quæ liber. l. non sine. & de uerb. signific. l. nuptias, & sic uiri aut mariti nomine non continetur sponsus. At uir sexum significat non
3 coniugium, † nisi adieceris uir eius. Maritus uero sine adiectione coniugium sonat, & dicitur a mare maritus quasi mas. Est. n. nomen primæ positionis, quod facit in diminutione masculus, i. deriuatione maritus, ita Napodanus in Rubr. de iure dotium, §. heredes mariti, nu. 74. vxor uero dicta est, quasi vnctio. mos enim erat antiquitus, ut nubẽtes puellæ simul uenirent ad limen mariti & priusquam ingrederẽtur, ornarẽt lineis uiros, & oleo ungerent secundum Pap. itẽ in ipsa festiuitate nuptiarum accipiebãt aquam, & ignẽ, ff. tit. nostro. l. Seia §. 1. in cuius loco hodie apud fideles est sacerdotalis benedictio, quæ fit etiam cum aqua benedicta, & igne thuris incensi: Ita Lucas de Penna in l. & si instrumenta, C. de fide instrum. lib. 10. Secundo præmittendum est, quod ha-
4 bemus uestes paramentales, † hoc est destinatas ad ornatum mulieris, & uestes destinatas ad quotidianũ vsum, Ad primas uidetur maritus teneri: quia ornanda est vxor per uirum eius sumptibus, argum. tex. in l. senatores, C. de incol. & ubi quis libro 10. Ad idem ff. de pignor. act. l. si quis pro uxore ij. responso. & l. quod autem. §. 1. tit. nostro, ubi uidetur teneri etiam ad unguenta, quibus magis decora fiat: etenim qui or-
5 nat uxorem suam, † ornat seipsum, sicut qui eam diligit, seipsum diligit, ad Ephes. cap. 5. sponsam quippe, & uxorem lex vult eam esse, & non scortum, 21. q. 2. cap. sicut in una in fine. & uir uxori debet beneficium affectionis, & pietatis, ff. de legat. 3. l. uxorem in princ. sic & prælati age-
6 re debent, ut & templa † & ecclesiæ Dei, quarum viri sunt, ornatæ resplẽdeãt. 86. dist. cap. non sane. §. pulcra. & econtra ornamentum prælatorum in mitra, & pontificibus est honor, & gloria ecclesiarum, de priuileg. li. 6. cap. ut Apostolicæ. Inde donationes, quæ interueniunt inter uirum, & uxorem Pompa dicuntur, C. de nuptijs. l. si donationum. Vestes uero ad quotidianum usum sunt illæ, quibus uxor utitur singulis die-
7 bus, † uel saltem alternis, quemadmodum seruitus amittatur, l. si sic. & intellige aptitudine, & non actu, sicut dicimus quotidie fit hoc, ff. de fund. instru. l. quæsitum, §. sed si fundus

dus. Item quod usus sit necessarius. ff. de suppell. legata l. uasa ærea, ff. de capti. l. 2. in princ. item per usum simpliciter intellige quotidianum: nam usus simpliciter scriptus intel-
8 ligitur quotidianus, † ff. de auro, & argen. lega. l. cum in testamento, & de uerb. signifi. l. in lege censoria, sic per vsum quotidianum intellige proprietatem plenā propter usum quotidianum scilicet singulis diebus, uel alternis, sicut dicimus. Lego Titio fundum, uidetur legari ad usum, siue proprietatem, ff. de donat. l. donationes, §. species: item per vsum quotidianū excluditur abusus: quia abusus cuiusq; rei luxuria est, ut notatur ff. de ędil. edicto l. 1. §. fi. ita Napoda. in consuet. Neapol. de muliere habente filios uerbo Ad usum. n. 41. & 42. Quibus sic pręmissis, quod uestes, & ornamenta facta a uiro vxori eo mortuo, & nihil de eis dispo sito nō sint uxoris, sed possint retineri per hæredes, primo facit: quia uestes ueniunt appellatione alimento
9 rum, † ff. de alimen. legat. l. legatis, & l. fin. & de uerb. signific. l. uictus, Atque uir necessario uxori tenetur, etiam si nulla dos intercesserit, Barto in l. si cum dotem, §. si autem, ff. solu. matri. igitur cum ad tales uestes de iure maritus teneatur, donasse sibi illa non uidetur, cum in necessitatibus donatio non dicatur, ff. de donat. l. 1. de adimend. legatis, l. rem legatam, de regul. iur. l. donari: ergo cum non sint donata, remanserunt, & erunt in bonis uiri, & consequenter pertinebunt ad eius hæredes. Rursum, quod donatio non præsumatur, patet: quia ēt si uellet uir vxori expresse illa donare nō posset, ff. de dona. inter uir. & vxor. l. si uxor. cum ibi notatis. & notatur, ff. de pignor. act. l. si uxor. præterea facit auctoritas Neapodani uiri peritissimi in cōsuet. Neapol. quæ incipit si qua moriens, in uerbo ad vsum, vbi vult, quod mortuo viro vxor non lucrifaciat Paramentales uestes, seu quæ sunt ad ornatum, sed tantum quæ sunt ad quotidianum vsum, & allegat. ff. de peculio lega. l. id uestimentum. ff. tit. nostro l. sed si uir, §. 1. ubi de hoc, quod est æstimandum secundum qualitatem, & conditionem uiri, & uxoris, Argum. ff. de usufr. leg. l. sed si quid §. mancipiorum, ibi sufficienter alere, & d. l. uestimentum, idem tenet Anto. de Butrio consil. 38. nu. 4. nam in dubio donata non
10 uidentur † sed potius commodata, ut ornatior ueniat ad uirum, ff. commod. l. si ut certo §. interdum, & ibi Bartolus numer. 1. Angelus consil. 339. Cagnolus in l. contractus, nu. 31. ff. de regul. iur. Corneus consf. 65. lib. 5. Alex. consil. 155. nu. 10. lib. 7. Socinus iunior consil. 134. num. 40. lib. 1. Corn. consil. 114. lib. 4. Affl. dt. decis. 315. nu. 2. præterea ubi potest dari alia coniectura, quam donatio-
11 nis † cessat præsumptio donationis, ut probat Alex. 2. vol. consf. 88. in 1. colum. & in consil. 167. in fine. sed modo potuit hoc maritus facere vel ob nimiā affectionem ad uxoré, uel ob nimiam importunitatem, & ita non sponte, sed necessitate ductus: vnde fit, quod in necessitatibus, nemo liberalis existit, l. legatum, ff. de adimen. legatis. Hinc fit, quod regulariter donatio inter virum, & vxorem est prohibita, l. penult. in princ. & §. 1. tit. nostro, qui textus extenditur ad matrimonium contractum per uerba de præsenti, quamuis vxor in domum viri ducta non sit: nam vxor est. At pro contraria parte facit textus in l. cum hic status, §. 1. tit. nostro, ubi si maritus post contractum matrimonium per uerba de præsenti, expresse donauit uestes pretiosas, nec postea in morte reuo-
12 catas, † tunc ista donatio, quæ alias inualida est, l. 1. & penult. tit. nostro, confirmatur morte, ita Lucas de Pē

na

na in l. mulieres, col. 2. C. de incol. & ubi quis lib. 10. quem sequitur Afflictus in d. decis. 315. uersic. Quartum & vltimum, num. 10. pro quo etiam facit ff. de legat. 2. l. sequens quæstio. Tum etiam: quia licet donatio inter
13 uirũ & vxorem regulariter sit prohibita, tamen fallit, quando fit pro honore uiri, l. si proprijs, ff. titul. nostro. Vnde si potest vxor pro honore donare uiro, nonne tenebit donatio facta per uirum vxori de uestimentis, & ornamentis, in quibus etiam ipse uir honoratus, vt prædictum est, ut notatur nume. 5. Et tenendo hanc opinionem non uidentur obstare contraria, & primum, quod ue stes ueniunt appellatione alimentorum, ad quæ uir necessario tenetur vxori, sed in necessarijs non præsu-
14 mitur donatio: † quia respondetur argumentum procedere in uestibus deputatis ad quotidianum vsum: nam illæ habentur pro parte alimentorum, l. ex animo, ff. de donat. inter vir. & vxo. glossa in l. usufructu in fine ff. solut. matrim. nam cum ad tales vestes necessario teneatur, in illis non uidetur donatio. sed nos loquimur de uestibus pretiosis, gemmis, cathenis, & alijs auro contextis, quę sunt ad ornatum mulieris: etenim illæ si simpliciter conceduntur, non uidentur donatę vxori, ita ut illas transmittat ad suos hæredes, sed uidentur concessæ, ut magis ornatæ vxores incedant, l. mortis suæ causa §. 1. ff. de donat. int. vir. & vxo. Petr. de Anchar. consil. 181. incipiente in prædicto dubio, Anto. de Butr. cons. 39. quod incipit Maior pars consil. 50. quod incipit. Gilius. igitur cum tales vestes pretiosæ, & ornamenta non ueniant appellatione alimentorum, fit, quod si expresse donauerit, nec postea reperiuntur in morte reuocata, tunc talis donatio, quæ inualida fuit, ut in l. 1. & pen. ff. de donat. int. uir. & vxor. conualidatur morte, d. l. cum hic status At quę vestes sint deputatæ ad quotidianum vsum, vel ad ornamentum, in hoc multũ versari debet arbitrium iudicis in considerando nobilitatem, & diuitias viri, & vxoris dotem, An illa sit magna, si fructus dotis multum excrescant, ita Afflict. decis. 315. nu. 3. & 4. sic nec obstat secundum; nam fatemur expresse in vita vestes donare non posse, ita ut donatio sit ualida, sed donata morte confirmari. si non expresse reuocentur. Pariter ad Neapodanum responderi potest vxorem non lucrari uestes pretiosas, quæ non fuerunt donatæ a marito in uita, uel etsi donatæ fuerint in morte reuocatæ, sic ad Quartum, vbi potest dari aliqua coniectura, quã donationis, non præsumitur donatio, fatemur, verum hic in uita fuit facta donatio quamuis inualida, quę tamen cum morte non fuerit reuocata, videntur dictæ uestes pretiosæ, & aliæ donatæ causa mortis, quæ nõ est prohibita fieri a marito vxori, ut dixit Lucas de Pen. ubi supra. Dicẽs donationẽ inter virũ, & vxorẽ regu-
15 lariter esse prohibitam, tñ fallit in 17. casibus, & inter alios ponit qñ donatur causa mortis. Et ita habetis decisum casum, qui frequenter accidit: nam mortuo marito vxores abscondunt vestes pretiosas, & ornamenta, Deinde emittitur excommunicatio per hæredes uiri contra detẽptores rerum mariti, & scientes, &
16 non reuelantes: † quia in huiusmodi casu vxor, quæ detinet vestes pretiosas sibi a marito donatas, quas in morte postea nihil disponit, non incidit in excommunicationem, cum uestes illæ sint uxoris, & non uiri, quod idem dicendum de uestibus quotidianis, quibus utitur uxor necessario singulis diebus, vel alternatim. Et hæc salua &c.

D. Iacobus de Graffijs a Cap.

CON-

CONSILIORVM SIVE RESPONSORVM LIBER QVINTVS.

DE SIMONIA. Consilium I.

Quidam dum ab ordinario examinaretur ad ordinem subdiaconatus, & fuisset in examine reprobatus ob defectum scientiæ, accessit ad notarium, corruptoque eo pecunia, ad hoc ut ascriberetur in lista approbatorum, tempore præfixo comparuit cum alijs, Dumque legerentur ij, qui erant approbati, aduocatus est & ipse, sicque suscepit cum alijs ordinem subdiaconatus, sed cum cō scientiæ pulsaretur stimulis, se male, & perperam fecisse, noluit susceptū ordinem exercere. Interim uero publicato iubilęo S.D.N. Pauli V. quo facultas dabatur absoluendi a quibuscunque censuris, confessarium petijt, & exposita serie facti fuit dubitatum illum uigore Iubilęi non posse absolui, cum fuerit Simoniacus in ordine, & ita effectus irregularis modo pro elucidatione præsentis casus

Consilium hoc quinque difficultatibus absoluetur.

I. An Episcopus fuerit in culpa conferens sacrum ordinem ei, quem de recenti reprobauerat.

II. An simoniacus in ordine realis cū sit excommunicatus recipiat ordinem taliter ordinatus.

III. An talis simoniacus per receptionem ordinis sacri sciēter factam sit ipso facto irregularis.

IIII. An possit ordines minores exercere.

V. An habita dispensatione possit iste exercere ordinem Simoniace susceptum, cum duret defectus ignorantiæ.

PRIMAE DIFFICVLTATIS SVMMARIVM.

1 *Ignorantia probabilis resultat ex multitudine agendorum.*

2 *Excommunicatio latæ sententiæ de more apponi solet ab episcopis.*

Circa hanc difficultatem, An episcopus fuerit in culpa conferendo sacrum ordinem ei, quem de recenti reprobauerat. Inuocato prius Diuino nomine, & Beatissimæ Virginis matris Mariæ implorato suffragio, ut intercedere dignetur pro me serulo suo, quod mihi aperiat uiā ueritatis circa præsentē qōnē. dico breuiter pro mei ingenioli exiguitate, ꝙ uidetur dicendum, & tenendum pro parte affirmatiua: nam in facto non excusat ignorantia, l. quisquis, C. de rescindenda uendit. sed contra uerius, quod excusetur propter probabilem ignorantiam, quæ resultat
1 ex multitudine agendorum, † ut notat Bar. in l. non fatetur, ff. de confess. & ideo per totum titulum de eo qui ordines furtim suscepit, nihil dicitur de culpa episcopi conferentis, sed furtiue suscipientis, addenotandum, quod in conferente probabilis ignorantia excusat, cap. Apostol cæ, extra de cler. excomm. ministr. cap. si uero 1. extra de sent. excommunic.

ita

ita Petr. de Ancharan. in capitulo fina. de eo, qui furt. ord. suscc. Hinc etiam ad designandum, quod episcopi non fuerint in culpa, sed ordinant ex ignorantia probabili, fit, quod de more consueuerunt in ordinibus
2 † conferendis sub excommunicationis latæ sententiæ pœna prohibere, ne quis audeat se ingerere, qui non fuit approbatus, ut dixit Ignatius Lopez ad prax. crimin. Bern. Diaz. capitulo 25. l. B.

SECVNDA DIFFICVLTAS.

An simoniacus in ordine realis cum sit excommunicatus, recipiat ordinem taliter ordinatus.

S V M M A R I V M.

1 *Simoniacus in ordine realis excommunicatus ordinatus an recipiat ordinem.*

2 *Matrimonium spirituale, siue temporale contractum ab excommunicato tenet.*

IRCA secundam hanc quæstionem, An simoniacus in ordine realis, sicque excommunicatus re-
1 cipiat † ordinem, Dico quod sic. ita probatur in dicto capitulo fin. de eo qui fur. in verbo susceptis ordinib. ex quibus verbis colligitur, quod ordinatus excommunicatus recipit caracterem, licet quidam dicant, quod sic ordinatus illum non recipiat: nã si hoc esset, nec ordinatus esset: quia ordo non est sine caractere, suscipit tamen hunc caracterem quasi furtiue contra Domini voluntatem, Dicunt tamen aliqui iuristæ ut refert Præpositus, in capitulo statuimus, 2. 1. quæst. 1. quod habent tales simoniaci caracteré vitiosum, sed male dicunt: quia nullus caracter est vitiosus, quantumuis vitiose acceperint eum simoniaci. igitur concludendũ est cũ Hosti. in tit. de clerico per saltum. prom. in summa, in §. primo quod qualiscunque ordo conferatur siue per saltum, siue gradatim caracter confertur, non tamen executio,
2 sic excommunicatus † contrahit matrimonium spirituale emittendo professionem in religione, cap. cum illorum, de senten. excommunic. ita pariter contrahit carnale, & illud tenet cap. significasti, de eo qui dux. in matrimo.

TERTIA, ET QVARTA Difficultas.

An talis simoniacus per receptionem ordinis sacri scienter factam sit ipso facto irregularis, & possit ordines minores exercere.

S V M M A R I V M.

1 *Ordinati simoniace a simoniacis, & simoniace a non simoniacis, & non simoniace a simoniacis qui sint.*

2 *Nihil pro collatione quorumcunque ordinum etiam prima tonsura dandum est.*

3 *Literadimissoriaque, & aliæ speciales & aliæ generales.*

4 *Ordinem furtiue suscipiens quis dicatur.*

5 *Ordinatum idem est non esse & non esse debito modo.*

6 *Conditionis euentus non constituit quem in mora.*

7 *Irregularitas contrahitur, uel quia excommunicatus existens, aut suspensus ordinatur.*

8 *Excommunicatio ob participationem cum excommunicato ut incurratur quid necessarium.*

9 *Veniens contra excommunicatione mulatam contra facientes se ordinare furtiue, est irregularis, numero sequen.*

11 *Excommunicatus potest quis esse uno eodemque actu & irregularis.*
12 *Mora non nascitur immediate ex obligatione.*
13 *Episcopus licet possit dispensare ex irregularitate occulta uigore concilij, non tamen ex hac, quae contrahitur per furtiuam receptionem ordinum, & nec uigore Iubilei, si daretur facultas dispensandi.*

CIRCA praesentem difficultatẽ numero tertium, An talis excommunicatus per receptionem ordinis sacri scienter factam sit ipso facto irregularis. Respondeo pro euidentia huius dubij, quod quidam ordinantur
2 simoniace scienter a simoniacis, (vt in simonia ex utraque parte completa, scilicet ordinatoris, & ordinati, per receptionem pecuniae pro ipso ordine conferendo. Alij ordinantur simoniace a non simoniacis, hoc est quando simonia est tantum ex parte ordinati, qui pretium dat alicui consiliario episcopi, eo ignorante, quod omnino prohibitum est per Concilium Tridentinum sess. 21. capitulo 1. de reformat. ut nihil pro collatione quorumcunque ordinum e-
2 tiam clericalis tonsurae, nec pro literis dimissorijs, per quas conceditur facultas a suo praesule, ut possit ordinandus a designato quodam episcopo ordinibus insigniri, & istae dicun-
3 tur literae dimissoriae speciales, † quarum effectus est, quod si ab aliquo alio ordinetur, ordinibus receptis minime poterit uti, cum nulla exinde facultas emanet. eo, quod unius concessio alterius censetur exclusio, l. cum praetor. ff. de iudic. cap. nonne, extra de praesumpt. Quandoque conceduntur, quod possit ordinari a quocunque Antistite gratiam, & communionem sedis Apostolicae habente, cap. pen. extra de praescript. & sic arctabuntur nullo ordinatum impedimento. Igitur nec pro literis dimissorijs, aut testimonialibus, nec pro sigillo nec alia quacunque de causa etiam sponte oblatum episcopi, & alij ordinum collatores, aut eorum ministri quouis praetextu accipere possunt. Alij ordinantur non simoniace a simoniacis, scilicet, quando tantum interuenit simonia ex parte ordinatoris, vt quia in eadem ordinatione ipse committit simoniam cũ aliquo uice ordinandi sibi dante pecuniam ignorante eo, aut suscipit ordinem, & tunc ordinatus excusabitur a labe simoniae, nisi in pecunia danda saltem tacite consentiret, uel pecuniam postea soluerit: quia simoniacus est censendus, & simoniace ordinatus, 1. quaest. 1. cap. qui studet, & cap. quibusdam, ita Zabar. & Anchar. in d. cap. de simoniac. eod. titu. Praepositus in cap. statuimus, 2. nu. 5. 1. quaestio. 1. in casu igitur nostro iste fuit ordinatus simoniace: quia fuit data pecunia notario, ut poneret illum inter approbatos, non tamẽ fuit ordinatus a simoniaco: quia de hoc erat episcopus ignorans: secũdo praemitto, quod huiusmodi consulens uidetur esse de illis, qui furti-
4 ue ordines susceperunt, † cum sine licentia superioris, & sine examine ingesserit se cum multitudine ordinandorum ignorante ordinatore, Abb. in rubr. de eo, q furtiuum ordi. susce. gl. in c. 1. uerbo furtiue, eod. titul. sed iste sine examine, & approbatione se ingessit: quia licet fuerit examinatus, tamen fuit reprobatus: ergo succedit regula, quod idem est non esse ordinatum, & esse non debito
5 modo, † ad hoc extra de translat. episc. cap. inter corporalia, secundum Hostiensem ibi. Praepositus in cap. sollicitudo, dist. 51. numero 2. in fi. Quare iura, quae militant in furtiue ordinato, militant in casu nostro. His igitur sic breuiter praemissis, qui illic

iste non efficiatur irregularis, facit tex. in l. quod dicimus, extra de solut. vbi per illam legem, & rationem dixit ibi Bar. nu. 5. quod euentus con-
6 ditionis non constituit quem in mora, nam absurdum est, quod quis obligetur; & eodem momento constituatur in mora, & statim teneatur soluere, ut etiam dixit in l. ita stipulatus, num. 50. de verbo. obligat. quē sequitur Decius cons. 2. nume. 5. dicens hanc esse communem opinionem: ergo sic videtur dicendum in casu nostro, etenim cum irregularitas contrahatur, uel quia existens excommunicatus, uel suspensus recipit ordines, † cap. si celebrat vbi Do-
7 ctores, extra de cler. excom. minist. c cum illorum, de sent. excom. & c. is, cui. eo. tit. in 6. sit, quod nō vr̄ posse dicit ꝙ quis uno, eodemq; tpe faciat aliquid, ob quod excommunicationem incurrat, eodemque momento fiat irregularis, sic facit textus in cap. si concubinæ, de sent. excomm. vbi ad incurrendam excommunicationem ob participationem in eodē crimine, oportet, ut communicans communicet in eodem crimine, ob quod lata est excommunicatio, postquam lata est per sententiam. sic ergo in casu nostro uidetur dicēdum, ut post collationem ordinis simoniacus exerceat ordinem, ut fiat irregularis. At pro contraria parte, quæ mihi uerior uidetur, & illam affirmauimus in nostris decisionibus, 1. part. lib. 2. cap. 98. nume. 5. dico simoniacum realem in ordine esse irregularem, & primo hoc probatur per iura pontificia per textum in cap. 1. de eo, qui furtiue ordi. susce. vbi si lata est excommunicatio contra facientes se ordinari furtiuè, qui furtiue suscepit ordines, eo ipso est irregula-
8 ris. † Quare episcopus non potest dispensare, ut ministret in sic suscepto & nec super non furtiue susceptis, ita Dom. Cardin. in d. capitulo 1. nu. 2. uersic. sed tunc, optimus tex. in ca. fin. eodem titul. qui proprie loquitur de eo, qui suscipit ordinem post excommunicationem. ibi sub excommunicationis sententia. ubi glossa in notabilibus illius textus dicit, quod qui post excommunicationem latam, ne aliquis recipiat duos sacros ordines, eodem die hos susceperit, episcopus cum eo dispensare non potest, idem affirmauit Cardin. ibi. uersic oppono in eo. Et hæc opinio est magis communis secundum Abbatem, in d. c. 1. nu. 4. vt solus Papa dispenset, quando excommunicatio erat promulgata contra facientem, & addit rationem: quia tunc iste ordinatus est irregularis, eo quod susceperit ordinem contra inhibitionem sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, sic in capitulo fin. eodem. titul. numero 4. dicit Panormitanus: quare furtiuè ordinatus
9 suspenditur † ab omnibus ordinibus, hoc est ab executione oīum ordinū ut etiā dixit Vlricus in sua summa, quem refert Præpositus in d. capitulo statuimus, nu. 3. Cum furtiua receptio non impediat caracteris impressionem, sed solum executionem, vt etiam Panormitanus dixit in tertio notabili respons. numero 4. quia excommunicatio præcessit, & iste est effectus irregularis, sed modo per extrauagantem Pauli ij. quæ incipit. Cum detestabile titul. nostro, excom-
10 municentur simoniaci reales, † qui furtiue recipiunt ordines sacros, cui etiam similis est alia extrauagans Martini V. in Concil. Constan. Nec non alia Pij V. quæ incipit cum primum, §. & vt simoniacæ prauitates, quæ est constitutio V. in ordine. ubi hanc Pauli ij. constitutionem inuiolabiliter seruari mandat, & delinquētes tam in sacrorum ordinum receptione, vel collatione, quam in beneficiorum assecutione alijs pœnis afficit, vt dixit Gregorius Sayrus lib. 3.

de censu cap. 30. nu. 6. uersic. tertia excommunicatio. Item est & alia Sixti V. quæ incipit sanctum, & salutare, quæ in verbo cæterum renouat omnes censuras, & pœnas contra simoniace ordinantes a sacris canonibus, & Apostolicis constitutionibus inflictas, nec non contra male promotos, quibus nequaquam derogare intēdit: ergo eodē mō assumens ordinem per simoniam realem præcedente datione, & receptione erit irregularis, cum sub pœna excommunicationis sit prohibita illa ordinatio per dictam extrauag. 2. de sim. quæ est registrata in extrauag. communibus, quæ probat, quod uno eodemque actu potest quis fieri excom
11 municatus, † & irregularis, ex actione sua, sicut eodem tempore, & per eundem actum fit contractus, & obligatio, quæ ex eo nascitur, & actio, quæ ex obligatione nascitur, l. licet, §. ea obligatio, & ibi glo. ff. de procurat. notatur in §. 1. Inst. de action. sic uno, eodemque tempore quis homicida est, & irregularis, cap. miror, capit. si quis viduam, distinct. 50. & per totum titul. de homicid. Quare non obstant in contrarium adducta: nam ad primum respondetur diuersam esse rationem inter obligationem soluendi, & moram soluendi ex una parte, & inter excommunicationem, & irregularitatem, quæ nascitur ex excommunicatione ex altera: quia mora non nascitur im-
12 mediate ex obligatione, ut habetur, in l. quod dicimus, ff. de solut. quia post euentum conditionis datur aliquod tempus arbitrarium ad soluendum: irregularitas autem sic ex ordinatione inhibita sub excommunicatione latæ sententię, ut prędictum est. sic neque obstat secundum. Etenim non est eadem ratio de excommunicatione, quæ incurritur communicando cum excommunicato in peccato, ob quod est excommunicatus, & in casu nostro non requiritur illud, ut probatur in dicto capitulo primo, & fina. de eo, qui furtim ordin. suscep. Et ita ex his patet verum esse quod diximus, in prima parte nostrarum decis. capitulo 98. numero quinto, hoc est simoniacum realem in ordine esse irregularem. Ex quibus etiam patet responsio ad quartum dubium. poterat tamen episcopus super hac irregularitate dispensare, si occulta est, non deducta in iudicium,
13 † non solum uigore Concilij Tridentini, sessio. 24. capitulo sexto, sed etiam de iure communi, ut notatur in capitulo de simoniace, titulo nostro, & per Domin. Anton. in capitulo post translationem, numer. 39. de renūcia. ut etiam refert Nauar. tit. nostro consil. 56. & nos, qui supra, numero quinto in fine. Verum hodie per constitutionem Sixti V. quæ incipit sanctum, & salutare, non potest. Immo etiam si concessa est facultas uigore Iubilæi dispensandi su-
14 per irregularitatibus † per dictam constitutionem denegatur facultas dispensandi. sic neque sub prætextu Maris magni, uel cruciatæ, vel alijs similibus. sic etiam sublata est facultas superioribus religionum, quam habebant vigore priuilegiorum circa suos subditos in casibus expressis in dicta constitutione, ut refert Viualdus in explicatione huius constitut. numero decimo nono, uigesimo, & 21. nisi tantum in mortis articulo.

Vltima Difficvltas.

An habita dispensatione possit iste simoniacus occultus ordinem exercere simoniace susceptum, cum duret impedimentum, scilicet defectus scientiæ.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Dispensatione habita An possit exercere ordinem simoniace susceptum, si duret defectus scientia.*
2 *Epilogus eorum, qua dicta sunt.*

CIRCA ultimam difficultatẽ An habita dispensatione possit iste simoniacus occultus ordinem exercere simoniace susceptum cum duret impedimẽtum
1 scilicet defectus scientiæ. † Respondeo esse ptimum absolutionem, & dispensationem petendam in utroque foro, conscientiæ, & exteriori, a summo Pontifice, ut patet per dictam constit. Sixti V. Quare si petens expresserit ueritatem negotij, & summus Pontifex concesserit, ut collatio simoniace facta sit ualida, & quod possit exercere, non erit dubitandum posse. si uero expressit falsum, uel tacuit, uel sub inuolucro uerborum Papa non percepit ueritatem, credimus talem absolutionẽ, & dispensationem esse nullius momenti. At si simpliciter petijt dispẽsationem ob simoniam realem completam cum notario, ut ascriberet ipsum, qui fuit reprobatus in lista approbatorum, & ita fuit ordinatus nulla facta mentione de defectu sciẽtiæ, qui etiam durat, & tunc arbitramur saluo semper meliori iudicio dispensationem extendi circa præterita, ut sit absolutus ab excommunicatione contracta, & irregularitate, non autem, quod in futurum possit exercere dictum ordinem stante impedimento, nisi examinatus ad ordinem diaconatus fuerit repertus sciẽtificus. Interim uero abstinere debet: quod si dixerit se esse scientificum, dicto eius non est standum, c. quis aliquando, de pœnit. dist. 1. c. quidam maligni. 5. quæst. 1. sed modo omnia hęc breuiter restringendo diximus non esse in culpa episcopum conferendo ordinem sacrum
2 ei, quem de recenti reprobauerat, cum uersetur in probabili ignorantia, quæ resultat ex multitudine agendorum. Rursus in 2. difficultate diximus, quod qualiscunque ordo siue per saltum, siue gradatim conferatur, caracter confertur, non tamen executio: sic excommunicatus uere profitetur religionem, & matrimonium si contrahit, tenet. prætetea affirmauimus in 3. difficultate a nu. 7. vsque in finem, quod talis excommunicatus p receptionẽ ordinis sacri indebite factam ut simoniacus simoniacè ordinatus est irregularis, cum susceperit ordinem pręcedente inhibitione sub pœna excommunicationis latæ sententiæ: tamen poterit episcopus dispensare super hac irregularitate, si occulta est, ut patet num. 13. & nec uigore cuiuscunque Gratiæ, uel Iubilęi ut nu. 14. cætera uero supple in 5. hac difficultate. Et hæc salua &c.

D. Iacob. de Graffijs à Cap.

DE SIMONIA.

Thema Consil. II.

Casus talis accidit in facto. Petrus possidet quoddam beneficium, cuius bona, & territoria occupata detinentur a quodam barone, contra quẽ super eorũ recuperatione persequitur litem iam hinc ab annis uiginti quatuor inceptam, cum sit ipse beneficiatus paupertimus. Modo quæritur an ut facilius flectat detentorem ad restituendum, possit promittere resignationem dicti beneficij in personam filij baronis absque simoniæ labe, sperando uel pensionem, uel recompensationem alicuius alterius beneficij.

SVMMARIVM.

1 *Redimere an liceat, si detentor restituere non uult.*

2 *Pecuniam dans pro redimenda uexatione in spiritualibus an committat simoniam.*

3 *Pecuniam dare pro temporalibus ad uexationem redimendam licet absque peccato.*

4 *Potens multipliciter dicitur. numer. 11. & quæ præsumantur contra potentes.*

5 *Vexationem redimere non uidetur contra bonos mores.*

6 *Malum minus eligendum de duobus malis necessario euenturis.*

7 *Pecuniam accipere sub usuris quando non peccatum.*

8 *Pecunia pro sacramento baptismi ad uexationem redimendam licite datur.*

9 *Simonia quando non committatur dando pecuniam.*

10 *Et quid si pecunia datur pro iure quæsito tuendo.*

12 *Propria auctoritate an liceat mihi capere quod debetur.*

13 *Renunciatio beneficij libera esse debet, unde non facienda in certam personam. num. 19.*

14 *Beneficium curatum accipere animo non suscipiendi presbyterium infra annum peccatum est morta.*

15 *Minus malum ad euitandum maius in quibus casibus procedat.*

16 *Redimere uexationem ut licite fiat, quæ requiruntur, nu. 18.*

17 *Redimere uexationem in temporalibus potest quis tam pro iure quærendo, quam quæsito.*

20 *Renunciare cum spe, & propter spem differunt.*

21 *Occupans bona ecclesiastica committit furtum qualificatum, & sacrilegium.*

IRCA præsens dubium Diuino prius inuocato nomine: & Beatissimæ Mariæ semper virginis implorato suffragio, pro parte affirmatiua uidetur dicendum, quod sic. & primo: quia
1 si detentor non vult restituere, † licet se redimere, C. de condictio. ob turp. caus. l. quod euitandi, de hac materia habetur per Ioan. in cap. nullus episcopus 2. uerbo Restituat, 1. qu. 1. & 1. q. 3. c. quæsitum, in quibus locis habetur, quod qui uexatur iniustè, & indebitè, uexationem suam iuste, & licite redimere potest, extra de usur. cap. 1. tit. nostro, cap. dilectus. Immo si quid dederit, repetere potest, d. l. quod euitandi, & licet ex parte recipientis simonia contrahitur, non tamen ex parte dantis, ut habetur in d. cap. quæsitum. ubi episcopi compellebant monachos redimere altaria, hoc est ecclesias, & decimas ut ibi in textu exprimitur, de hoc est. tex. in terminis in cap. dilectus 1. extra de simo. & hanc sententiam sequitur Innocen. eod. titul. in cap. ad aures, ubi præcipitur recipienti, ut restituat quod accepit, ex quo apparet, quod qui dedit, pro redimenda uexatione sua dedit & simoniam taliter dando non commisit. † si enim
2 simoniam commisisset, non præciperetur sibi restitui quod debuit, ut ibi Doctores sentiunt. & ex hoc etiã habetur, quod id potest repeti, quod in tali casu datur, quod pariter notatur per Archidiac. in d. cap. nullus episcopus, & d. cap. quæsitum. Rursum dare pecuniam iudici, uel alteri iustitiæ ministro non animo corrumpendi, sed uexationis redimendæ, ut iustitiam administret, † seu
3 absque mora iustitiam litiganti exhibeat, litemque secundum iustitiæ tramitem definiat, non peccat, ut probatur per glossam in cap. qui recte 11. quæst. 3. & repetit quod debet, ad hoc, ff. de condic. ob turp. causam l. 3. & l. si ob turpem, 14. quæst. 5. cap. non sane, glossa finalis, & ibi Archid. in d. cap. non sane. Nec quidat,

dat, dicitur cooperari peccato iudicis: quia illi dat, quasi inuitus, & coactus: quia uidet, & probabiliter timet, quod nisi dederit, iudex non accipiens non est suo officio bene functurus, ut diximus in 4 par. nostrarum decis. lib. 2. cap. 123. nu. 1. & 2. Quare ex his omnibus uidetur concludendum, quod cum beneficiatus non possit recuperare bona beneficij ob potentiam aduersarij tam in
4 diuitijs, † quam in fauore, cum præsumantur potentes impressionem inferre debilibus, item præsumuntur eos etiam iniurijs afficere, ff. de officio præsidis, l. illicitas §. ne potentiores, quod possit beneficiatus renunciare beneficium in manibus Papæ, ita tamen, ut iuxta Gregorium decimum tertiũ, una cũ renunciatione unius præsentetur petitio filij baronis, cui beneficiatus vult renunciare, uel renunciare beneficium in fauorem illius designatæ personæ, ita tamen, ut se submittat dispositioni superioris, ut nos diximus in quarta part. nostrar. decisio. libro 2. cap. 97. nu. 87. & hoc sperando pensionem, uel recompensationem alicuius beneficij: nam talis beneficiatus non uidetur peccare, cum hoc facit ad redimendam uexationem, cũ
5 illam redimere non sit † contra bonos mores, l. athletas, in fi. ff. de his, qui notantur infam. Accedat etiam: quia iste beneficiatus ob prosecutionem litis per tot annos deuenit ad maximam inopiã, ita quod nisi hoc faciat, vel oportet eum mẽdicare in ignominiam ordinis clericalis, contra sacrosanctum Concilium Tridentinum sess. 21. cap. 11. uel constituit se in maxima necessitate uiuendi, vnde de duobus malis necessario
6 euenturis eligit minus malum, † iuxta tex. in cap. duo, & cap. sequen. distinct. 13. 22. q. 4. cap. quod Dauid, & cap. si aliquid, cum duobus sequẽtibus cap. hoc est, ut renunciet, quãuis ille renũciationem accipiat cum peccato, quam quod ille nolens restituere bona beneficij, sit illius homicida, sicut a simili possum petere pecuniam simpliciter mutuo, uerũ si ille nolit mutuare nisi sub usuris,
7 † si illam accipio, vt mea consulam necessitati, non mea, sed illius erit culpa: sic pro sacramento necessita-
8 tis, ut est baptismus, sine quo quis non potest introire in regnum cælorum, cap. debitum, de bapt. & cap. nulla, de consecr. dist. 4. potest dari pecunia sacerdoti, si tamen vult aliter baptizare cum ex necessitate donet, nõ vt emat spirituale, sed potius ad redimendam uexationem, vt tollat iniustum impedimentum, quod ad non acquirendam uitam æternam foret infanti, ita Gemin. in cap. qui sincera, distinct. 45. Quod intellige, quando non reperiretur alius, qui baptizaret scilicet infantem: nam secus de adulto dicendum, qui baptizari per pecuniam minime debet: nam ex quo credit, nec per eum restat quo minus baptizetur, habetur pro baptizato, ita uidetur concludere glossa in cap. baptizandis... qu. 1. argum. in cap. debitum, extra de baptis. & in cap. 2. extra de presbyt. baptiz. & quod in his notatur in glossis. Potest etiam adultus se facere baptizare a laico: quia a quocunque sit baptismi sacramentum collatum, tenet, ut in cap. 1. in uerbo sacramentum, extra de sum. Trin. & fid. cath. ita Abbas in cap. cum in ecclesiæ, num. 5. & ibi Additio in uerbo pecunia tit. nõ. igitur sicut põt dari pecunia, ut baptizetur infans sacerdoti ad redimendam vexationem, ut infans acquirat uitam æternam, xiij. dist. quod ait Lothus. & ibi gloss. & 46. dist. c. sicut, quando ille non vult aliter baptizare, & nõ ẽ alius, qui baptizet: ut quia nemo reperitur, qui sciat formam baptismi. iuxta gloss. in d. cap. baptizandis, ita etiam vide

tur posse redimi uexatio pro necessitate corporis, facit textus in ca. cum uoluntate, de senten. excommunic. ubi licita est communio cum excõmunicato pro salute animæ excommunicati, & tamen etiam Doctores extendunt pro salute corporis. Accedat etiam dictum Hostiensis in cap. dilectus 1. extra de simo. vbi
9 qui dat pecuniam alicui prælato, † qui iniuste interdixit subditum ab officio, uel beneficio, vel iniuste eum excommunicauit ut illum restituat ad officium, uel beneficium, uel absoluat eum ab excommunicatione iniustè lata, simoniam non committit: quia ex hoc nullum ius acquirit, sed solum retinet acquisitum, quod licet, arg. 1. q. 3. c. quæsitum, extra de vsur. cap. 1. licet ille, qui recipit simoniam committat, & ratio est: quia hoc fit ad redimendam uexationem suam, iuxta illud, Redimentes tempus: quoniam dies mali sunt, facit etiam glossa in cap. altaria, 1. q. 3. vbi potest ecclesia parochialis redimere decimas ab iniusto detentore. Sic clericus potest dare aliquid Laico, qui iniuste eum molestat, uel cum facit cum ob suam potentiam euitare tãquam excõicatum. sic Ioan. Andr. in cap. ad aures, num. 3. titul. nostro dixit licitum esse alicui dare pecu-
10 niam, † ne spolietur ecclesia, uel ne sine causæ cognitione violentiam patiatur, uel quando imminet graue periculum: ut quia per superiorem consequi non possum ius meum, licet mihi redimere vexationem meã, exempli gratia, si persona, cũ qua litigarem, esset persona valde potens, contra quam uix, aut nunquam possem uictoriam retinere, ita Panormit. & Felin. in d. cap. dilectus. Quo casu in cõscientia mihi credendum est: quia tali casu possum aliquid uexationis causa dare. etenim potentio-
11 ribus pares esse non possumus, † l. 3. ff. de alien. iudic. quod idem extenderem, quando non esset potens in diuitijs, sed fauore, aut calumnia plenus: nam tunc etiam licitum esset beneficium renunciare, facit glossa in d. cap. dilectus. 1. sic ob potentiam aduersarij aliquid licet, quod alias non liceret: vnde dixit glossa in cap.
12 ius gentium dist. 1. quod licet † mihi propria auctoritate capere quod alias mihi debetur, quando id, quod mihi debetur, certum est esse meũ, & certo sciam ob potentiam aduersarij non posse uia iuridica rem illam meam recuperare, Doctores, & Innocent. in cap. olim, de restit. spoliat. in cap. quia plerique, extra de immunit. eccle. Nos in 1. par. lib. 2. nostrarum decis. cap. 93. nu. 9. & seq. At quando potest quis sibi ipsi ius dicere, uide Lucam de Penna in l. generali, columna secunda, C. de decur. libro decimo, sic Innocent. in d. capitulo ad aures, numer. primo dixit, quod pro iure meo tuendo licet dare aliquid, ubi iniuste a potente opprimor, & illud facile per superiorẽ consequi non possum. At pro parte negatiua, quod non possit beneficiatus renunciare beneficio, cum spe obtinendi pensionem, uel aliud beneficium. facit primo: quia renunciatio debet esse libera, ita quod nõ po-
13 test fieri in certam personam: quia tunc non valeret nec collatio alteri facta, glossa in capitulo ex parte, de officio delegat. glossa in capitulo ordinationes, prima quæstio. prima, notat Abbas in capitulo vniuersorum, colum. 1. uersic. nota ex prædictis, de rerum permut. ubi in renunciatione non habet locum contractus innominatus, Do, ut des, facio, ut facias, idem Abbas in cap. dilecto, in princip. in 2. not. extra de præben. & Abbas concludit in cap. non satis, de simonia, quod non ualet renunciatio facta beneficij cum pacto, quod renuncians habeat pensionem, ut notat Ioan. Calder. tit. nostro,

ſtro,conſ.1.& ſi hoc gerit in animo, peccat,cap.tua nos,cap.fin.de ſimo. ſicut a ſimili peccat mortaliter, qui
14 benefici † curatum acciperet cum intentione non ſuſcipiendi presbyterium intra annum,ſed tantum,ut illius fructus per annũ perciperet, & poſtea renunciaret: quia tunc in hoc caſu tenetur illius fructus reſtituere, c.commiſſa,§.cæterum, de elect. in 6. De hoc vide Sotum li.10. de iuſt. & iu. quæſt. 5. art. 6. Igitur cum iſte beneficiatus habeat in animo renunciandi certę perſonæ ſub ſpe habendi penſionem,vel beneficium, eſt ab hoc reuocandus, cum renunciatio non ſit libera,alias committeret ſimoniam, etſi reſignaret: quia deliquit reſignando, non poterit illud reſignatum, & collatum repetere,ſicut nec ille, qui ſimoniacè adeptus eſt, (ſi ſciuit animum reſignantis) retinere, per gloſſam, & Doctores in cap.conſtitutus,de tranſact. Innoc. in cap.cum vniuerſorũ, extra de rerum permut. Guido Papa conſ.172. frater Hugo. Secundo euentus iudicij eſt incertus, & quia iam fuit mota lis,debet expectari exitus rei, ff.de peculio l. quod debetur,extra de re iudic. cap. cum inter uos, C.de iudic. l. rem non nouam. Tertio,quando per ſuperiorem rem conſequi poſſum, non licet mihi redimere rem meam, ita Ioan. Andr. in cap.ad aures,extra de ſimo.ubi dicit, & dat regulam, quod nuſquam pro ſpirituali obtinendo,uel retinẽdo licet aliquid. 1. quę.1. cap. nullus epiſcopus,cap.nemo,de ſimon.Non enim debet minus peccatum com-
15 mitti,vt alterum maius euitetur,32. quæſt.5.cap.ita ne,cap.ſacris,de his, quæ ui. niſi in his caſibus, quorum primus eſt, vbi laicus iniuſtè uexat clericum. Secundus,quando prælatus iniuſtè uexat clericum ſubditũ temporaliter, & non ſpiritualiter: quare cum in caſu propoſito Laicus Baro. non uexet,ſed vexetur,& ipſe ſe defendat via iuridica,nec de facto clericus fuerit ſpoliatus, nec agatur de uexatione redimenda pro re temporali,fit, ut nullo modo poſſit fieri talis renunciatio cum tali intentione. Præterea, ut poſſit licite dari aliquid pro uexatione redimenda,mul
16 ta requiruntur,† & primum,ut non detur pro ſpiritualibus: quia pro tẽporalibus licet tam pro iure quæſito quam quærendo, Anton.de Butr.in d.cap.ad aures,num.6. Secundum, ut ſi detur pro ſpiritualibus, ſit ius quæſitum,per textũ in c. Matthęus, extra de ſimo.ita Turrecrem.in cap. quæſitum 1.q.3. nam quando datur pecunia pro iure quæſito, & conſequuto,& poſtea vexatur in eo, tunc pecunia proprie datur pro uexatione. Tertio, vt ſit in poſſeſſione: nam tunc poteſt dari pecunia ne expellatur,ſed in caſu noſtro iſte beneficiatus nõ renunciat, vt manuteneatur, & conſeruetur in poſſeſſione, ſed dat pecuniam,ut territoria beneficij recuperet, quæ occupata reperiuntur ab ipſo barone:ergo nullo modo licet, ut dixit Hoſtienſ. in d. cap. ad aures,num. 2. & tenendo hanc opinionem non obſtant ea,quę pro parte affirmatiua diximus,& primo vbi ſi detentor non vult reſtituere, licet ſe redimere. Reſpondeo illud procedere, quando poſſeſſor daret aliquid alicui ne ſpolietur, uel ſuper poſſeſſione moleſtetur,non tamen licet dare pecuniam, ut conſequatur poſſeſſionem etiam facti alicuius iuris ſpiritualis, ratio eſt: quia licet non ſit quid ſpirituale, habet commixtionẽ cum ſpirituali, in quibus connexis etiam committitur ſimonia,tit. noſtro,cap.conſulere,& cap.nemo, ita Zabar.in cap.ad aures,num.1.ueiſ. Circa hoc quęro. & ita cum beneficiatus iſte non ſit in poſſeſſione,non licet dare aliquid. ſic etiam nec obſtat ſecundum, hoc eſt tex.in c.quæſitum,

situm, 1. quæstio. 3. quia ibi ideo licitum fuit redimere vexationem: quia fuit pro iure quæsito retinendo, de quo erat monasterium in possessione, secus si erat ius quærendum, ita apparet per appositionem casus per Turrecrem. ibi. Rursum, nec obstat tertium: quia ut dari potest pecunia iudici temporali ad uexationem redimendam, ergo ita in casu nostro. Respon. quia ibi sumus in tempora
17 libus, † pro quibus licet tam pro iure quæsito, quam quærendo, l. 1. l. generaliter; ff. de calumniat. Abbas in cap. Matthęus ti. nostro. secus tamen est in spiritualibus, D. Thom. 2. 2. q. 100. art. 2. ad quintum. Pariter non obstat quod de duob. malis minus est eligendum & ita, ut renunciet cum hac spe obtinendi beneficium: nam quamuis sit hoc peccatum, tamen maius est mendicare, & constituere se in maxima necessitate uiuendi: quia nego consequentiam, cum renunciare sub spe obtinendi aliquod beneficium, aut pensionem, sit certum peccatum, cap. fin. extra de simo. sed illud, quod est sequendum, est dubium, & debet se reponere in manu Dei omnipotentis, uerum, quando esset certum, quod se poneret in probabili discrimine uitæ, tunc accipiendo pecuniam mutuo sub vsuris, ut in casu proposito, uel uitæ spiritualis, scilicet recipiendo sacramentum necessitatis, quod est baptismus, secus esset, & ita procedunt contraria. Sic nec obstat tex. in cap. dilectus 1. de sim. quia illud ideo est: quia dat pecuniā pro consequutione iuris quæsiti, de quo erat in possessione, quod non est contra assertionem nostram negatiuam, & ita etiam respondetur in d. cap. ad aures, nu. 3. sic & vltimo non obstat illud Innoc. in d. c. ad aures circa finem, vbi pro iure meo tuendo licitum est mihi dare aliquid ad uexationem redimendam: nam respondeo illud locum habere, quando ego sum in possessione illius iu-
18 ris spiritualis, At si sum extra possessionem, nullo modo licet aliquid dare pro possessione recuperanda: quia tunc non redimo vexationem, sed possessionem recupero, ita Innoc. ibi in fine, & nos supra. num. 16. Quare ex his omnibus videtur posse concludi pro parte negatiua, quod non sit licitum renunciare cum spe obtinendi a barone pensionem, uel aliud beneficiū. Puto tamen, quod si propter potentiam aduersarij, uel impotentiam beneficiati non posset beneficiatus de facili res suas consequi a-
19 pud superiorem, † ut in casu proposito, cum ab anno 1582. iste beneficiatus litigauerit cum aduersario potente, & nunquam potuerit deuenire ad decisionem causę, immo deuenerit ad maximam inopiam. Hinc ut euitet magnum præiudicium, licite possit renunciare cum hac spe obtinendi pensionem, uel aliud beneficium. sicut in simili de absolutione obtinenda dixit Ioan. Andreas, in d. cap. ad aures, ubi habetur, quod licet pro absoluendo excommunicato qui satisfecit, pretium exigi non debeat, tamen ubi per superiorem ius consequi non possum, & imminet graue periculum, uel damnum ex dilatione absolutionis, ut quia sequenti die debet fieri electio per eū, uel de eo, vel nisi agat, præscribitur contra eum, vel perit actio, tunc in talibus casibus licet redimere, ita notabiliter Panormit. in d. ca. dilectus, num. 4. Tum etiam: quia renunciat cum spe obtinendi pensionem, vel aliud beneficium, & aliud est renū-
20 ciare cum spe, & aliud propter spē: primū uř licitū, sed secundum illicitū, ut dixit gl. interlinearis 1. ad Cor. c. 9. vbi aliud est arare in spe, & aliud propter spem. Exemplum Mutuare propter spem, i. propter lucrū principaliter intentum, id est speratum,

ut illa

ut illa sit causa finalis, alias non mutuaturus, est usura, cap. cum tu, extra de usur. Non tamen prohibetur mutuũ factum cum spe circa illud, ad quod tenetur, unde potest sperare mutuans quod in simili euentu necessitatis ex charitate accipiens mutuum remutuet: ita habetur in nostris decis. in 2. par. lib. 2. cap. 24. nu. 22. Et ita arbitror remittendo me iudicio melius sentientis forte posse hoc fieri ex parte renunciantis, Verum credimus filium baronis teneri ad resignationem beneficij, si scit renunciationem non fuisse legitimè factam, & baronem peccare recipere renũciationem, & grauissime peccasse, si ipse occupauerit, uel sciuerit
21 occupata, † cum commiserit furtũ: nam occupatores rerum ecclesiasticarum non solum dicuntur committere furtum, sed sacrilegium, & non simplex furtum, sed peculatũ, quod est furtum de re publica, 23. q. 4. cap. quid ergo, ita glossa in cap. generali, & ibi Archidiac. & Gemin. de electi in 6. Et hæc, modo fiat renunciatio iuxta ea, quæ diximus, supra num. 4. Et ita ex his habetur quod licet de iure possit concludi pro parte negatiua tamen fallit mea sententia in casu prædicto. Et hæc salua &c.

D. Iacobus de Graffijs a Capua.

DE HOMICIDIO.

Thema Consil. I.

Nobilis quidam dum cum cognato ambularet, germanum obuium habuit, quem ambo odibant ex eo, quod vxorem duxerat malæ opinionis. Vnde dum cognatus rixaretur cum dicto germano, suoque cognato, irruit in eum, & in loco publico coram multis interfecit. Nullam tamen opem præstitit prædictus nobilis, licet ratum habuisset crimen, sed tã tum casu interfuit. Deinde dũ nobilis hac ex causa carceri manciparetur, & sibi homicidium imputaretur, falsis testibus conuictus fuit tortus, & ex nimio dolore crimen sibi falso impositum asseruit se commisisse. Quare ad insulam deportatus, tandem a principe indulgentiam obtinuit, qui postea pacifice uiuens togatus uxorem duxit, & post annos xxv. superstitibus filijs vxore defuncta promoueri cupit ad sacros ordines. Modo plurimi iregularem arbitrantur, & propterea indigere dispensatione Apostolica ex duplici causa, tum ob scandalum tum ob ratihabitionem, quæritur Quid iuris.

Consilium hoc unica difficultate absoluetur.

An qui casu interfuit occisioni fratris, nullam adhibens opem, sed solum ratam habens si tortus nimio dolore, cum sit innocens, fatetur, se occidisse, si habita a principe gratia de pœna, ad quam fuerat damnatus, possit absq; metu irregularitatis incursæ ob scandalum habitum, & ratihabitionem promoueri ad sacros ordines.

SVMMARIVM.

1 *Scandalum an reddat hominem irregularem, nu. 15.*
2 *Percussus si discerni non possit ex cuius ictu interijt, qui erunt irregulares.*
3 *Socius delicti præsumitur, qui non iuuat inuasum cum possit.*
4 *Credendum est in foro conscientiæ se non percussisse.*
5 *Confessio facta in iudicio facit notorium iuris.*
6 *Voluntas an imputetur in homicidio, & quid in irregularitate. num. decimosexto.*
7 *Animæ ubi periculum uertitur, præsumitur in deteriorem partem.*

Irre-

8 *Irregularis potius quis præsumitur, quam non.*
9 *Irregularis an sit, qui occidere uoluit, & non fecit.*
10 *Irregularem non facit sola præsentia.*
11 *Irregularitas non contrahitur, nisi actu homo interficiatur.*
12 *Effectus quando consideratur in pœnis spiritualibus infligendis.*
13 *Iudex dans sententiam mortis, & notarius scribens quando efficiantur irregulares.*
14 *Irregularitatis duæ species.*
17 *Irregularitas est de iure positiuo.*
18 *Pars dura in dubijs tenenda qualiter intelligatur.*
19 *Ratihabitio habet locum in delictis.*
20 *Ratihabitio duplex, & quod non procedit in irregularitate contrahenda.*
21 *Homicidium committitur quinque modis.*
22 *Ecclesia non iudicat de occultis.*
23 *Crimen omne notorium qualiter inducat irregularitatem.*

Circa præsentem quæstionem inuocato prius Diuino nomine, & Beatissimæ Virginis suffragio implorato, pro parte affirmatiua, quod sit irregularis, facit glossa notabilis in cap. ex literis 1. de homicid. in uerbo graue scandalum, quam sequuntur omnes scribentes, vbi dicit glossa. Nota,
1 quod graue scandalum † reddit hominem irregularem, vbi Felinus ibi addit notabile uerbũ solũ scandalũ sine culpa, quod quidem sumptum est ex glossa præfata in uerbo graue. Dum subdit siue punitur propter scandalum, cap. presbyterum, cap. de rectoribus, cap. tua, de clerico ægrotant. facit etiam textus, in cap. significasti 2. uer. & si forte, tit. nostro,
2 vbi habetur, qđ si plures † unũ percusserunt, sed discerni non potest ex cuius ictu percussus interijt, dicit textus, quod in hoc dubio tanquam homicidia debet haberi sacerdos, qui prius semel percussit, post cuius percussionem secutæ sunt & aliæ parochianorum. sequitur. Et si forte homicida, non sit, a sacerdotali officio abstinere debet, & ita effectus est irregularis: cum in hoc casu cessare sit tutius, quam temerè celebrare, & cum scandalo. Sed hic adest duplex scandalum: nam fuit commissum homicidium in loco publico, & coram germano, qui non iuuauit fratrem occisum: ergo sequitur, quod delicti
3 socius præsumitur, † qui non iuuat occisum, cum possit, Ioan. Andreas in c. significasti, num. 3. tit. nost: o el 2. Ad hoc etiam adde Do. Anton. de Butr. in d. c. significasti. num. 6. ubi dicit. Nota quod solum scandalum delicti commissi etiam dato, quod in ueritate delictum commissum nõ sit, causat irregularitatem. Quod est intelligendum, quando præcesserit culpa, (v.g.) quando constat de vno vulnere illato, ob qđ percussus fuit mortuus: sed cum essent plures, nescitur a quo fuerit percussus, tunc satis credit Ioan. Andr. in d. cap. significasti, num. 7. quod vbi apparet de culpa omnium, licet solus unus occiderit, ex quo quis fuerit, non constat, omnes erunt irregulares, & ita repellentur: si uero nec de aliqua culpa cõstat, omnes admittentur: quare cum homicidium fratris sui fuerit perpetratum coram ipso a socio suo, qui erat cognatus, videtur fuisse in culpa: quia potuit acclamare, vel iuuare fratrem, quod cum non fecerit, quamuis constet ipsum in conscientia non percussisse, cui in tali foro est creden
4 dum, † d. c. significasti, uersic. cum de cæteris sit credendum: quia non est uerisimile, quod quis sit immemor suæ salutis, 1. quæst. 7. cap. sancimus, ergo erit & irregularis. Prętereà delictum erat notorium, quod ipse commiserat homicidium, (quamuis alias innocens) per confessionem factam in iudicio, quæ facit notorium iuris,

iuxta

5 † iuxta textum in cap. fina extra, de cohabit. cleric. & mulier vbi delictũ sit notorium per sententiam, uel cõfessionem factam in iudicio, cui quidem confessioni in foro iudiciali stãdum est, ut dixit Ancharan. in d. cap. significasti, nume. 7. Secundo facit textus in ca. si quis, post distinct. 5 1. ex quo textu habetur, quod irregularitas non requirit opus, vbi qui gladium sumpsit, quamuis non interfecerit, modo faciat quantum in se fuerit, irregularis efficitur, sic Geminianus ibi. verbo Nota vnum intellectum. facit etiam textus in d. cap. significasti. ibi quod presbyter percutiens non habuit animum occidendi, ergo a contrario sensu sola uoluntas sufficeret, vbi Ancharanus, ibi versic. Quinto dicit, quod qui habet animum occidendi, tenetur de homicidio ab alio perpetrato, sic textus in cap. ad audientiam, de homicidio idem dicit, illum non fuisse irregularem, qui uoluntatem non habuit occidendi: ergo secus si habuerit, unde dicit ibi gloss. in uerbo habuerit, quod voluntas imputatur in homi-
6 cidio, † etsi ex suo vulnere mortuus non fuerit, argum. 1. quęst. 4. ca. quia præsulatus. & ita per voluntatem occidendi contrahitur irregularitas. Rursus quod etiam in foro conscientiæ sit irregularis, facit glossa in capitulo unico de scrutinio in ordin. faciendo, ubi quis in dubio præsumitur excommunicatus, extra de sentent. excommunic. capitulo cum desideres, §. 2. sic potius irregularis, quam non irregularis, dicto capitulo ad audientiam: quia ubi periculum animæ vertitur, præsumi-
7 tur in deteriorem partem, † & sic quamuis quilibet præsumatur bonus, tamen hic procedit, nisi agatur de salute animæ. etenim tunc non præsumitur bonus, vt via tutior eligatur, cap. iuuenis, extra de sponsal. vbi glossa notat, Abbas in cap. 2. extra de obseruat. ie un. & in capitulo fin. de his, qui fili. occid. item quilibet præsumitur bonus, nisi agatur de præiudicio alterius, vt notat Abbas in cap. cum in iure, extra de offi. deleg. & nisi agatur de aliquo promouendo, ut dicit Cardin. in clem. 1. in 11. notab. extra de concess. præbend. & nisi simus in populo: quia semper pręsumitur esse pretio corruptibilis, ut notat Abbas in cap. Osius, extra de elect. sic in specie quod ad irregularitatem præsumitur (vt supra dixi.) potius quis irregularis,
8 quam non regularis, † d. c. ad audientiam, vbi Clemens iij. sic dixit. Respondendũ circa quoddam homicidium casuale, quod cum in dubijs semitam debeamus eligere tutiorem, quis incurrit in irregularitatem, sed modo iste interfuit actioni iniustæ, & quia odibat suum fratrem ob causam: quia duxerat vxorem, quæ erat malæ famæ apud homines, & poterat aliquo modo impedire, ne frater inuasus occideretur, & non fecit, ideo debet censeri irregularis, capit. quantum, & capitulo sequenti, dist. 50. Vltimo facit glossa in cap. perniciose, de pœnit. dist. 1. vbi ponit quæstionem dicens. Sed nunquid dices
9 irregularem † clericum, qui homicidium uoluit facere, & non fecit: quia minime potuit, & respondet quod irregularis est tanquam de homicidio, quamuis non sit homicida, cap. si cui, de pœnit. dist. 1. vbi non minus deliquit is, cui sola deest facultas, quam si in ipso facto deprehenderetur, vbi tamen factum sequitur grauius est peccatum, ita glossa in d. capitulo perniciose, sed pro contraria parte quod non sit irregularis, facit, quia sola præsentia non facit
10 quem irregularem, † sed tunc, quando armatus interfuit animo occidendi, & suo consilio, auxilio, uel fauore, aut ex sua negligentia, vel cum culpa aliqua sequutum fuerit homicidium,

cidium.d.capitulo quantum,& cap. sequ. sed hic sola præsentia interfuit casu.& non consulto,& neque consilium aut auxilium, siue aliquid ex supra nominatis interfectori dedit: ergo non est irregularis, immo nec etiam irregularis erit, si uoluntatem habuerit interficiendi, & per eum non steterit: quia irregularitas non côtrahitur, nisi actu hominem quis interficiat iam animatū, glossa singularis in cap.si aliquis,extra de homic.& 15.quæst.1.cap. fina. ubi lex promotionis non consistit in uoluntate,sed in facto,& D. Thomas 1.2. quæst.20.articul.5.ad quartum dicit ex solo actu interiori non incurri in irregularitatem: nam hæc sequitur factum. Hinc quærit Archidiac. in cap.si quis,15. quæstio.2. pone quod clericus uolebat interficere hominem,sed non potuit:quia eum inuenit iam mortuum,qui volens nihilo
11 minus satisfacere iræ suæ, amputauit caput mortui, modo quærit an sit irregularis,& concludit quod nô: quia hic non fuit homo animatus, sed cadauer, & cadauer non est homo, cum homo consistat ex anima, & corpore, & c.in quadá,uerbo nisi corpus humanum, extra de celebr. missa.& lex promotionis factum requirit,d.cap.si quis,& cap.si aliquis, hoc est,si homo animatus actu interficiatur, & in proprijs terminis Archid in d.cap.fin.24.q.1.nu.3.dixit, quod irregularitatem non incurrit clericus, qui interfuit neci alterius, si interfectores non inuasisset, licet uoluntatem interficiendi habuisset: quia lex promotionis factum requirit,15.quæst.1.c.vltimo. Hinc idem Archidiac.in cap.qui bona, num.14. 17. quæst. 1. dicit quod in pœnis infligendis spiritualibus si pœna im-
12 ponatur a canone, † tunc effectus, consideratur,& non affectus. Hinc est, quod si proponens inijcere manus in clericum, uel interficere,& immisit ictum sclopeti, & non tetigit, non ligatur pœna spirituali, id est excommunicatione, cap. si quis suadente, verb.iniecerit,17.quæst.4. & nec pœna irregularitatis. Hinc etiam Archidiac.in cap.de monachis, in §.si ergo.16.q.1.& d. cap.periculose,super glossam fi.dicit,quod qui uoluit interficere aliquem, si non potuit,non est irregularis. Pariter Panormit.in cap.sententiam, & in capit.clerici, extra Ne cler. uel mona. dicit, quod iudex dans sententiam mortis,& notarius scribens,tunc de-
13 mum efficiuntur irregulares, † si cū effectu sentētia sequuta fuerit: quia ex sua volūtate nusquam quis incurrit irregularitatem, Zabar. in d.cap. sententiam,num. 3.& 4. quantumcunque quis mortem attentauerit, Syluester in verbo homicidium, 3. quęst.2. Secundo facit: quia iste nec actu,nec voluntate commisit homicidium,& nec dedit operam rei illicitæ,facit tex. in cap.dilectus, extra de homic. Non uoluntate: quia si odio habebat fratrem,causa: quia ignominiose nupsit, non tamen ex hoc uolebat interficere; quare licet fuerit ab alio interfectus,non est sibi imputandum: quia voluntas, & propositum distinguunt maleficia, de sentent excommunic. cap. cum voluntate.Non actu,quia erat inermis, nec dedit operam rei illicitæ: quia casu aduenit frater suus. Hæc sunt quæ reddunt hanc quæstionem difficilem,verum Geminianus in d. cap. si quis, volens ad concordiam reducere has opiniones, distinguit
14 duas species irregularitatis. † Nam quædam est irregularitas,quam quis incurrit pro peccato mortali,25. di. c.vnum,§.criminis,& tūc verum est quod irregularitas non requirit factum,sed sola uoluntate côtrahitur: sed quædam est irregularitas indispensabilis, de qua in cap. miror dist. 50.& hæc requirit factum, de hac loqui-

dimur ad præsens. Vnde tenendo hanc opinionem Geminiani non obstant in contrarium adducta, & primo tex in cap. ex literis 1. tit. nostro, vbi solum scandalum reddit hominem irregularem: nam illud uerum est, nisi per antiquitatem temporis sit cessatum scandalum: quia tunc cessare etiam debet effectus irregula-
15 ritatis, † ita notabiliter dixit Ioan. Andreas, quem sequitur Anton. de Burrio, Zabar. & Ancharan. in d. ca. ex literis, vbi dicunt, quod & sacerdos non prohibetur celebrare, sed modo cessatum est scandalum. iam enim fere elepsi sunt anni xxx. semper religiose uixit, vacans aduocationi: ergo sic a simili diximus in nostris decis. in 1. par cap. 28. nume. 9 quod licet cohabitatio cum muliere suspecta de incontinentia prohibeatur, tamen fallit, quando cessaret in futurum periculum recidiui, vt quia causa peccati veteris cessat: nam puella formosa facta est deformis, vel ægrota ægritudine incurabili. Et ita respondeo ad secundum de confessione facta in iudicio, quæ est notoria: quia illa confessio inducebat scandalum: sed modo ex longitudine temporis cessauit scãdalum: ergo cessare debet effectus, l. adigere, §. quamuis ff. de iure patron. cap. cum cessante, extra de appellat. Rursum facit, quod legitur, & notatur in cap. fin extra, de cler. percuss. Tertio non obstat, quod qui gladium assumpsit, licet non interfecerit, est irregularis: quia illud reprobatur, per glossam, & communiter scribentes, in cap. si aliquis, de homic. vel intelligitur de irregularitate, quam sequitur peccatum, & ita intelligitur glossa in d. cap. periculose. Nec etiam obstat textus in capitulo significasti, Nempe non fuit irregularis: quia voluntatem non habuit occidendi: ergo secus a contrario sensu: quia non habemus argumentum contrarium ob supradictas rationes, & quia licet contra regulam irregularitatis, vt dixit Matt. Sic. in capitulo ad audientiam, numero 221. extra de homic. uel responde, quod uoluntas inducit
16 irregularitatem † secundum Innocentium ibi, quando percussus etiam non lethaliter ex aliorum percussione mortuus est, & sic intelligit textum in cap. quia prælatus, 1. quæst. 4. quod Hostiensis dixit uerum, quãdo potuit liberare percussum, & nõ liberauit, argumen. tex. in cap. sicut illi, qui, extra de homic. & hoc est uerius secundum Zabar. in d. cap. significasti, numero 4 oppositione 1. sed in casu nostro iste non percussit, nec aliquid fecit consulendo uel auxiliando, sed nec potuit occisum liberare, cum mox euaginatis ensibus fuerit subsequutum homicidium. Rursus neque obstat quod in foro conscientiæ saltem se debeat iudicare irregularem, per textum in d. cap. ad audientiam. Respondeo hoc verum esse quando ille percussisset, & ex illo vulnere esset mortuus, vel quãdo intercessendo auctoritatem præstitisset, sed in casu nostro constat ipsũ nõ percussisse, & si interfuit casu inter fuit, nullã auctoritatẽ pstando, cũ esset inermis: ergo concludendũ est ex hoc capite, hunc de quo quæritur non incurrisse irregularitatem. Tum etiam: quia cum irregularitas
17 sit de iure positiuo, † extra de renunciat. cap. nisi cum pridem, potius fit interpretatio, vt non sit irregularis, quam econtra, cum pœnæ sint restringendæ, & mitigandæ. At qualiter intelligatur regula illa, q. in dubijs
18 sit tutior pars tenẽda, † uide Zabar. in d. cap. ad audientiam, nu. 10. An uero saltem debeat petere dispensationem ex eo quia tantum habuit homicidium, cum certum sit habere lo-
19 cum in delictis tanbabitiorem, † optimus textus in cap. cum quis, de sent. excommunic. in 6. vnde ut mã

dans

dans, est excommunicatus, si mãdaret clericum percuti secuto effectu, sic & ratificans, quod intellige a tempore ratihabitionis, & non percussionis, Ioann. And. in d. cap. cum quis. Vnde cum iste ratum habuerit homicidium, fit, quod ratihabitio mandato comparetur, regula ratihabitio, de reg. iur. in 6 Respondeo primum, quod consulens non habuit dictum homicidium ratum ea ratihabitione† de qua habetur. Ratum
20 habere quis dicitur id, quod eius nomine est gestum, cum homicidium non fuerit gestum nomine consulẽtis, sed dicitur habuisse ratum, id est gratum. ita Geminianus, exponit tex. in d. cap. cum quis, versicul. Ratum. Quare fit, quod tantum peccaverit mortaliter, non tamen quod incurrerit aliquam pœnam spiritualem, uel responde quod licet secundum tex. & Archidiac. in cap. si quis viduam, dist. 50. homicidium com-
21 mittatur quinque † modis scilicet facto, præcepto, consilio, voluntate, & ratihabitione, quotiescunque quis ratum habeat homicidium nomine suo commissum, d. cap. cum quis, tamen hoc intelligendum est quo ad pœnam excommunicationis, d. cap. cum quis, 1. responso, non autem irregularitatis. Et hæc, quæ dicta sunt pro hac parte negatiua scilicet quod nõ sit irregularis, procedere possunt
22 in foro cõscientiæ: nã ecclesia† nõ iudicat de occultis, di. 32. c. erubescãt. 32. q. 5. c. Christiano, 2. q. 5. c. consuluisti. & 6. q. 1. cap. si omnia, non tamen in foro exteriori, & contentioso. Etenim licet sedatum sit scandalum ob longitudinem temporis, adest tamen processus compilatus contra eam, sua confessio facta in tormẽtis se commisisse homicidium, ob quam fuit cõdemnatus: quia forum contentiosum iudicat secundum extrinsecas actiones, ideo cum possit in medium afferri processus, in ea sumus sententia hunc in foro conscientiæ non incurrisse irregularitatem, sed in foro exteriori indigere dispensatione, cum confessio facta in iudicio faciat notorium, cap. fi. de cohab. cler. & mulier. & omne crimen notorium inducit irregularitatem, ita Do. Ant. in cap. post translationem, num. 17. & 18. de renunciat. Et hæc salua & c.

D. Iacobus de Grassijs a Cap.

DE HOMICIDIO.

Consilium II.

Consilium hoc vnica difficultate absoluetur.

An irregularitas contracta ex homicidio casuali tollatur per ingressũ religionis, quod quidem homicidiũ fuit commissum coram quatuor personis, sed non fuit de eo homicida inquisitus a iudice.

SVMMARIVM.

1 *Ingressus ad religionem dupliciter considerari potest.*
2 *Legatum factum mulieri, si ingressa fuerit monasterium, intelligitur sequuta professione.*
3 *Irregularitas uel procedit ex proprio delicto uel alterius & si ex proprio, an tollatur per ingressum religionis nu. 8. cum duobus sequ.*
4 *Causæ vij in quibus alij propter aliorum crimina puniuntur.*
5 *Illegitimitas an tollatur per ingressum religionis quo ad prælaturas.*
6 *Illegitime natus religiosus effectus an absque dispensatione administrationes possit consequi, nu. seq.*
10 *Epilogus an irregularitas tollatur per religionem.*
11 *In irregularitate quo ad legitimitatem quis dispense.*
12 *Verbum Nullatenus quid significet.*

Cle-

13 *Clerici seculares quando ex dispensatione episcopi possunt promoveri.*
14 *Episcopus non dispensat cum monacho parocho, ut habeat beneficium simplex.*
15 *Cura debet potius per clericos seculares quam per monachos exerceri.*
16 *Religionis fauor dat facultatem ad dispensandum.*
17 *Super irregularitate contracta ex homicidio voluntario Papa non dispensat, nisi & c. vide nu. 19.*
18 *Ingressus ad religionem quo ad dispensationem dicitur cum effectu.*
20 *Episcopus an dispenset in homicidio casuali si delictum non esset deductum in iudicium, quod quando dicatur. nu. 21. & seq.*
23 *Abbates de iure non dispensant in irregularitatibus, nisi habuerint priuilegia post Conc Trident. & numero 24.*
25 *Occulta delicta quæ dicantur.*
27 *Fama, & indicia ius dumtaxat faciunt ut procedatur per uiam inquisitionis ad causam.*
27 *Epilogus eorum, quæ dicta fuerunt.*

CIRCA præsentem difficultatem Redẽptoris crucifixi inuocato nomine, & Beatissimæ Virginis meæ singularis patronæ implorato suffragio hæc quæstio; An irregularitas contracta ex homicidio casuali tollat per ingressum religionis, dependet ex hoc, An irregularitas tollatur per ingressum religionis. Vnde antequam deueniã ad quęstionem, sciẽdum est, quod cõ
1 siderari potest dupliciter † ingressus in religionẽ, vel vt professio sit separata, & diuersa ab ipso ingressu, vt colligitur ex c. beneficium, & c. qui post votum, de regular. in 6. c. religioso, §. 1. de sent. excom. eod. lib. Et ita procedit in vouente ingredi in religionem, cum est in dubio, an intendebat uouendo se obligare professioni: nam tunc sufficit monasterium ingredi, & ad professionem non obligatur, si regularis uitæ onera ferre diffidit. Syluester in uerbo Religio 2. q. 19. Couar. tit de pact. part. 1 §. 3. nu. 12. uer. Quod si quis. Alio modo intelligitur ingressus cum effectu, hoc est sequuta professione: nam ante professionem non dicitur quis ingressus proprie monasteriũ. ita Bart. in authen. si qua mulier, nu. 21. col. fin. C. de sacro san. eccles. Vnde legatum factum mulieri † si intrauerit
2 monasterium, non debetur, nisi fecerit professionem, ut notat Bal. Sal. & Doct in l. si quis hæredem, C. de instit. & subst. Decius cons. 330. nu. 4. Quæstio nostra est de ingressu cũ effectu, scilicet per professionem. An inquam professio tollat irregularitatem, ita ut religiosi irregulares sequuta professione possint promoueri ad ordines sacros, & ascendere ad dignitates absque dispensatione. hæc quæstio tractatur per Doctores in cap. 1. extra de fili. presbyt. & in cap. 1 de eo, qui ordi. susce. & in c. ex literarum, ubi gl. fi. de Aposta. & in c. 1. dist. 56. Vnde dico quod irregularitas potest prouenire vel ex de
3 licto proprio, aut ex delicto alterius, sicut est in filio illegitimo, quod prouenit ex delicto patris, & ita nota casum, in quo filius punitur ex delicto alterius absque eius culpa, de quo, & de alijs sex, in quibus aliqui pro
4 pter aliorum crimina puniuntur, † perlege Archid. in cap. ecclesia, n. 4. 1. q. 1. per Lucam de Penna in l. siue, C. de exactoribus, & executoribus, lib. 12. Et in hac religio suffragatur. Quare possunt illegitimi effecti religiosi promoueri ad quoscunque ordines, dist. 50. in summa. Quod intellige quoad promotionem ordinum quorũcunq; ut habetur in c. 1. de fili. presb. in 6. in uerbo maiores, & in c. 1. eod. tit. Non tamen ut præficiantur
5 ad prælaturas, † hoc est ad dignitates perpetuas, & personatus, siue capia-

capiatur dignitas in propria significatione, siue large, vt beneficia animarum curam habentia, hoc est Rectoriæ parochiales, vel Abbatiæ, quę non possunt haberi sine dispensatione Papæ, 16.q.1.c legi. Franc. in c.1. de fili. presbyt. lib.6. Et ita hoc casu nomine prælati rector parochialis continetur, alias non, extra de sepul. clement. Dudum, uersic. ab olim, & ibi Zabar. q.9. potest tamen huiusmodi illegitime natus effectus religiosus absque dispensatione habere prioratum, & administrationes sim-
6 plices. † si tamen tales sint, a quibus amoueri possunt ad nutum prælati, modo curam non habeant animarum, ca. proposuit, de filijs presbyt. An vero illegitimi repellantur a di-
7 gnitatibus secularibus, † sicut ab ecclesiasticis, dic quod nõ. ff. de decur. l.2.§.nullum, & l.spurij. At quare repellantur ab ecclesiasticis, cum uideatur non debere eis nocere delictum patris, vt ff. de decur. l. generaliter, §. spurios, & l. spurij, Dic quod est speciale propter honorem sacramentorum, & propter detestationem paterni criminis: ita notat Innocent. in d.c.1. extra, de fili. presbyter. Est etiam alia ratio, de qua per Zabar. in c. præsentium, de oblígat. ad ratioci. si vero irregularitas prouenit ex proprio delicto, ingressus religionis illam non tollit, sed eius fauore facilis fiet ipsa dispensatio, & ita intelligenda est glo. in c.1. d.56. vbi in verbo in cœnobijs dicit, quod refertur ingressus ad facilitatem dispensationis: sic notanter dixit Abbas ex Antonio de Butrio in cap. ex literarum, de Apostasia, nu.5. vbi habetur, quod fauore religionis mitius agitur cum irrigular. Rursum, quod dicitur irregularitatem prouenientem ex proprio delicto non
8 tolli per ingressum religionis, intellige quo ad actus spirituales, non tamen quo ad actus temporales: vnde irregularis ex proprio delicto, qui ante ingressum religionis non fuisset admissus ad iudiciũ, ut quia erat infamis, qui nequit esse iudex, aut procurator, 3.q.6.c.1. & ca. infames, abolebitur ista macula per ingressum religionis. Hęc est cõclusio glossæ in cap. cum deputati, extra de iudic. vbi Abbas nu. 5. Quare posset
9 † ratione administrationis sibi commissæ agere, & conueniri cui enim committitur cura, & administratio, videtur etiam commissum exercitium actionis, sine quo administratio explicari non potest, ut in l.1. in fine, & quod ibi not. ff. de vsufr. quẽadm. cauea. & l. fin. cap. cum dilecta, de noui oper. nunciat. Immo etiam existens sine administratione de licentia sui superioris posset agere, & conueniri, extra de rescript. c. cum dilectus. Anchar. in d. cap. cum deputati, num. 3. & 5. Igitur ex his omnibus collige irregularitatem, prouenientem ex proprio delicto
10 † per ingressum religionis non tolli, sed inducere faciliorem dispensationem, sed solum illam, quę prouenit ex illegitimatione: quia expressa a iure, Abbas in d.c. ex literarum, nu.5. cæteras vero non expressas non tolli, & hæc est vera sententia, quam tenet Panorm. in d. cap. ex literarum, num. 5. extra de Apostas. illam sequitur Franc. Toletus in instruct. sacerdo. li.1.c.83. versi. Quantum autem Verum quis dispenset in irregularitate, quando illa non tollitur per in-
11 gressum religionis. † Respondeo, quod de iure antiquo si vult irregularis habilitari ad episcopatum, seu dignitates superiores, solus Papa dispensat, ut voluit glossa in summa distin. 50. in uerbo presbyterorum, quæ allegat glossam in extrauag. innotuit, de electi. similiter si ad alias dignitates inferiores, siue ad beneficia curata, de fili. presbyt. c. fin. & ita Archidiac. in sum. distin. 56. per

cap.1.

cap. 1. extra de fili. presbyt. vbi dicit
12 prælationē nullatenus habeant, † & per d. cap. fin. ibi sine dispensatione sedis Apostolicæ, Tum quia in d. c. 1. apponitur verbum Nullatenus, quod est vniuersale signum prohibens prælationem, eo magis: quia illud est prohibitiuum ex concilio, cōtra quam prohibitionem non solum episcopus, sed nec etiam Cardinalis legatus dispensare potest, vt habetur per Archidiac. in dicta summa, dist. 56. nu. 2. in fin. tum etiam: quia in expressa prohibitione facta in d. cap. 1. & fin. semper continetur præceptum. Archidiac. ubi supra in fine. Ad simplicia vero, quæ non ha-
13 bent curam, † & nec cadunt sub nomine dignitatis, vel personatus, si sunt clerici seculares, possunt cum illis episcopi dispensare, ita Francus in cap. 1. de fili. presbyt. in 6. num. 6. Quod amplia etiam subsistente causa necessaria, secūdum Ioan. de Fan. & Gemin. quem sequitur Franc. in d. c. 1. num. 3. At si sunt clerici regulares, tunc episcopus dispensare non potest cum monacho translato ad ec-
14 clesiam parochiolem, † quod habere possit cum illa beneficium non curatum. ita Ioan. Andr. in regula ea, quę per plures rationes, & maxime, per notata 16. q. 1. c. de monachis & capit. de præsentium, & de statu monach. cap. quod Dei timorem. Dicit tamen Ioan. in d. regula circa finem num. 11. quod si monachus est translatus ad ecclesiam curatā, quod cura debet potius per seculares clericos, quam per monachos exerceri,
15 † vt sic claustralis illam non gerat, de capell. monach. cap. 1. facit de sta. monach. clem. ne in agro, §. cæterū, verum si irregularitas consurgit ex proprio delicto, tunc (vt supra diximus) ingressus religionis non tollit, sed ob fauorem religionis datur facultas ad dispensandum, quod in-
16 tellige † in homicida casuali, maxime si homicida dabat operam rei licitæ, cap. dilectus, cap. seq. & c. Ioannes, extra de homic. quod multo magis procedit in homicidio necessario, Immo si homicidium fuisset sequutum ex ineuitabili necessitate, & tunc datur dispensatio per viam declarationis, facit textus in clem. 1. eod. titul. secus si homicidium vitari poterat fugiendo, gloss. 1, & Doctor. in ca. suscepimus, de homic. Verum super homicidio voluntario Papa di-
17 spensare non solet † maxime quo ad altaris ministerium etiam in regulari nisi in loco, in quo erat homicidium occultum, sed non in loco, in quo est homicidiū commissum propter scandalum, sed alibi celebrabit ad congruam sui sustentationem, vt Doctores notant in cap. ad audientiam, tit. nostro. & in foro conscientiæ facile dispensatur, imposita tamen graui pœnitentia, & quando ipse homicida vellet religionem ingredi, vt statuit Alex. 6. in tit. de dispensatio. ita habetur in praxi beneficiorum Rebuffi in secunda parte titul. de dispensatione cum corpore uitiatis num. 19. fol mihi 327. Et intellige quod oportet ut talis dispensatio vim habeat, vt saltem cum effectu
18 quis fiat professus, † ita uidetur probari in cap. 1. de fili. presbyter. & facit quod habetur in cap. ex publico, de conuers. coniugat. nam uerba sunt cum effectu intelligenda, ut in capitulo relatum, de cleric. non resid. Alias posset fieri fraus, scilicet ingrediēdo in religionem, & assumendo ordines sacros, & ante professionem exeundo, quamuis non possit nouitius sacris initiari, Syluest. in uerbo Religio 5. q. 18. & sic lex esset imposita uerbis, cap. commissa, de elect. in 6. Alias si homicida uolunta-
19 rius nollet fieri religiosus, † omni tempore quocunque ordine, officio, & beneficio ecclesiastico perpetuo carere debet. Verum si esset homici-

da casualis, vel ad sui defensionem, poterit episcopus dispensare causa cognita, & precibus narratis, & probatis, ita habetur in Conc. Trident. sess. 14. de reformat. de homi. Couar. in clement. si furiosus, 2. part. §. 3. de homi. Nau. in Manu. c. 27 n. 240. qd limita tamen si tale delictum non fuerit deductum ad forum contētiosum, ut habetur in eodem sacro san. Conc. Trid. sess. 24. de reform. c. 6 de
20 ductum autem † ad forum contensum dicitur esse crimen, qñ ad iudicem delatum est, & valde probabile est, requiritur etiā præter hoc, ut sit intimatum parti: quia sæpe crimina multa deferuntur ad iudicem, quæ tamen per multum temporis postea non intimantur a iudice parti, uel propter defectum testium, uel aliam causam unde ex hoc colligitur, quod quamuis episcopus non debeat absoluere eum, cuius crimen ad se, uel ad suum forum deductum est, sed expectare, si forte probetur, si tñ post aliquod tempus uiderit actorem nó progredi in probatione, censeo episcopum posse in foro interiori absol
21 uere. Rursum requiritur, ut non solum sit deductum, sed etiam probatum, hoc est, vt reus vel confiteatur in iudicio, vel de illo conuincatur, vel etiam per sententiam damnetur, iuxta tex. in cap. per uestra, c. fin. de cohabit. cleri. & muli. nam si reus ita bene se defendit, ut per sententiam liberetur, & innocens declaretur, puto simpliciter episcopum posse absoluere, & dispensare: quia hæc deductio ad forum contentiosum ita ē per sententiā finita, vt non sit amplius in iudicium deducenda, nec reus aliquod est detrimentum passus in fama, vnde taliter manet crimen occultum, sicut antea fuit. De quo optimè Sarrus libr. 7. de censur. cap. 7. numer. 12. Quibus sic præiactis deuenio ad dubium. An irregularitas ex homicidio casuali contracta tollatur per ingressum reli-
22 gionis sequuta professione si dictū delictum sit notum quatuor personis, non tamen unquam deductum in iudicium? Dico quod non, cum talis irregularitas proueniat ex delicto proprio, licet fauore religionis mitius agi debeat cum tali irregulari, ut diximus supra ex Anto. de Butrio, & Abbate in d. capit. ex literarum, cum in iure illa tantum irregularitas tollatur per ingressum religionis cum effectu, quæ est ex illegitimatione quo ad ordines, & non quoad prælationem, glossa, & Hostien. in dicto capitulo ex literarum, per text. in dicto cap. 1. de fil. presbyt.

Rursum An talis irregularitas ex homicidio occulto proueniens possit dispensari per Abbatem religionis,
23 uel alium de mandato ipsius, † cum tale homicidium commiserit cum quatuor personis? Respondeo de iure nullo modo licere abbatibus, uel alijs habentibus iurisdictionem quasi episcopalem, sed tm̄ episcopis in irregularitatibus occultis, exceptis illis, quæ oriuntur ex homicidio uolūtario, vel deductis in forū iudiciale, nisi forte ex priuilegio concesso religiosis per dictum cōcilium, cū per illud reuocentur omnia prius conces-
24 sa in ijs tñ, † in quibus contrariantur statutis, & decretis sacri Concilij Trid. per Bullam Pij IV. quæ est inserta in concilio, & incipit in principis Apostolorum sede, quod est notandum, sed quid si Abbates haberent hoc priuilegium post concilium, ut possint dispensare in irregularitatibus occultis, An huiusmodi homicida factus professus possit obtinere hanc dispensationem ab
25 Abbate † si dico quod sic, ex eodem c. liceat, dū vult, q̃ poterit episcopus dispensare in irregularitatibus occultis, & intelligit occulta, quæ nō sunt deducta in forum exterius, igitur si

non

non sunt notoria, siue publica, iuxta tex. in cap. per uestra, & cap. fin. de cohab. cleric. & mulierum, & non sunt deducta, sed deducibilia, ista omnia possunt dici occulta, & consequenter potest talis irregularitas contracta ex homicidio dispensari per episcopum, vel ex priuilegio per Abbates. Quod si dispensauit quod non erat deductum, & postea fuit deductum, tunc arbitror dispensationem factam prodesse in foro interiori, & non exteriori, sed quid si erat fama publica, quod ille fuerit interfectus ab homicida, qui petit dispensationem, nõ tamen fuit
26 hoc crimen deductum † in iudiciũ, censeo posse dispensari: quia fama, & indicia ius dumtaxat faciunt ut per uiæ inquisitionem ad causæ cognitionem procedatur, cap. inquisitionis, de accusat. non tamen, ut iste tanquam criminosus notorius, uel publicus dicatur, faciunt quæ diximus in 1. par. nostrarum decis. lib. 4. cap. 11. numero 8. uersicul. 3. vbi non est euitandus ut excommunicatus, si est fama publica aliquem esse excommunicatum, sed cogita propter scandalum, & ad hoc uide tex. in c. ex literis. 1. de homic. vbi dicit ibi Abbas, quod si esset infamia tantũ, debet se purgare. Et ita ex his habetur quod irregularitas contracta ex defectu natalium non tollitur quo
27 ad prælaturam, intelligendo etiam Abbatiam, vel rectoriam parochialem, sed solum dispensatur facilius hæc per Papam solum, ut a num. 11. vsque 13. At circa alia beneficia simplicia non habentia curam dispensant episcopi quo ad clericos seculares, vt nu. 13. At quo ad regulares minime, ut possit cũ parocho retinere beneficium simplex numero 14. & quando monachus est curatus, debet cura potius per clericos seculares, quam per eum exerceri, vt num. 15. At si irregularitas prouenit ex homicidio, si est voluntarium, solus Papa dispensat: Verum in Casuali episcopus, & multo magis in homicidio ineuitabili, ut a numero decimoseptimo, sed intellige tunc demum dispensare in homicidio Casuali, si est occultum, & non deductum ad forum contentiosum, quod quando sit uide nu. uigesimo primo. An vero possit hoc homicidium occultum dispensari per Abbatem, uide numer. uigesimo tertio. Et hęc salua, &c.

D. Iacob. de Graffijs a Cap.

DE HOMICIDIO.

Thema. Consilij III.

Meuius rixando cum Titio grauem ab eo suscepit iniuriam, simulata deinceps reconciliatione opportunum expectauit tempus, quo idem Titius cum Petro alteram gereret inimicitiam, sub cuius colore ratus propriam uindictam exequi posse, ac latere, illum per insidias gladio interfecit: interim Petrus de homicidio Titij suspectus carceri mancipatur, uique tormentorum falsus se Titium occidisse, morti adiudicatur. sed antequam sententia executioni mandetur, Meuius uerus occisor adijt confessarium, factiq; seriem reuelauit, Modo plures occurrunt difficultates discutiendæ.

Difficultates quinque.

I. An Meuius teneatur Petrum à morte eripere, prodendo se Titium occidisse.

II. Posito quod non, utrum sit adhibenda fides sacerdoti testificanti de innocentia Petri.

III. An qui tormentorum impulsu confitetur delictum, quod non commisit, si exinde capite plectetur, teneatur in extremo saltem ui

tæ reuocare mendacium.

IIII. An Meuius uerus homicida teneatur ad resarciendũ damnum, q Petrus, eiusque familia subijt.

V. An Meuius possit ad sacros ordines promoueri, cum homicidium sit occultum, & ingressus sit religionem.

PRIMAE DIFFICVLTATI

SVMMARIVM.

1 *Testis falsus an teneatur cum periculo vitæ eripere damnandum ob suum falsum testimonium.*

2 *Falsitatis crimen multa habet priuilegia.*

3 *Falsitatis crimen non abolet principis generalis remissio.*

4 *Nobilitas perditur ex periurio, falsoue testimonio.*

5 *Criminosus an teneatur seipsum prodere, si alter ob crimen illud falsò condemnatur.*

6 *Iudex an debeat reum interrogare de his quæ pertinent ad infamiam rei.*

7 *Ordinandus tenetur perdere seipsum, si aliquod delictum commiserit.*

8 *Læso in fama quando sit restitutio facienda.*

CIRCA præsentem difficultatem Redemptoris omnium auxilio inuocato, & Gloriosissimæ Virginis, Matris Mariæ, & sanctæ Catherinę Virginis, & Martyris, cuius hodie solennitatem celebramus, imploratis suffragijs breuiter respondeo ex Soto libro 4. de iustit. & iur. quæst. 6. col. viij. qui ponit duos casus. Quorum primus est, Quando uinctus quispiam est ob tuum falsum testi-
1 monium, † qui morti addicitur, tunc profecto teneris etiam cum periculo vitæ illum a morte eripere, & ratio ea esse fortassis potest: quia crimen falsi grauissimum est, & detestabile, quod ex eo liquet: quia mul-
2 ta specialia habet, † vt dixit Lucas de Penna in l. si vacantia, C. de bonis uacant. lib. 10. nam suspitio falsi pro falsitate habetur, & nisi aperte veritas comprobetur, ad pœnam proceditur, C. de probat. l. iubemus, quod regulariter non contingit, ff. de pœnis, l. absentem, item in hoc crimine conuictus deponitur, & statim traditur curiæ seculari, extra de crim. falsi, cap. ad falsariorum, quod generaliter non seruatur, extra de iudic. ca. cum non ab homine. Hæc notat Archidiac. distin. 19. cap. in memoriam. Nam principis generalis remissio cri-
3 minis falsitatem non abolet, Bartolus in l. Lucius ad finem, ff. ad Senatus consl. Turpil. & statutum, quod fit de carceratis relaxandis, non porrigitur ad carceratos ob crimẽ falsi, nisi de hoc specialiter sit dictum, uel senserint d hoc statuentes. Bartol. ibi. sic Hyppol. de Marsil. in rubr. de fals. num. 13. dixit, quod reus alicuius criminis, qui ad supplicium ducitur, si ei cardinalis obuius fiat, liberari debet. Non tamen falsarius. Et Hyppolitus de Marsil. vbi supra, numero 17. dicit, quod crimen falsitatis est grauissimum, & quod nullum est crimen, quod ita maculet famam, & statum hominis, sicut ipsum. Et Lu-
4 cas de Penna † in l. mulieres, col. 4. C. de dignitat. libro xij. fatetur nobilitatem ex periurio, falsoue testimonio perdi: vnde non mirum, si teneatur falsus testis innocentem condemnatum ex suo falso testimonio etiam cum periculo vitæ a morte eripere, & hic est primus casus, secundum Sotum. Alter vero, qui & noster est,
5 si tu crimen commisisti, ob quod alius falso condemnatur, nihilominus si tu illi non imposuisti, nihil tua refert ob idq; nulla lex teipsum prodere cogit, Hoc etiam dixit Nauar. in Manua. cap. 15. numer. 17. ibi.

Qui

Qui vero. Rursum facit glossa in uerbo de causis. ibi sed nunquid testis, in capit. cum causam, extra de testibus, ibi non tenetur quis prodere turpitudinem suam, etiam si a iudice interrogetur, licet de honestate interrogari non debeat, iuxta prædictam glossam. (verbi gratia) iudex non debet interrogare testem, si est infamis, aut excommunicatus, quamuis crimen, de quo interrogatur, sit publicum, seu manifestum, secundum Innoc. in capit. 2. extra de
6 confess. licet teneatur † interrogatus respondere ad alia inhabilitantia ipsum a testimonio, vt est paupertas, consanguinitas, seruilis conditio, & similia de quibus. per Bart. in authent. si dicatur, C. de testibus. ita Felinus in d. cap. cum causam, num. 10. vbi respondet ad contraria, facit glossa in cap. quis aliquando, §. si tibi dico, de pœniten. dist. 1. ergo si interrogatus non tenetur respondere, multo magis non tenetur sponte, cum hic agatur de uita hominis.

Quod si quis objiciat, textum in capitulo ex pœnitentibus, distinct. 50. vbi ordinandus debet prodere seipsum, si commiserit aliquod delictũ,
7 † vel si patiatur aliquem defectum, Respondeo, quod illud intelligitur vel de crimine notorio, vel de quo est diffamatus, quod post peractam pœnitentiam impedit ordinis exequutionem, cap. tantis Daniel dist. 81. Innoc. in cap. dudum el 2. extra de elect. Imola in cap. cum causam, de testi. num. 7. Quod idem est dicẽdum de alio defectu, quo impeditur ab ordinando: verum nos loquimur non de teste, sed de reo, qui in aliquo versatur crimine, de quo non est diffamatus, & intelligitur tex. in §. nõ tibi dico, de pœnitent. distinct. 1. & 11. quæst. 1. cap. si peccauerit: quia occulta non sunt punienda, sed soli Deo relinquenda, 32. distinct. cap. erubescant, 6. quæst. 1. cap. si omnia, & cap. omnes. ita Domin. de S. Gemin. in d. cap ex pœnitentibus. Rursum si quis objiciat dictũ Medinæ, C. de rebus restit. quæstio. 3. versicu.
8 Ad quartum dicendum, ubi habetur, quod si læsus in fama extremè indiget, quod sibi sua fama restituatur, qua non restituta ad mortem est condemnandus, tenebitur qui eum infamauit, famam ei restituere, etiã si inde ueniat capite plectendus. Hinc si ob falsum testimonium insontis fama, & uita periclitatur, tenetur falsarius cum famæ suę iactura, & cum vitæ proprię dispendio insontem a morte liberare: quia respondeo illud dictum non esse contra nostram assertionem, sed facere pro nostra opinione vna cum Soto, & Nauarro. Igitur ex his omnibus concludamus Meuium non teneri Petrum a morte eripere, prodendo se Titium occidisse, Et hæc quo ad primum.

Secunda Difficultas.

An sit adhibenda fides sacerdoti testificanti de innocentia Petri.

Summarium.

1 *Emendatio pœnitentis an per sacerdotem probari possit.*
2 *Reipublicæ interest, ne delicta remaneant impunita.*
3 *Impunitas scelerum multa parit delicta.*
4 *Imperatori soli an sit credendum.*
5 *Iudex an debeat iudicare secundum allegata, & probata uide distinctionem.*
6 *Confessarij dicto iurato an sit credendum.*
7 *Absolutio excommunicationis probatur per unum pœnitentiarium in foro pœnitentiali.*

IRCA hanc difficultatem An sit fides adhibenda confessario testificanti, de eius innocentia, & quod sic, primo facit gloss. in capitulo testimonium, verbo hoc casu, & in cap. super eo, verbo iuratus, de testibus, Gemin. in capitulo in capite, distinct. 50. Felinus in capitulo primo numero 30. de exceptio. Quibus in locis habetur, quod per sacerdotem solum probatur emendatio pœnitentis, † modo de illius licentia hoc fiat quæ dari debet extra confessionem, de hoc vide textum in cap. officij, extra de pœniten. & remiss. cap. significasti, vbi Abbas, & Doctores frequenter notant, extra de adulter. glossa notab. in capitulo primo, verbo Innocentes, in fine de except. D. Thomas. Bonauentura, & Petrus de Palude, in 4. sent. dist. 21. quæst. 3. articu. 2. igitur statur dicto sacerdotis de emendatione pœnitentis, iuxta gloss. in verbo nisi iuratus, in fine in capitulo nuper, extra de testi. quæ allegat tex. in cap. nemo, extra de sim. Verum, quod non sit adhibenda fides, facit textus in d. cap. nuper, vbi nullius testimonio quantumcunque iuratus existat, debet credi in alterius præiudicium: Vnde cum talis assertio confessarij possit verti in præ-

2 iudicium Reipublicæ: nam interest Reipublicæ ne delicta remaneant impunita, cap. ut famæ, extra de sent. excommun. l. si ita vulneratus, ff. ad l. aquili. nam impunitas scelerum solatia delinquentibus excitat,

3 incentiuumq; tribuit delinquendi, 24. quæst. 4. capitulo est iniusta, in fine 93. dist. cap. peruenit 11. in fine. item parit audaciam, audacia vero excessum, ut ait Bernardus de cōsider. lib. 4. & lib. 3. impunitas insolentiæ est mater, radix imprudentiæ, & trāsgressionum nutrix. Hinc Rectoris officium principale esse debet delinquentium delicta corrigere, ff. de offic. præsid. l. congruit in princ. nam inferendo delinquentibus supplicia, reliquos saluos facit, in auth. de mandat. princ. §. homicidia. Ad terrorem quippe viuentium mortua corpora aliquando moritura permittuntur, dicit tex. 24. quæst. 3. in cap. 1. ut transgressionis uitio cęteris interdictio delinquendi fiat, cap. quapropter, 2. quæst. 7. Ne per plures serpant dira contagia, 24. quæst. 3. cap. corripiantur. Nam tunc vere reliqui ex iustitiæ administratione ab iniurijs defenduntur, cum delinquentes pœnam ob eorum crimina luunt. Tunc enim magnum sacrificium Deo offertur, cum mali, qui in suam aliorum perniciem debachantur, uigore iustitiæ compescuntur, cap. quali nos, in fin. 23. quæst. 5. Igitur si assertioni confessarij esset credendum, tunc talis assertio posset uerti in præiudicium Reipublicę, & ita delicta remanerent impunita, quod nullo modo est dicendum. si enim nec credendum est imperatori, ut est tex. in cap. cum a nobis, in uerbo quantæ-

4 cunque † extra de testibus, *in præiudiciū alterius*, ut dixit Felinus in d. cap. nuper, circa finem. Lucas de Penna in c. cognouimus, verbo si vero tangunt, C. de mancip. li. 11. Multo magis hoc locum habebit quando erit pręiudicium publicum. Cum utilitas publica sit præferenda priuatæ, l. utilitas, C. de primipilo, lib. 12. Hinc dixit ibi Lucas de Pēna, quod non est licitum regibus cōtra leges, quæ statutæ sunt pro bono publico dispensare. Secundo facit textus in capitulo iudicet 3. quæst. 7. & 11. quęstio. 3. cap. summopere, in quibus iuribus habetur iudicem debere iudicare secundum allegata, & probata, est etiam tex. in l. illicitas, ff. de offic. præsi. D. Thomas 2. 2. q. 67. artic. 2. Sotus de iust. & iure lib. 5. q. 4. artic. 2. vbi extendunt habere locum, etiam si iudex ut priuata persona certo sciat

to sciat

to sciat esse innocentem qui tamen secundum allegata, & probata esset
5 morti adiudicandus,† sic e contra dixit Guido de Suzaria, vt notat Zabar.in cap.fin.num. 15. extra de cohab. cler. & muli. quod si iudex solus uidisset hominem occidi per Titium, non peccaret absoluendo illum, si ex actis apparet eum fuisse innocentem, cum id fiat legis permissu, l.fin.ff. si quis cautio. si ergo non potest iudex absoluere quem scit innocentem, qui tamen secundum allegata, & probata esset morti condemnandus, multo magis condemnandus erit ille, quamuis asseratur innocens ex dicto confessarij. Tu tamen in hac quæstione An debeat iudex iudicare secundum allegata, & probata contra conscientiam suam, vide Felinum in cap. pastoralis, nu. 23. de officio iudic. deleg. ubi tenet quod sic Limitat tamen regulam vij. modis, & inter cæteros in causa criminali, quando quis esset condemnandus ad pœnam corporis afflictiuam. vide etiam quæ diximus in 2. part. nostrarum decis. libr. 2. cap. 4. num.8. Lucam de Penna, C.de Tabular.libr.10. in l. quicunque, col.3. ubi dicit communem esse sententiã tam Theologorum, & canonistarũ, quam legistarum quod secundum allegata, & probata, & non secundum conscientiam iudicare debeat iudex, ut notat S.Thomas, qui supra, Bernar.extra de offic. deleg.cap. pastoralis, §.quia vero, & de offic.ordinar.cap.1.in glossa d. l.illicitas, §. veritas, distinguendum tamen ait sic: Nam aut iudex asserit, & verum est quod uidit Titium occidisse Caium, vel furtum fecisse, & vult ex solo suo uisu absq; alijs probationibus iudicare, certe non poterit: quia hoc sibi non constat ut iudici, sed vt priuato. Et procedũt omnia iura, quod secundum allegata, & probata, Ad hoc etiam est tex.6.q.2.c. si tantum, & cap.placuit, 2.quæst.1. cap. Deus omnipotens, de offic.ord.c. si sacerdos, aut uero quæritur, vtrum iudex possit, & debeat contra cõscientiam iudicare, puta: quia uidit Titiũ percutere Caium, & occidere, de quo Sempronius accusatur, qui tempore ipsius patrati homicidij erat cum iudice in loco remoto ab ipso, & verissime hoc constat iudici, sed contra per testium depositiones, quod Sempronius illum occiderit, & tunc indubitanter tenet, Lucas de Penna, quod iudex non tenetur eo casu Sẽpronium innocentem contra suam conscientiam iudicare, & hoc probat pluribus rationibus, ut ibi per eum, quæ quidem sententia mihi uera videtur, si non poterit deponere conscientiam, quod non possit iudicare secundum allegata, & probata, quando sibi constat de innocentia, cum nihil sit agendum contra conscientiã, cap.inquisitioni, de sent. excommu. cap.per tuas, 2. de simon. Tertio si pœnitens intellexerit adhibendam esse fidem sacerdoti testificanti de innocentia rei, facile attentaret confessarium mittere ad iudicem, qui eum excusaret. Quare concludendum arbitror non esse necessario fidem adhibendam ipsi confessario, posset tamen adeo confessarius esse spectatæ vitæ, & virtutis, vt moueatur iudex, (nisi functus sit officio suo) instantius repetendo testes interrogare, districtiusque scrutari horam, locum, & similia, illa nimirum prudentia vsus, qua Daniel Propheta presbyterorum iniquitatem deprehendit, vt Susannæ innocẽtiam patefaceret, & ita potest procedere contrarium, scilicet quod dicto confessarij ualde religioso creditur quo
6 ad præsumptionem, † sed non quo ad plenam probationem, vt est glossa notabilis, quam sequitur Innoc. in d.c.nuper, quamuis esset dictum episcopi, vt ibi per Abbatem. uel illa iura

la iura loquuntur de emendatione pœnitentis quo ad occultum crimē: quia tunc simplici verbo sacerdotis credendum est qui dicat eum sibi esse confessum, Innocentius, in cap. testimonium, numero 2. de testib. creditur enim ipsi soli propter facti qualitatem: quia confessus fuit in secreto, de pœnit. distinct. 1. cap. quem pœnitet. sic Calder. titul. nostro, cons. 2. singulariter cōsuluit probans, quod ille, cui obijcitur excommunicatio,
7 potest probare absolutionem per vnum pœnitentiarium in foro pœnitentiali, quod dicit esse notabile, & mirabile, vide ad hæc multa per Felinum in capitulo ueniens, 1. numero 18. extra de testib. ubi concludit, quod statur dicto vnius, vbi non agitur, de præiudicio alterius, modo iuret: vnde dicit Raymundus in summa de sepult. prope principiū, quod ad probandum signa contritionis, de quibus in cap. a nobis, 2. de sent. excomm. sufficit vnus testis, & ita dicit tenere quasi oēs Doctores, gl. in capitulo 15. qui 26. quæstio. 6. Et ita ex his habetis non esse adhibendam fidem cōfessario testificanti de eius innocentia, cum agatur de præiudicio vniuersali, nempe ut delicta remaneant impunita.

Tertia Difficultas.

An qui impatientia tormētorum confitetur delictum, quod non commisit, si exinde adiudicatur morti, teneatur in extremo saltem uitæ se retractare.

Summarium.

1 *Tortura datur præcedentibus indicijs ad eruendam ueritatem.*
2 *Crimina nunquam melius committi prohibentur quam si commissa puniantur.*
3 *Falsum testificans cōtra se peccat mortaliter secundum Panormitanum.*
4 *Fama sua unusquisque est dominus.*

Circa tertium dubium, An qui impatientia tormentorum confitetur delictum, quod non commisit exinde adiudicetur morti, teneatur in extremo saltem vitæ se retractare. Præsuppono primo hunc, de quo quęritur, fuisse tortum præcedentibus argumen-
1 tis, & indicijs, † ff. de quæstio. l. 1. in princ. & §. ad quæstionem, & §. sed si vnius, & §. in ea causa ad eruendam ueritatem, facit tex. in capitulo illi, qui 5. q. 5. sic enim quæstio regulariter infertur, ff. ad Syllanianū, l. 1. §. quæstionem, ut sic veritate habita puniatur, & ita mali a peccatis retrahantur: nam nunquam melius crimina committi prohibentur, quā
2 si commissa puniantur, † l. 1. C. de numerarijs, lib. 12. 23. quæst. 5. cap. circumcelliones. scelestorum enim crassatur iniquitas, si eorum præsumptio transit impunis, facit tex. in c. relegentes, 23. qu. 5. igitur circa præsens dubium, duas inuenio opiniones. Nam Panormitanus in cap. ex parte, 2. de sepult. dicit, quod quemadmodū peccat mortaliter, qui fert falsum testimonium contra alium, sic cōtra seipsum. Hinc infert, quod isti, qui timore tormentorum falsa confitentur crimina contra se, grauiter peccant, ita quod si mortem pa-
3 tiuntur, putat ob illam confessionē, quam saltem in extremo non reuocant in peccato mortali decedere, & sic sunt damnati. Hinc Felinus, in ca. 1. n. 7. de testib. cog. dixit, quod sit cautus confessarius audiens confessionem morituri, qui forte per tormenta de se ipso mentitus est, & perseuerauit, idem dixit, Mari. Socin. in capitulo ad audientiam, numero 22. de homic. & Syluest. in uerbo Detractio, & Caiet. ibi in fine. Altera vero est opinio Soti lib. 5. de iust. &

iure

iure quæstio. 10. artic. secundo, colu. fina. qui asserit non esse peccatum mortale confiteri falso crimen sibi impositum, pro cuius confessione, torquetur, quamuis sit ob talem causam suspendendus, modo non confiteatur iuratus. quo casu quamuis ob periurium peccet mortaliter, non tamen est obligandus a confessario ad propalandum verum, & ratio est: quia ille suiipsius infamator, si persona est priuata, nemini facit iniuriã, postquam sibi soli famam aufert, & famę vnumquemq; dominum esse.
4 Sotus contra Caietanum fatetur, quare imponens sibi falsum crimen tantum agit contra charitatem, flores theologorum fol. 5. par. 1. etenim etiam si mortis periculum immineat, non tenetur homo tanto cum cruciatu vitam seruare, sed potest sibi breuiare, & sequendo hãc opinionem respondetur ad tertium.

QVARTA DIFFICVLTAS.

An verus homicida teneatur ad resarciendum damnum, quod Petrus innocens, eiusq. familia subijt.

SVMMARIVM.

1 *Damnum differt à iactura.*
2 *Prodere seipsũ, quod nemo teneatur, qualiter intelligatur.*
3 *Pœnis pluribus pro eodem delicto non est quis puniendus in eodem foro.*
4 *Occidens aliquem tempore, quo non poterat haberi suspitio contra occisorem sed contra aliũ qui damnatus est ad mortem, an teneatur ad damna & interesse, recitantur duæ opiniones.*
5 *Clericus adulter an sit irregularis, si maritus ob id interfecerit uxorem.*

CIRCA hanc difficultatẽ, quid veniat appellatione familiæ, vide optimum textum in l. pronunciatio. §. 1. ff. de ver. obli. l. petro, §. fratre, ff. de leg. 2. Antequam descendam ad dubium, sciendum est, quòd differt damnum a iactura:
1 quia iactura est ex his, quæ scienter, vltroq; patimur, exemplum in nautis à tempestate, pro qua proijciuntur naulita bona in mari, ff. ad l. Rhod. de iactu. l. 1. & 2. per totum. 1. q. 7. c. dispensationes, damnum vero est, quod insolito, & nobis nescientibus fit. Ad quod, ff. ad l. Aquil. l. 1. & per totum, extra de iniu. cap. olim, & in c. in nostra, & 11. q. 1. c. in primis. & dicitur damnum à diminutione patrimonij. vt cum diminuitur patrimonium, amittendo qđ suum est, ff. de damno infecto, l. 3. vel etiam commodum, quod quęrere potest, amittit, ff. ne quid in loco publ. l. 2. §. damnum, sic & iactura dicitur, quia iactat patrimonium suũ, sed modo deueniamus ad quęstionem. Et quod non teneatur facit, quia vt quis non tenetur se ipsũ prodere, quãdo ęst occultus, qui homicidium commisit, ob quod alius
2 falso condemnatur, † cum iste nihil ille imposuit, nihil sua refert, ob idque nulla lex seipsum prodere cogit, Sotus lib. 4. de inst. & iure. q. 6. art. 3. versic. 4. sic idem dicendum de restitutione, cum nihil innocenti imposuerit. Rursum non debet
3 in foro cõscientiæ pro† eodem delicto pluribus pœnis in eodem foro puniri, & ita nec à confessario condemnari ad resarciendum damnũ, quod familia occisi pertulit, vel suspensi. Enimuero nõ iudicat Deus bis in idipsum. At pro contraria parte facit dictũ Nauarri in c. 17. nu. 17. vbi videtur tenere contra Sotum, cum Medina, C. de rebus restit. q. 3. versic. ad quartum. Fundantem se magis in charitate, quam in iustitia, scilicet quòd teneatur uerus occisus se prodere, & restituere omnia damna, etiam si inde veniat capite

pite

pite plectendus. Pedraza autem in summa præcepti 5.§.6. dicit se similem casum habuisse, qui fuit huiusmodi. Petrus minatus est Ioãni mor
4 tem, † quibusdam diebus elapsis Ioannes occiditur non à Petro, sed ab alio, captus est Petrus ob suspitioné, qui ad expensas, & pecuniam, & exilium est condemnatus. Nunquid teneatur ille alius Petro innocẽti hæc omnia restituere. Concludit quod sic quo ad expensas in curatione factas, & lucrum cessans, cum in conscientia omnia hæc obligetur restituere immediate damnificato. Vnde cum alter innocens ea soluerit pro eo, tenetur restituere illi, cum is succedat in iure damnificati, at exilium, & pœnam pecuniariam non tenetur restituere, quæ passus est, & ad quæ condemnatus: quia intentio eius non fuit damnificare captum, sed occisum: quare intentio opera distinguit, l. inter omnes, §. recte, ff. de furtis, cap. cum voluntate, extra de sent. excommun. secus uero si fuerit eius intentio damnificare innocentem. Sed Petrus Nauarrus lib. 2. de restit. cap. 1. versic. Nona difficultas. Ita concludit, quod si eo tempore, quo occidit, nesciebat alteri imputandum suum delictum, quamuis alter postea, qui est innocens, patiatur pœnam mortis, tunc non tenetur verus occisor prodere se ad euitandam mortem innocentis, vel ad restituendum illatum damnum familiæ eius: At si sciebat verisimiliter alteri imputãdum fore suum delictum, tunc tenetur restituere omnia damna, cum fuerit in culpa lata & causam efficacem dederit sui delicti voluntariè, & hæc sententia mihi placet, & ita est casus noster. Nam uerus occisor cum cognouisset ab eo occidendum cum alio fuisse rixatum, eodem die occulte aggressus est eum, & hac intentione interfecit, quod parentes occisi de eo non cogitarent, sed de eo, qui illa die rixatus est cum eo, & ita verisimiliter sciebat non sibi, sed illi fore imputãdum suum delictum. facit a simili, quod affirmauimus in 1. par. nostrorum consiliorum, de homic. cons. 2. lib. 5. ubi clericum adulterum diximus irregularem, si ob id maritus
5 interfecerit vxorem adulteram, quãdo adulter aduertebat periculum mortis subsecuturæ, & aduertenter se ingessit actui periculoso. sic Franciscus Toletus a simili dixit eum, qui commisit adulterium, aut stuprum, propter quæ occisæ sunt à marito, vel parentibus fœminæ, esse irregularem, quando periculum aliquod imminebat, vt quia erant fœminæ nobiles, uel parentes tales, sic cum probabile periculum imminere poterat ex tali occisione, occisorem verum non posse suspicari illud crimen commisisse, sed alium inquisitum iri, qui die illo cum occiso rixatus fuit: ergo verus occisor tenetur ad interesse, hoc probatur ex capitulo is qui, de homic. in sexto ubi qui mandauit percutere tantum prohibendo ne occideret, irregularis est, non solum: quia in culpa fuit mandando, sed quia periculosum erat, & verisimiliter id cogitare poterat, facit a simili textus in cap. 1. de conuers. infidel. vbi si quis studiose interfecerit maritum alicuius, ut illam accipiat in coniugem, non potest, alias secus.

QVINTA DIFFICVLTAS.

An Meuius possit ad sacros ordines promoueri, cum sit homicidium occultum, & ingressus fuerit religionem.

SVMMARIVM.

1 *Homicida uoluntarius non debet gaudere immunitate ecclesiastica.*

Papa

2 *Papa an dispenset super homicidium voluntarium.*

3 *Homicida uoluntarius an possit promoueri ad ordines, & obtinere beneficia.*

4 *Epilogus eorum quæ dicta sunt.*

Circa vltimam quæstionem, an Meuius possit ad sacros ordines promoueri, cũ sit homicidium occultum, & ingressus fuerit religionem; præsuppono primum, quod homicidium, de quo agitur, sit uoluntarium, quod adeo iura abhorrent, ut interficiens ali-
1 quem † per insidias non debet gaudere immunitate ecclesiastica, sic fuit nemine discrepante conclusum ut refert Guido Papæ. quæst. 121. adeo quod nonnulli affirment posse talem homicidam extrahi per iudicem laicum ab ecclesia, quia extrahens ab immunitate illum, qui non debet ea gaudere, non dicitur infregisse immunitatem, ut dixit Zabar. in cap. inter alia, extra de senten. excommun. Tamen veritas est, quod talis homicida, de quo loquimur, cũ illud commiserit per insidias, dicatur proditorie commisisse, & per cõsequens est ab immunitate ecclesiæ alienus, ut habetur per Bullam Gregor. XIII. publicatam Die 28. Mensis Maij anno 1591. Quę incipit Gregorius episcopus, sed debet ab episcopo extrahi, ut tenet Zabar. in clementin. prima de offic. ordin. secundo, quod super homicidio uolun-
2 tario Papa non dispensat, † maxime quo ad altaris ministerium etiam in regulari nisi in loco, in quo erit occultum homicidium, sed in loco, in quo est commissum propter scandalum, sed alibi celebrabit ad cõgruam sui sustentationem, ut Doctores notant in c. 1. c. ad audientiam, extra de homic. & in foro conscientiæ dispensatur, imposita tamen graui pœnitentia, & quando ipse homicida uellet religionem ingredi, ut statuit Alex. 6. ita Rebuff. de dispensatione cum corpore uitiatis, numer. 19. Quibus sic præmissis, dico quod hodie per Conc. Trident. sess. 14. cap. cum etiam de reformat. habetur, quod qui per industriam occiderit proximum suum, & sua uoluntate homicidium perpetrauerit, etiã si crimen id nec ordine iudiciario probatum nec ulla ratione publicum, sed occultum fuerit: nullo tempore ad sacros ordines promoueri possit, sed omni tempore insuper beneficio, & officio ecclesiastico carere debet, & sic concludo, sed modo hæc breuiter reassumendo diximus in prima difficultate numero primo testem falsum teneri etiam cum periculo uitæ eripere damnandum ad mortem, qui ob suum falsum testimonium morti addicitur, cum crimen falsi grauissimum sit, ob idq; multa specialia habet, quæ numerantur, a num. 2. usq; 5. Rursum descendendo ad casum nostrum, qui crimen commisit, ob quod alius falso accusatur, si ipse nihil illi imposuit, non tenetur seipsum prodere ad euadendum a morte insontem, & hæc a num. 5. vsq; circa secundum. Rursum nume. 1. in secunda difficultate diximus non esse adhibendam fidem confessario testificanti de innocentia alicuius, cum possit uerti in præiudicium Reipublicæ: quia delicta remanerent impunita: nam impunitas multa parit mala, quæ notantur nume. 3. Item pulcre declaratur sententia illa communis iudicem debere iudicare secundum allegata, & probata, per totum numer. 5. potest tamen confessor esse adeo spectatæ uitæ, ut possit iudex ob suam assertionem instantius repetendo testes interrogare, & quando dicto religiosi iurato credi possit vide n. 6. Affirmauimus quoque ex sola confessione ui tormentorum facta sibi de crimine falso imposito

non

non peccari mortaliter; nisi hoc faciat iuratus, nec tamen tenetur in extremo se reuocare, vt habetur in 3. difficultate. vt nume. 3. & 4. At circa quartam præsupposito primum discrimine inter damnum a iactura, vt numer. 1. diximus, tunc demum verum homicidam teneri ad resarciendum damnum, quod Petrus innocēs accusatur, eiusque familia subijt, quādo eo tempore, quo occidit, verisimiliter sciebat alteri imputandū suum delictum, cū fuerit in lata culpa, & causam efficientem dederit sui delicti voluntariè, alias secus. Vltimo diximus homicidam voluntarium nō posse ad sacros ordines promoueri, vt nu. 1. & 2. Et hæc salua &c.

D. Iacobus de Graffijs a Cap.

DE HOMICIDIO.
Consilium IIII.

SVMMARIVM.

1 *Coacta seruitia Deo non placent cum correlarijs.*

2 *Iuramentum per coactionem extortū non valet in multis casibus.*

3 *Excommunicatio episcoporum contra conscios furti non reuelantes iustificatur.*

4 *Iuramentum non denunciandi maleficium non valet.*

5 *Pecunia recepta ad indicandum malefactorem non potest repeti.*

6 *Furem, quod quis indicare non teneatur an procedat de iure canonico.*

7 *Furem nullatenus quis indicare debet, quando timet de morte furis. num. 18.*

8 *Malum minus est eligendum de duobus malis.*

9 *Mulier, quæ supponit partum, an, & quando reuelare teneatur.*

10 *Scandalum utilius permitti, quam ut oriatur qualiter intelligendum.*

11 *Puniri an quis debeat ex sola scientia si non reuelauerit.*

12 *Patres spirituales sunt habendi in maiori reuerentia, & diligendi, quam carnales.*

13 *Negligentia quando pro facto reputetur, & ut factum puniatur.*

14 *Excommunicatus an sit potens obuiare percussioni clerici, & non obuians.*

15 *Sacerdos conscius de tractatu mortis alicuius & non reuelans, an sit irregularis.*

16 *Gratis quod quis facere tenetur, & faciens per pecuniam illam restituere tenetur.*

17 *Iniuriæ actionem an quis remittere teneatur, sciens, quod si non remiserit, fratres iniuriati interficient eum.*

19 *Furem indicare non dicitur testis, & quare.*

20 *Sacerdos quid faciet si probabiliter timet delictum futurum, an teneatur indicare ei, contra quem timetur homicidium.*

21 *Prodere non dicitur, qui ijs dicit, qui possunt prodesse.*

22 *Clericus quando possit non prosequens suam iniuriam denunciare aliquod delictum absque periculo irregularitatis.*

23 *Epilogus eorum, quæ dicta sunt.*

INterrogatus quid agat sacerdos obuium habens malū hominem dicentem ei familiaris ille tuus semper me persequitur, & non vult desistere, crastina die videbis quid faciam. Et hæc dixit animo valde irato, Modo sacerdos iste diuersis hinc inde cogitationibus impugnatur, An sileat, vel familiarem suum admoneat, silere formidat: quia veretur ne illum occidendo particeps fiat, iuxta illud furti conscius est, Domino ipsius quærenti non reuelans, cap. qui cum fure, extra de furt. & consequenter irregularitatis. Prodere trepidat, ne familiaris hominem illum malum interficiat, vel damno notabili eum afficiat

ficiat, qui fortassis ira percitus uerba illa dixit sacerdoti sedato animo nõ facturus, Quæritur modo quid consulendum sit ancipiti sacerdoti.

1 Ad quod Redemptoris omnium nomine inuocato, & Gloriosissimæ Virginis Matris Mariæ suffragio implorato, quod sacerdos ad impediendum malum proximi, debeat indicare familiari suo malum hominem, facit primo: quia sponte quis debet facere ea, ad quæ potest cogi, & non coactè: nam coacta seruitia Deo nõ

1 placēt, † vnde Apostolus cum ad eleemosynas Corinthios hortaretur, ait, vnus quisque pro vt destinauit ex corde suo, non ex tristitia, aut necessitate Hilarem enim datorem diligit Deus, vt habetur in cap. iam uero, §. ex his omnibus, 22. quæstio. 7. Hinc coactus monasterium intrans si postquam nunquam consenserit, liber erit, 20. q. 3. cap. præsens. sic glossa in cap. inter cætera, in verbo matrimonium, 2. 2. qu. 4. dicit, quod in

2 multis casibus iuramentum † per coactionem extortum nõ tenet, sed conscius furti tenetur indicare quærenti domino, alias peccat, non tamen est fur, d. cap. qui cum fure. per quem textum iustificari potest sentẽtia episcoporum, qui quotidie subditos suos conscios furti admonent vt debeant reuelare, & non reuelan-

3 tes excommunicant. † si enim non esset peccatum in non reuelando, nõ possent excommunicari, cum excõmunicatio non feratur nisi pro peccato mortali, cap. nemo, cap. nullus, 11. quæst. 3. tenetur ergo quis de necessitate indicare furem. hoc etiam voluit Bart. in l. ciuile, C. de furt. immo additio ad Bartolum addit ibi in verbo Non vt fur quod si quis iurat non denunciare maleficium, & ita

4 cum iuramento promittat, † non valet iuramentum: quia non debet aperiri uia iniquitatis ad delinquendum, & nec ad impunitatem delicti, & hæc est regula generalis, sic Innocentius in cap. officij, de pœniten. & remiss. in fine dicit, quod quis tenetur reuelare quod sit, quando per taciturnitatem perit iustitia. (v. g.) si quis iurasset non dicere aliquid, & postea vocatur ut testis in iudicio: nam tunc ex officio tenetur dicere ueritatem, l. nullus, C. de testibus; secundo facit textus in l. si seruus, C. de his, qui ad eccles. cõfug. ubi si clericus cuiusq̃ ad ecclesiã cõfugiens a clericis eijci debet, quod si non põt, Domino nunciare debent. ex quo tex. clare colligitur, quod aliquis tenetur manifestare male factorem, immo potest recipere pecuniam ad il-

5 lum manifestandum, † quæ non potest repeti: quia non turpiter accipitur, l. solent, ff. de præscript. verb. l. 4. § si, ff. de condic. ob turp. caus. Tertio, qui potuit impedire ne alius læderetur, & non impediuit, tenetur, cap. quanto, de sentent. excommun. facit textus in ca. non inferenda, 23. q. 3. vbi dicit textus, quod qui non repellit a socio iniuriam, si potest, tam est in vitio, quam ille, qui facit. & textus in cap. negligere, 2. quæst. 7. dicit quod negligere cum possis deturbare peruersos, nihil aliud est, q̃ fouere, & nec caret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare: nam quilibet tenetur impedire proximum a peccato comittendo, 22. quæst. 5. cap. hoc videtur, secus a commisso, ita glossa ibi in verbo indicauit, sed iste indicando poterat impedire peccatum committendum, ergo. Quarto facit, quod quamuis quis non teneatur indicare furem, uel alium malefactorem, l. 3. §. si tibi indicium, ff. de condict. ob turp. caus. adde Bal. in l. 1. C. eodem, glossa & Doctores in d. l. ciuile, notat Hostien. in titu. de furt. in rubricella, de condict furti, § fin. versi. illud sciendum, cum uersic. s. q. tamen illud procedit de iure ciuili: nam secus

6 cus est de iure canonico, † glossa in d. cap. qui cum fure, glossa in capitu. quod quidam, §. ex his, 1. quæst. 1. in verbo furti, & ibi Archidiac. facit tex. in cap. in sancto 2. q. 7 & in cap. 1. § 1. verbo clericus, de rebus eccle. non alien. in 6. item secus est in foro conscientiæ, glossa in cap nemo, in gloss. 2. de simonia facit etiam gl. in cap. nerui, distin. 13. vbi etiam extendit ad iuramentum præstitum, quod non debet esse vinculum iniquitatis, 22. q 4. cap inter cætera. At pro contraria parte, quod non teneatur malefactorem indicare, facit primo textus in dicto capitulo qui cum fure, qui secundum Bartolum in dicta l. ciuile, numero 1. intelligendus est, vt nõ teneatur indicare furẽ, sed furtum, hoc est res furtiuas. Quare dixit Hostiensis, vt refert Panormit. in d. cap. qui cum fure, nume. 5. quod nullo iure quis tenetur indica-
7 re furem, † maxime, quando timet de morte furis eo indicato, sed iudex ex officio suo potest quem compellere ad indicandum furtum, argum. text. in l. 3. & l. congruit, ff. de offic. præsid. quia ipse curare debet, & sollicite agere, ut prouincia malis hominibus purgetur, Immo dixit Bartolus in d. l. ciuile, quod quando agitur contra personam, tanquam contra furem, & ita aliquis cogitur super illa actione testificari, iuxta text. in l. nullus, C. de testib. tunc non dicitur testis manifestare furem, sed magis de fure manifestato iudicem declarare, & certum reddere. Secundo facit, quod de duobus malis minus est
8 eligendum, † capit. nerui, §. est tamen, dist. 13. verbo minimis. sed si quis indicaret malum hominem ei, contra quem malum timetur, vel ille potest eum interficere, & sic anticipare delictum, occidendo animã, & corpus, vel damnificare in rebus. At non indicando forte, vel nullum malum sequitur, cum soleat homo iracundia plenus multa minari; quæ concitata mente ad tranquillitatem non exequitur. Hinc dicit Innocent. vt refert Ancharanus in capitulo officij, extra de pœnitentia & remissio quod si mulier, quæ partum alienum supposuit, potest si-
9 ne periculo reuelare, † debet hoc facere, & deinde pœnitere: si autem non potest sine dubitato periculo, vel verisimili homicidio, & tunc secundum Innoc. & Hostien. nõ confiteatur, sed taceat, 22. quæst. 2. ca. ne quis: nã in hoc casu cum ex vna parte sit tantum damnum rerum, si taceat, & altera periculum animarum & corporum, si probationes inducat, cum vtrunque uitare non possit, inter hęc duo mala eligere debet minus malum, d. cap. nerui, & c. duo, distinct. 13. taceat ergo damnum rerum, quod est minus malum, de pignor. cap. 1. sed obijcies. vtilius scan-
10 dalum nasci permittitur, quam ut veritas omittatur, capitulo nisi cum pridem, extra de renunciat. quia respondet Innocent. in d. capitulo officij, quod auctoritas prædicta loquitur, quod ille, ad quem pertinet dicere veritatem, & facere iustitiam, vt sunt testes, & iudices, illam propter nullum scandalum dimittant, quia iustitiam faciant, & ueritatem dicant. & idem est de alijs consimilibus personis: non tamen loquitur de ea persona, quæ iudex non est, sed tãtum accusatrix, vel denunciatrix: quia in hac taciturnitate non perit ueritas iustitiæ, ita Innocentius.
Tertio ex sola scientia quis non de-
11 bet puniri, glossa in l. utrum, ff. de parricid. l. culpa caret, de reg. iur. ca. non est, eod. tit. in 6. fallit, quando delictum erat committendum in personam eius, cuius potestati conscius est subiectus, l. 1. §. quid ergo, ff. ad senatusconsf. Syllaian. ubi si Dominus veneno, non per uim necatus esse proponatur, serui eius conscij de de-

llcto supplicio afficiuntur, ubi glossa in verbo conscij, notat ex sola sciẽtia eos teneri, idem in filio, si fuit conscius de morte patris, d.l.2.ff. de parricid. Eadem ratione idem dicendum de uasallo, qui fuit sciens de morte Domini, ut in subdito non reuelante cõiurationem, seu delictum committendum contra principem, vel ciuitatem propriam, l. quisquis, C. ad l. Iuliam Maiest. Et idem de clerico, Panormit. in cap. 2. de restitut. spoliat. non reuelante delictum contra proprium episcopum, uel de parochiano contra parochum, cum sint patres spirituales, ut de episcopo est clemen. 1. de pœnis, & de presbytero parochiali, 30. quæst. 1. capitulo omnes, & capitulo sequenti, cum isti patres spirituales sint habẽdi in maiori reuerentia, quam carna-
12 les,† capitulo Pictantium, & quod ibi notatur 30. quæst. 3. uerbo multo sanctius, vbi dicit glossa, quod pater spiritualis est magis diligendus, quam carnalis, 2. quæst. 7. capitulo qualis, uerbo Amplius, quæ etiam inquit, & est argumentum quod in eodem genere delicti plus peccat quis erga parentes spirituales, quam carnales Et intellige, quod prædicti teneantur ex sola scientia secuto effectu, alias secus, nisi in crimine læsæ Maiestatis, d. l. quisquis, & quamuis, quod ex sola scientia quis non teneatur, procedat de iure ciuili, non tamen de iure canonico, glossa in dicta l. culpa caret, & in foro conscientiæ, tamen Panormit. in capitulo 2. de restitut. spoliat. putat in foro conscientiæ tunc teneri, quando poterat obuiare delicto inferendo proximo, & dolose obuiare prætermisit: nam tunc negligentia pro facto re-
13 putatur, † & vt factum punitur, pro hoc est bonus tex. in cap. dilecto, vbi Franc. numero 5. de sentent. excommun. in 6. & 23. quæst. 3. cap. qui potest, sed modo in casu nostro non poterat obuiare: quia probabiliter timebat maius malum ex reuelatione euenturum: ergo tacere debet. Præterea Baldus in l. mandati, C. mandati, dixit quod non debet denunciare personam, quæ debet ipsum offendere, ita Additio. ad Dynum, in d. capitu. non est L. B in fin. item facit text. in cap. quantæ, extra de sentent. excomm. ubi qui potest prohibendo obuiare, ne clericus percutiatur, & non obuiat, incidit in ex-
14 communicationem, † licet glossa ibi intelligat textum in habente iurisdictionem, seu potestatem in verberante, & hic videtur uerus sensus: quia iste potest, & debet obuiare: sed in casu nostro sacerdos non habebat iurisdictionem in illum malum hominem, ergo tacẽdo non uidetur peccare. Rursum Marianus Soc. in d. cap. quantæ, limitat illum textum in eo, qui non vult se immiscere rumoribus aliorum. Præterea si sacerdos reuelaret suo familiari, poneret se in discrimine secundum aliquos irregularitatis, cũ familiaris ille suus poterat interficere malum hominẽ, ergo non tenetur. An vero sacerdos
15 non reuelando tractatum, † qui fuit habitus de morte alterius sacerdotis, fit irregularis, vera est sententia, quam sequitur Speculator, in titul. de le. in tractatu dispensationum, §. iuxta propositionis, 4. colum. uersic. Quod si amici. Ioan. Andr. in cap. ad audientiam, nume. 2. de homic. vbi Zabar. Innoc. & Anchar. in cap Petrus, tit. nostro, quod non fit irregularis, cum non possit dici committere homicidium facto mandato, consilio, uel defensione, distin. 50. cap. si quis uiduam, item regula est, quod
16 quando aliquis aliquid gratum facere tenetur, uel non facere, si pecuniam accepit, turpiter & iniuste acquirit, de hoc est glossa singularis in l. 3. § si tibi, ff. de condict. ob turp. caus. Iason in l. 1. eodem titul. sed de

iure possum accipere pecuniam, ut te iuuem, l. metum, §. sed licet ff. quod met. causa: ergo non indicando cum non debeam facere, non pecco. item facit glossa singularis in cap. quia prę sulatus, 1. quæst. 4. vbi consanguineorum maleficia in nullo absunt illis, qui illa sciuerunt, & non indicauerunt, sed non consenserunt. Hinc glossa in verbo canonice in fine ponit quæstionem sed nunquid tenetur remittere actionem iniurię, cum
17 sciat † quod si non remiserit, interficient eum fratres sui. & dicit quod non, dummodo ipse eis nihil dicat: sed rancorem tenetur dimittere, capitulo si quis contristatus, distinct. 90. de pœniten. dist. 5. cap. ulti. quia non est licitum nobis odio aliquem habere, ut 23. quæst. 4. cap. cum in lege. 11. quæst. 3. cap. inter uerba. Vnde Petrus de Anchar. dixit ad corroborationem glossę in d. cap. quia prę sulatus, quod licet mei cōsanguinei propter iniuriam mihi illatam sumant inde uindictam, non est mihi aliquid imputandum, nec præsumūtur in dubio ex mea conscientia hoc fecisse, nisi me pręsente haberent colloquium, & tacerem, d. cap. Petrus, & allegat glossam in dicto capitulo quia præsulatus. Et si quis uellet hāc partem tueri, possit de facili respondere ad ea, quæ allata sunt pro parte contraria. & primo non obstat textus in dicto capitulo qui cum fure, de furtis: nam ille tex. intelligitur secundum Doct. non de fure, sed de furto hoc est, quod quis teneatur indicare furtum, & non furem, nisi iudex eum compellat, l. tertia, ff. de offic. præsid. in fine. Vnde dicit Do. Anto. de Butr. in d. cap. qui cum fure, num. 9. quod non tenetur ad indicandum furem, si est in periculo
18 mortis, † aut truncationis membri, si indicetur, & hoc maxime in clerico: at hic sumus in casu, quando indicando probabiliter sequeretur mors, uel membri truncatio. Pariter nec obstat secundum, quod quis cogitur facere testimonium: ergo indicare: quia respondet Bart. in dicta l. ciuile, quod quando quis testifi-
19 catur, non dicitur manifestare furem, sed magis de fure manifestato iudicem declarare, & certum reddere, cum nunquam iudex deueniat ad testificationem, nisi præcedant indicia contra malefactorem. Rursum non obstat textus in l. si seruus, C. de his, qui ad eccle. confug. quia illud procedit de iure ciuili, secus de iure canonico: quia peccat pecuniam recipiendo, ut indicet, cum ad hoc teneatur. sic diximus in 1. parte nostrarum decis. lib. 2. cap. 95. num. 4. quod inuentor rei alienæ non potest mercedem, uel præmium a domino ex pacto recipere: quia lege iustitiæ reddere tenetur, & non charitatis, licet sponte, & libere datum possit retinere. Anton. de Butr. in capitulo ex literis, numero 9. de furt. Abbas in cap. dudum, numero 18. extra de elect. sic non obstat, quod qui potest impedire delictum committendum, & non impedit, uidetur consentire: quia intelligitur cum commode hoc facere possit, quod non erat in casu nostro. Et ita etiam soluitur ultimum. Quid autem mihi uideatur dicendum in hac consultatione, Dico primum, sacerdotem istum debere admonere malum ho-
20 minem, † ne faciat, 2. quæst. 1. cap. si peccauerit. At si nolit desistere a sua mala uoluntate, & sacerdotem audire, indicet talibus, qui possunt prodesse, & non obesse 22. q. 2. capitulo hoc uidetur. ubi glossa in uerbo prodesse dicit, quod hi, qui possunt prodesse sunt sacerdotes, ut habetur 14. quæst. 5. cap. denique, quod procedit, quamuis sacerdos iureiurādo astrinxerit se omni silentio contegere: nam cum talibus dixit, qui possunt
21 prodesse, non dicitur prodere, † d.

cap.

cap. si peccauerit. tum: quia sacramentum non fuit inuentum, vt esset vinculum iniquitatis, vt 22. q. 4. c. inter cætera, uel dicat illi, contra quem agitur, frater scias, quod est, qui velit te interficere, ita tamen, quod non deprehendatur ex aliqua circunstantia, quis sit ille, sicut habetur in cap. si sacerdos, extra de offic. ordin. ubi multa permittuntur in genere, quæ non permittuntur in specie. Quod si periculum sit quicquam illi insinuare personæ, tunc taceat, maxime si probare nequeat, ut 2. q. 7. cap. plerunque, vel etiam si in confessione nouerit, quo casu nullo modo reuelare debet, quamuis certo sciat mortem euenturam, nisi reuelet, ut inquit D. Thomas in 4. sentent. distin. 23. art. 1. ad quintum. si uero reuelare poterit, nil dubium, quin prote-
22 statione facta † ei licet absque metu irregularitatis ecclesiæ denunciare ad medelam potius quam ad punitionem, quo ne fiat, impediat: non autem vt reus aliqua afficiatur pœna saltem deformante. sufficit uero ad probationem unius testis assertio vna cum dicto denunciantis, ut nos diximus in 1. par. nostrarum decisionum, lib. 2. cap. 62. nu. 34. igitur hoc modo erit procedendum, ut prius præmittat correctionem fraternam,
23 † quod si illa non prosit, admoneat in generali occidendum, alias cum ad hoc teneatur lege charitatis, peccaret mortaliter, modo dicta reuelatio commode fieri possit, id est sine periculo vitæ suæ, vel suorum. vel dicat talibus, qui magis possunt prodesse, vel ultimo dicat ecclesiæ, si probare potest, ita colligitur ex glossa singulari in capitulo nerui, verbo a transgressione, distin. 13. & Turrecrem. ibi num. 2. in fine. Et hæc salua &c.

D. Iacob. de Grassijs a Cap.

DE HAERETICIS.

SVMMARIVM.

1 *Ecclesia Romana caput est, & mater omnium ecclesiarum.*
2 *Violare uerbo multipliciter accipitur.*
3 *Contemnentium obedire preceptis duplex est genus.*
4 *Inquisitor potest procedere circa factũ, quod sapit hæresin.*
5 *Epistola uidetur organum, quo mediante vox unius uadit ad alterum.*
6 *Imperitia, uel rusticitas aliquantulum excusat.*
7 *Delicta grauiora facit sublimitas peccantium.*
8 *Facto, & non uerbo renunciatur canoni si quis suadente diabolo 17. quæstione 4.*
9 *Cedulones affixos deturpantes uidentur male sentire de fide.*
10 *Impedientes munus inquisitionis incidunt in excommunicationem.*
11 *Violans literas aduersarij de iure ciuili grauiter punitur.*
12 *Tortura adhibenda, quando quis dubitat de intentione an factum sapiat hæresin, vel non, limita.*

Consilium I.

INterrogatus vtrum superior monasterij, qui dum a suo subdito in præsentia totius conuentus constitutionis pagina præsentabatur Clementis VIII. de largitione munerum, eam contemptibiliter manibus pertractauit, commotusque etiam aduersus illum, intendebat carceri mancipare quin impediuit quoque ne Romam peteret ad sanctum officium, possit tanquam suspectus de hæresi apud inquisitorē fidei accusari. Ad quod dubium resoluēdum inuocato prius Diuino nomine, & Beatissimæ Mariæ semper Virginis implorato suffragio, tria præmitto. & primum eccle-

siam Romanam esse matrem om-
1 nium ecclesiarum, & caput, glossa in 1. notab in cap. 1. de immunit. eccles. libr. 6. & Romanum Pontificem omnium fidelium caput, 9. quęstio. 3. cap. cuncta per mundum, & c. per principalé. sed cum a capite in omne membrum descendat regimen: ergo quodlibet caput habet facultatem dandi leges, & regulas toti corpori, & ita ecclesia Romana dubio procul potest facere constitutiones, & condere leges, & statuta, & oppositum dicere est erroneum, & hæreticum, ut dixit Ioan. de Turrecrem. in cap. nulli fas, num. 1. distin. 19. Secundo præmitto, quod constitutio potest multipliciter male tractari, quod potest comprehendi sub
2 verbo uiolare † Nam uiolare ut dicit Archid. in capitulo quæ contra, numero 4. distinct. 8. est corrumpere, contaminare, & polluere, atque uim facere: idem etiam dixit in capitulo statuimus, distinct. 61. item de hoc fit mentio, in l. si quis, id, quod, §. doli, ff. de iurisd. omn. iudic. & per Abbatem, & Ioan. Andr. in cap. accepimus, de fide instrum. unde a simili dicitur uiolari ecclesia, quando polluitur per sanguinis, vel seminis effusionem in ea, capitulo proposuisti, extra de consecrat. eccle. uel alta. capitulo vnico eodem tit. in 6. glossa, in capitulo is, qui, de senten. excommun. in 6. sic quo ad immunita
3 tem dicitur † ecclesia uiolari, quãdo per eam quis ab alio extrahitur: At in casu nostro uiolantur litteræ Apostolicæ, quando illę non recipiuntur cum reuerentia, ponendo illas super caput, sed male manibus tractantur. Tertio præmitto, quod duplex est genus contemnentium obedire præceptis, siue decretis Apostolicæ sedis. Quidam enim sunt, qui Romanum Pontificem caput esse omniũ ecclesiarum negantes, dicunt ipsum non posse Canones, siue decreta condere, neque habere potestatem condendi. Ea propter dicunt statuta ab eo condita non esse seruanda, & ea seruata contumaciter contemnunt, & tales sunt excommunicati in cap. primo Bullæ cœnę Domini, tanquã errantes in potestate clauium Beato Petro, & eius successoribus in Petri personam data. Matth. capitulo 26. ut habetur 24. quæst. 1. cap. quodcunque, & extra de re iudic. cap. ad Apostolicæ, §. nos itaque. Quidam autem sunt, qui obedire contemnũt non ex radice illa erroris: quia negãt Apostolicam sedem caput esse ecclesiarum, aut posse decreta condere, sed ex alio capite, ut puta ex odio, qđ habẽt ad præsentantem, aut propter alicuius commodi temporalis acquisitionem, uel damni, aut periculi euitationem, aut ex aliqua alia passione animi, & hi mortaliter peccant, cap. 2. extra de maior. & obedi. non tamẽ sunt ipso facto excommunicati, sed excommunicandi, ut tradit Archidiac. & Turrecr. in cap. nulli fas, distinct. 19. per tex. in d. cap. 2. sed modo deueniamus ad dubiũ. Ad quod breuiter mea quidem sententia respondeo casum esse, in quo sanctæ fidei inquisitor possit contra ipsum procedere, facit glossa in cap. accusatus §. sane, de hęret. in 6. ubi Archid. Gemin. & Franc. ibi notant, quod
4 de his, † quæ hæresin sapiunt manifeste, inquisitores hæreticæ prauitatis possunt se intromittere, quod vero videatur sapere hęresin, patet: quia male tractando manibus dictam constitutionem præsentatam, strappazzandola, (ut vulgo dicitur con le mane) hoc est discerpendo manibus, vel dilaniando per aliquot tempus coram toto conuentu uidetur male, & irreuerenter tractasse ipsum summum Potificem: nam epistola uidetur esse quoddam organũ, quo mediante uadit vox vnius ad alium, glossa ubi Bartolus in l. qui

autem,

autem, §. constituere, ff. de constit. pecu. & vt dicit Matt. de Afflict. in constit. regni, litteræ debent operari idipsum, quod ipsemet, si præsens esset. Accedat et, quod hoc cum fecerit in præsentia totius cõuentus, grauius peccauit, scandalum præbendo suis subditis, 11. quæst. 3. cap. præcipue, cum non restrinxerint sub ratione potestatem, facit tex. cap. illa, cum duobus seq. 11. quæst. 3. sed ante egit, quam concitata mens ad tranquillitatem redijt, d. capit. illa: nam commotionis tempore iniustum omne iustum putatur. Nec excusare se potest, quod ob imperitiam, uel ru-
6 sticitatem fecerit, † vel casu, ut in primis motibus: nam tunc non esset ita puniendus tam in foro pœnitentiali, cum primi motus non dicantur esse in potestate hominis, & excusent à peccato mortali, quãdo sunt tales, vt deficiat integritas iudicij, quæ necessaria est ad constituendum peccatum mortale, cap. 1. extra de delict. puer. quam in exteriori, in quo mitius esset puniẽdus, l. si quis id, quod §. doli, ff. de iurisd. omni iudic. cum ergo per aliquod tempus manibus illam constitutionem male tractauerit, & esset sacerdos, religiosus, Theologus, & primus superior, ex his fit,
7 quod sublimitas peccatis † grauiora faciat delicti iudicia. in eodem enim genere delicti grauiora iudicantur maiorum, quam minorum. quanto enim gradus est altior, tanto casus iudicatur grauior, argum. dist. 40. cap. homo christianus, d. cap. præcipuè, 1. quæst. 3. cap. saluator: Tum etiam: quia iste uidetur factis resistere constitutioni summi Pontificis, & plus est factis, quam verbis aliquid facere. Matt cap. 21. cap. cum dilecti, de appellat. l. certum, ff. si cert. petat. Hinc quod non potest fieri uerbo, fit facto: unde priuilegio canonis si quis suadente diabolo 17. quæst. 4. non potest quis renunciare uerbo,
9 † extra de foro compet. cap. si diligẽti, potest tamen renuntiare facto, vt si clericus faciat actum omnino cõtrariũ, (v. g.) si post trinam admonitionem dimiserit habitum clericalem, & tonsuram, vel enormitatibus se immisceat, cap. perpendimus, de sentent. excommunic. cap. cum non ab homine, cap. in audientia, eo. tit. quare cum facto videatur contẽpsisse dictam constitutionem, attentans etiam præsentantem in uincula conijcere: nam iniuria uidetur esse facta ipsi, cuius est constitutio, facit glossa in cap. Parochianos, de sententent. excommun. arbitror inquisitorem posse procedere contra ipsum: Quod idem intelligo de constitutionibus episcoporum, si male tractantur. Quare deturpantes cedulones affixos, videntur male sentire de potestate prælatorum, & censuris ec-
10 clesiasticis, † & illas contemnere, & irridere, & irrogare ecclesiæ ignominiam, quę eis cẽsuris vtitur, sicut eleganter, & copiose ostendit aliquãdo Illustrissimus Dominus Marcus Antonius Columna, Marsilius Archiepiscopus Salernitanus uir iuris vtriusque peritia insignis, ut refert Francis. Pegna in comment. 24. tertia parte directorij Inquisitionum. versiculo sunt item. Tum etiam: quia intulit impedimentum accedendi ad inquisitorem: quia ex quo impediuit munus sanctæ in-
11 quisitionis, † uidetur incidere in excommunicationem, cap. ut inquisitionis, §. prohibemus, de hæret. in 6. ita Vmbert. in opere iudic. inquisit. verbo impedientes: unde possunt inquisitores contra ipsos impedientes verbis, aut factis agere, tanquam suspectos de fide, vt ipse probat quatuor modis, quod si male tractauerit non tanquam male sentiens de auctoritate summi Põtificis, est etiam acriter puniendus, vt dixit Archid. in cap. statuimus, di. 61. & in iure ci-

uili violans literas, aut instrumentũ aduersarij est grauiter puniendus pœna extra ordinaria, si hoc fecerit coram iudice, ita videtur sentire Ioan. Faber in §. pœnales. Instit. de actio. vide Guid. Pap. decis. 233. & additionem in uerbo Quingentorum. Et idem si auferret per uim, sed nõ uiolaret, & videtur iste talis violentus iudicis potestatem eludere, ita Ioan. Andr. in d. cap. accepimus, nume. 6. de fide instrument. ubi dicit, quod acriter, & extraordinarie iudex debet eum punire, argum. ff. de publ. & vectig. l. licitatio, §. quod illicitè, & eum sequitur Abbas in d. cap. accepimus, nu. 4. Quod procedit non solum in corrumpente, sed etiam in mandante, Barto. in l. si quis, §. serui, ff de iurisd. omn. iud. igitur cum hoc sit dubium, an male tractauerit, tanquam male sentiens de auctorita
12 te Romani Pontificis, † uel non crederem super hac intentione esse torquendum, cum iam constet de facto prauo, sed mens ignoratur, an illud prauum opus fecerit non bene sentiens de auctoritate summi Pontificis, ita faciunt ea, quæ diximus, in 1. par. nostrarum decis. lib. 2. capitulo 5. num. 15. nisi superior declarauerit voluntatem suam ante, uel in cõtinenti postquam male tractauerit dictam constitutionem, & hoc probauerit per illos testes, quibus manifestauit uoluntatem suam, se illud fecisse animo paruipendendi auctoritatem summi Pontificis. Et hæc salua, &c.

D. Iacobus de Graffijs a Capua.

DE HAERETICIS. Consilium II.

Sacerdos quidam domi retinebat libros ab ecclesia Romana reprobatos, ut Chiromantiæ, & Astrologiæ, quos, vt cognouit tales esse, statim eos destruxit incendio. Modo dubitat iste sacerdos an iste incurrerit in excommunicationem, & consequenter in irregularitatem, si retinendo illos celebrabat. Rursum, Quidam legit librum hæreticum pro vero nesciens prohibitum, sed tantum dubitans, & non curauit inquirere de ueritate, an ultra mortale contrahat excommunicationem.

Consilium hoc duabus difficultatibus absoluetur.

I. An retinens domi libros prohibitos ignoranter, sit excommunicatus, cum incendio statim, ut tales eos cognouit, destruxerit.

II. An legens librum hæreticum dubitans de hoc excommunicatione ligetur.

PRIMAE DIFFICVLTATIS.

SVMMARIVM.

1 *Libri hæreticorum sunt comburendi.*
2. *Index quid episcopis ordinet circa libros Astrologiæ iudiciarĉæ.*
3 *Inquisitores an, & quando procedant contra diuinatores, & sortilegos.*
4 *Tenentes libros hæreticorum sunt excommunicati.*
5 *Liber prohibitus repertus apud aliquem, facit illum tanquam hæreticum punire.*
6 *Tenentes libros prohibitos, quando indicantur innoxij.*

CIRCA hanc difficultatem Diuino prius nomine inuocato, & Beatissimę Mariæ Virginis implorato suffragio, dico multa: & primum, quod cum libri hæreticorum sint
1 † comburendi, l. quicunque, §. nemo, de hæret. fit, quod non sunt habendi in domo, in quorum numero comprehenduntur omnes libri ab ecclesia reprobati, ut sunt libri Chytoman-

mantiæ, Physonomiæ, Hydromantiæ, & Astronomiæ ex Constit. Sixti V. Anno 1. sui Pontificatus, quæ incipit. Cęli, & terrę, de quo mentionem facio in 1. par. nostr. decisionum lib. 2. cap. 5. num. 19. & seq. & lib. 4. cap. 18. num. 44. de his etiam libris habetur in indice Regula 19. in qua ordi-
2 natur episcopis, ut diligenter † prouideant, ne huiusmodi libri Astrologiæ iudiciariæ habeantur, qui de futuris contingentibus, vt erat in casu nostro, aut successibus, fortuitisue casibus, aut his actionibus, quæ ab humana voluntate pendent, aliquid euenturum affirmare audent. Secundo dico, quod licet Geminianus in capitulo accusatus, §. sacerdotes, nu-
3 mero 6. de hæret. in 6. dicat, quod inquisitores non possunt procedere cõtra diuinatores, & sortilegos, ut habetur per Oldradum in cons. 208. nisi sapiant hæresin manifestam, contra quos se intromittere possunt, & si fuerint conuicti in iudicio, uel confessi, sunt in iudicio ecclesiæ habendi non ut sortilegi, & diuinatores, sed ut hæretici, & consequenter ipso facto excommunicati, ut per extrauag. Ioan. 22. super Specula. tamen hodie adest constitutio Sixti IV. contra huiusmodi sortilegos edita anno Domini 1473. quæ incipit dilecte filii. item Innocen. viij. summis anno 1484. Alex. vi. Receptum & vltimo Sixti V. Cęli, & terræ, quæ multum inuehit contra Astrologiam iudiciariam, & quod possint puniri ab ordinarijs canonicis pœnis, vel ad arbitrium. Tertio dico, quod tenentes libros hæreticorum non solum in
4 Bulla cœnæ, † sed etiam in indice librorum prohibitorum, nec non in Concilio Lateranensi sub Leone X. sess. 10. excommunicantur. Is autem libros hæreticorum tenere dicitur propriè, qui vel suo, vel alieno nomine in domo sua, vel aliena libros illos tenet. Verum vt tenentes incurrant in excommunicationem Bullę, quæ requirantur, & quando excusentur a peccato mortali & consequenter censura, habetur libro 4. nostrarum decis. libr. 4. cap. 18. numero 40. & 47. & sequ. sed modo deueniamus ad dubium, ad quod dico, quod licet Ioannes de Anania, in cap. si quis episcopus, de hæret. in iij. colu. dicat, quod si liber reprobatæ lectionis reperiatur apud aliquem, potest tan-
5 quam hæreticus puniri, † quod secus est in vsurario: quia si in scrinio alicuius inueniantur rationes, vel instrumenta, per quæ patet eum vsurarium esse, non probat eum fuisse manifestum vsurarium. ita glossa in ca. sane 24. quæst. 2. tamen Archidiac. in capitulo secundo, colum. 2. de hæret. in 6. dicit hæc formalia uerba. Item qui libros hæreticorum suscipiunt, dico suspectos, & eis est purgatio indicenda: quia si statim eos destruxerint incendio, vel alio mo-
6 do credo innoxios iudicandos, † argum. 5. quæstio. 1. in cap. 1. & cap. & si quis, & ita in foro exteriori sunt innoxij iudicandi, si statim vt susceperint, & sciuerint eos esse hæreticos combusserint: quod idem arbitror in foro conscientiæ, cum excommunicatio non liget nisi dolosos, quod probatur in d. l. quicunque, §. nemo, verbo Audeat, facit tex. in cap. 2. uerbo scienter præsumpserint, titul. nostro, in 6. simile de clerico excommun. ministr. cap. si celebrat, cum facti ignorantia unumque excuset, capitulo Apostolicæ, cum similibus de clerico excommun. ministr. Quapropter cum iste, de quo quæritur, dictos libros combusserit, ut cognouit eos esse reprobatos ab ecclesia, fit, quod retinendo ex ignorantia non fuerit excommunicatus, & consequenter nec irregularis, cum ad incurrendam excõicationem, necessario requiratur sciẽtia, ut diximus ubi sup. c. 18. nu. 40. Et hæc salua &c.

Secvnda Difficvltas.

An legens librum, quem dubitat esse hæreticum, non curans inquirere ueritatem, sit excommunicatus.

SVMMARIVM:

1 *Veritas in delictis magis attenditur, quam opinio, seu dubitatio.*

2 *Ignorantia crassa non excusat.*

CIrca hanc quæstionem respondeo, quod uidetur istũ præter mortale incurrisse in excommunicationẽ: quia in deli-
1 ctis magis ueritas attenditur, quam opinio, seu dubitatio, iuxta notata per Petr. de Anchar. in clem. 1. de cõ sanguin. & affinit. per cap. si vero, el 2. de sentent. excommu. nam talis ignorantia etiam cessante dubitatione non excusaret, si ex crassa igno-
2 rantia † nesciebat, probatur in cap. 2. de constit. in 6. Doctores, in capit. Apostolicæ, de clerico excomm. minist. & in cap. à nobis, el 1. de senten. excommu. quanto magis, quando adesset dubitatio de ꝓhibitione, & in veritate erat prohibitus, & negligit certiorari, sed perseuerabat in legendo, cum eo ipso quod cœperat dubitare, debebat desistere, cap. illud, de cleric. excomm. ministr. eligendo in dubio tutiorem uiam, cap. iuuenis, extra de sponsal. c. ad audientiam, de homic. & inquirere: vnde cum hoc prætermiserit, videtur fuisse in dolo præsumpto sufficienti ad contrahendam talem censuram, Syluester in uerbo culpa, ad finem. Et hæc salua &c.

D. Iacob. de Graffijs à Cap.

DE FVRTIS.

SVMMARIVM.

1 *Simoniacus est, & peccat mortaliter accipiens pecuniam, ut episcopo celet peccatum.*

2 *Taciturnitas mala est in nouem casibus.*

3 *Iuramento promittẽs alicui silere quod dicturus est, si indicat uelle hominem interficere, quid faciet?*

5 *Pecunia an sit restituenda danti, quando turpitudo est ex parte utriusque, num. seq.*

6 *Datur aliquid, uel ob rem futuram, aut causam præteritam, & ob rem aut turpem, aut honestam.*

7 *Causa turpi non subsequuta restitutio facienda est danti. nisi numero sequent.*

9 *Epilogus quæstionis propositæ.*

Consilium.

CAsus talis est, Quidã, qui duos habebat equos uitiosos, sciens quendam quærere ut emeret, dedit proxenetæ pecuniam pro admonendo volente emere equos, ut non manifestato eorum uitio persuaderet illum ad emendum, sed contra proxeneta accepta pecunia accessit ad eum, qui emere proposuerat, manifestauitque uitium, quo non obstante ille emit, mõ dubitatur, an pecunia illa sit danti restituenda, quæ ideo data est proxenetæ, ut aliquid indebitum agat, hoc est, vt faciat vendere equos, tacendo eorum vitium, quod tamen non fecit.

Ad quod Diuino nomine inuocato, & Beatissimæ Virginis suffragio implorato, uidetur dicendum, quod pecunia non sit restituenda danti, & primo facit textus in cap. nemo, extra de simon. ubi habetur, quod simoniam committit is, qui pe-
1 cuniam accipit, † ut episcopo peccatum illius celet, & peccat mortaliter in foro conscientiæ, ut patet per glossam ibi, in uerbo celet, & tamen pecunia nõ ẽ restituenda dãti: quia est datio contra legem, unde meretur dans dominium perdere, ita in proprijs terminis dicit Sotus lib. 4. de iust.

iust. & iur. quæst. 7. artic. 1. uersic. ad secundum, in princ. Secundo: quia sua taciturnitate causa est, ut alius damnificetur, peccat mortaliter, facit tex. in cap. qui cum fure, extra de furt. ubi non solum fur est ille, qui furatus est, sed & is, qui sciens furē
2 non indicauit, & ita nota taciturnitatem malam esse in delinquentium indicatione, seu manifestatione: quia quæ indicando quis corrigere potest, tacendo abire permittit, 5. q. 5. cap. non uos. item taciturnitas mala est in suorum iurium prosecutione, ut in tota materia pręscriptionis, ubi quis tacendo semetipsum excludit. item in peccati confessione, capitulo omnis, uersicul. omnia, extra de pœniten. & remiss. in ueritatis defensione, 11. quæstio. 3. cap. quisquis. item in subditorum correctione, unde tacens prælatus dicitur mutus, 43. distin. cap. si rector, item in aliorum saluatione, 12. quæst. 2. ca. cum deuotissimam, in princ. item in innocentiæ tuitione: quia non respondere, sed tacere in accusatione dicitur contumacia innocentiæ: vnde Hieronymus contra Rufinum, Responde criminanti, ne si tacueris, cōsentire uidearis. Item in ignorātium eruditione, Ecclesiastici 4. Ne retineas uerbum in tempore salutis, Ne abscondas sapiētiam in decore eius: item ubicunque tacens pro consentiēte habetur, quod dic, ut habetur de reg. iur. cap. qui tacet, lib. 6. per glossam, & Dynum. per Gregorium in pastor. capit. 14. uel quando quis suo silentio damnificat aliquem, ut in casu nostro, sic glossa in cap. nerui, di. 13. dicit, quod si aliquis cōstringit iureiurando, ut omni silentio cōtegat quod dicturus est, & postea dicit se velle occidere aliquem homi-
3 nem, tūc debet admonere ne faciat, vt 2. quæst. 1. cap. si peccauerit, & si nolit cessare a malo proposito, debet non obstante iuramento manifesta re ijs, qui possunt prodesse, capit. hoc videtur, 22. quęst. 5. ac etiam postremo potest illi met dicere in generali, scias frater, quod quidam te uult occidere, non tamen nominando aliquem, extra de offic. ordin. cap. si sacerdos, & ratio est: quia sacramentū non debet esse uinculum iniquitatis, 22. quæst. 4. cap. inter cætera: Attamen quod diximus debere dicere in generali, intelligitur, modo non deprehendatur ex aliqua circunstantia quis ille sit, d. cap. si sacerdos. Turrecrem. in d. cap. nerui. igitur ex his fit, quod cum proxeneta acceperit pecuniam, ut celet defectum equi, peccet mortaliter: quia sic est causa, ut damnificetur emptor, & ideo turpiter accepit, uenditor autem, qui dedit proxenetæ, turpiter dedit, ut liquido patet: igitur cum adsit turpi-
4 tudo ex parte utriusque, † uidetur, quod potior debeat esse conditio possessoris, l. si ob turpem, §. porro, ff. de condict. ob turp. caus. l. 2. C. eod. l. si procurator, ff. de doli, except. de condict. sine causa, l. fin. in princip. & ita quod non teneatur ad restitutionē. Quod idem videtur dicendum, si litigator aut iudici, aut scribæ, aut testi corrumpendo munera offerret, aut assassino, vt hominē occideret:
5 † nam tunc cum dantis uersetur turpitudo, & accipientis, non est pecunia danti restituenda, l. 2. ff. de condic. ob turpem caus. sed in pari causa melior est conditio possidentis, regula iuris in 6. Tertio, & ultimo uidetur, quod iste proxeneta accipiendo pecuniam ad celandum non peccet: quia ipsum celare nihil est: ita glossa in cap. nemo, de simon. sed præsupposito quod sit aliquid illud, tamen non est illicitum, l. solent, ff. de præscript. uerb. His tamen non obstantibus contrarium est uerius, quod male fecerit accipiendo pecuniam, & pecccauerit mortaliter, cum acceperit, ut celet defectum equi, tene-

tur-

turque illam restituere danti, cum actio non fuerit subsequuta, quod ut facilius intelligatur, prçponenda est distinctio, quæ ponitur per iurisconsultum Paulum in l. 1. ff. de condict. ob turp. causam, Quod omne, quod datur, aut ob rem futuram, aut ob
6 causam præteritam datur, † & ob rem aut turpem, aut honestam. turpem autem, ut dantis sit turpitudo, non accipientis, aut accipientis dumtaxat, non etiam dantis, aut vtriusque. Turpiter uero, & iniustè eam pecuniam acceptam dicimus, quæ datur ob id, quod quis gratis facere, uel non facere tenetur, ita glossa in l. 4. §. si tibi, uersic. repeti, ff. eod. tit. Iaso. in d. l. 1. quam glossam dicit singularem Baldus in cap. super eo, extra de transact. sed quis tenetur ex charitate indicare id, quod redundat in detrimentum proximi, Nos in 1. par. nostrarum decis. cap. 62. numero 36. lib. 2. ut in casu nostro. immò ex iustitia, cum esset proxeneta, & ideo ex officio tenebatur indicare defectum equi: unde accipiendo pecuniam, vt celet, peccasse uidetur mortaliter, tenerique ad restitutionem secuto ex officio ex consilio pauperibus, iuxta text. in capitulo sane 14. quæstio. 5. Medina C. de rebus restit. quæst. 2. conclusio 4. si tamen causa turpis non est subsecuta,
7 † tunc eidem danti est restituendũ, quod ob illam fuit acceptum. ratio primi dicti est: quia qui ob illam causam donauit, causa subsecuta uisus est a se omne dominium rei datæ abdicare, propterea non est sibi reddenda Ratio secundi dicti est: quia non donauit nisi ob causam illam, qua non subsistente non est uisus a se rem sibi donatam abdicare. Igitur sibi est res in conscientia reddenda. Et quamuis homo ob turpitudinem suam dignus sit, qui re sua priuetur, non tamen ideo priuatus est: cum aliud sit hominem dignum esse priuari, aliud vero ipso facto priuatum esse, cum secundum Augustinum homo non sit dignus pane, quo uescitur. ita Doctissimus Medina, qui supra. Vnde non obstant in contrariũ adducta, & primo cap. nemo, extra de simo. ubi pecuniam qui accipit, ut episcopo peccatum cçlet, non debet restituere danti: ergo sic in casu nostro: nam dico, quod Sotus ibi loquitur quando actio fuit subsecuta, hic autem secus: sic ad secundum respõdeo concedendo peccasse mortaliter accipiendo pecuniam dolose, ut taceret, quamuis postea indicauerit emptori: non tamen dicimus non teneri ad restitutionem, cum causa nõ fuerit subsecuta: quia iam ille emit equos: quia quando turpitudo est ex parte utriusque, & actio fuerit subsecuta, tunc pecunia non est restituenda danti, & ita procedit illud de litigatore, qui dat iudici, aut scribæ. & sic respondetur ad contraria. Arbitror tamen ex alio capite proxenetã
8 † posse retinere pecuniam: quia fecit negotium uenditoris utile: nam indicando defectum, res habuit effectum, cum uenditi fuerint equi, & pretium ob manifestationem vitij non fuit diminutũ, & Nec põt emptor agere cõtra venditorem redhibitoria per 40. dies, ut moris est Neapoli: peccauit tñ mortaliter dolose accipiendo pecuniam, promittendo cçlare, & postea manifestando. Et ita
9 ex his † habetur quod huiusmodi proxeneta male fecit accipiendo pecuniam, & peccauit mortaliter, cum acceperit, ut taceat emptori uitium equorum: verum cum actio non fuerit subsecuta: quia manifestauit, tenetur pecuniam restituere danti, nisi defendatur ex eo, quod fecerit negotium uenditoris utile: quia pretium ob manifestationem non fuit diminutum, nec emptor potest agere redhibitoria. Hæc salua, &c.

D. Iacob. de Graff. a Cap.

DE

DE ADVLTERIIS.

Consilium I.

Scribitur in libro Hester vij. Tribue inquit Domine sermonem compositum ori meo, idcirco benignissimum Deum ex corde inuoco, ut mihi ueritatem aperiat. Amen. Cum res, de qua agitur, ardua sit de matrimonio scilicet separando quo ad torum inter illustres personas propter vitium sodomiticum, aperiat ergo Dominus pro sua immensa benignitate oculos mentis meæ.

Proponitur ergo, quod quædam illustris domina conqueritur coram ordinario loci suum uirum conari eam trahere ad præposteram venerem: vnde petit ab ordinario a dicto viro sequestrari in loco tuto, & postea ex officio procedi ad inquirendum hoc factum, vt constante delicto fiat diuortium vna cum assignatione dotis, & antifati. Nunc.

Consilium hoc tribus absoluetur difficultatibus.

I. An solus conquestus mulieris de tali crimine sufficiens sit ad sequestrandam uxorem a domo uiri, & alibi collocandam.

II. Posito, quod non, an durante lite sint ei alimenta constituenda per iudicem de bonis uiri.

III. Quæ probationes sint necessariæ ad finem, ut separetur vxor a viro quo ad torum.

Prima Difficultas.

SVMMARIVM.

1 *Accusatio quæ fit ad separationem tori ob uitium sodomiticum, dupliciter contingere potest.*

2 *Iudicandum, & consulendum est secundum communem sententiam.*

3 *Ad obuiandum futuro delicto ne committatur, multa specialia sunt introducta.*

4 *Inquisitio, quæ est facienda præcedente infamia, procedit in delicto commisso, & non committendo.*

5 *Facilis ad credendum delicto committendo, si remedia adhibeat ne committatur, excusatur.*

6 *Possum uti prohibito, ut deueniam ad permissum, si nequeo deuenire ad permissum, nisi cum prohibito.*

7 *Sodomitæ quare vocentur filij diffidentiæ.*

8 *Aduocati an sint audi ad defendendos sodomitas.*

9 *Sodomitæ quod non possint testari, qualiter intelligatur.*

10 *Matrimonium non esse separandum nisi ex causa fornicationis, intelligitur de omni illicito coitu.*

11 *Turpitudinem suam quis non potest allegare, & quando non procedat. nu. sequen.*

13 *Sequestratio uxoris ad finem separandi a toro ubi, facienda.*

CIRCA hanc quæstionem antequam deueniam ad decisionem, est vnum præsupponendum, quod accusatio, quæ fit ad separationem tori propter uitium sodomiticum dupliciter
1 potest† contingere, vel quia maritus exercet tale crimen uersus alios, vel quia vult trahere vxorem ad illud uitium, & ita tentare: & licet Innocentius in cap. 1. tit. nostro, quem sequitur Cardinalis in ca. maritis, eod. titul. glossa Ioan. in cap. omnes causationes, 22. quæst. 7. dicat, quod propter uitium sodomiticum non possit maritus dimitti a toro, nisi vellet vxorẽ ad illud trahere, & sic intelligit d. c. causationes, facit 27. quæst. 1. cap. idolatria, extra de diuort. cap. 2. Tamen Hugo. & Lau. & Ioan. Calder. in d. cap. maritis. Archid. in d. c.

omnes,

omnes, Anton. de Butr. in eod. cap. maritis, tenent contrarium, scilicet posse vxorem propter uitium sodomiticum separari a toro uiri, quando exercet hoc nefandum uitium uersus alios, pro quibus facit tex. in cap. adulterij, cap. flagitia, cap. ullis, cap. non solum, 32. quæst. 7. cum maior iniuria secundum Abbatem in dict. cap. maritis, inferatur matrimonio ex crimine nefando contra naturã, quam ex crimine naturaliter commisso, & ista opinio communior est teste Lamberto, de iure patron. 1. par. lib. 2. §. 9. art. 18. in fine. Couarr. in 4. decret. 2. part. cap. 7. §. 5. nu. 6. Iulius Clarus in praxi crimin. §. sodomia, versic. item propter, fol. 334. num. 4. Et consequenter secundum
2 istam est iudicandum, † & consulendum, ut notatur in l. 1. in uerbo crebrior apud ueteres, de offic. quæsto. l. 1. ff. de senator. & in cap. in canonicis, dist. 19. quo sic præmisso probatur nostra conclusio sufficere solum conquestum vxoris ad sequestrandam eam a domo uiri, & primo Multa sunt specialia a iure introducta ad obuiandum, ne delictum fu-
3 turum committatur, † facit elegans textus in l nullus, C. de summa Trini. & fide cathol. & ibi Baldus colligit in secundo notabili, quod ante factum est maleficijs obuiandum ne committantur: post factum uero puniendo sunt maleficia commissa, ut patet in fine illius legis, facit dictum Abbatis in capitul. tertio de sentent. excommun. vbi potest capi clericus, ut obuietur delicto committendo, & propter hoc Abbas infert in c. cum non ab hoĩe, extra de iud. qđ familia potestatis capere põt clericum incedentem de nocte. sic in delicto committendo correctio fraterna est de præcepto, vt dixit Archidiac. 2. quæst. 7. cap. si peccauerit. facit ẽt singulare dictum Innoc. in cap. 1. extra de postulat. prælat. ubi uoluit, quod licet inquisitio sit facien-
4 da præcedente infamia, † ut in cap. qualiter, & quando, extra de accusa. in cap. Deus omnipotens, 2. quæst. 1. tamen illud procedit in delicto commisso, & non committendo. Vnde potest ex suo officio nulla præcedente infamia inquirere, ut obuietur delicto futuro. sic Abbas in cap. cum in tua, extra de despons. dicit, quod licet infamis non admittatur ad denunciandum, ut habetur in cap. qualiter, & quando, de iudic. tamen illud procedit quoad delictum commissum puniendum, & non quo ad euitandum committendum, item facit glossa in cap. hoc uidetur, 22. q. 5. quod excusatur ille, qui est facilis ad credendum delicto committendo ad hoc, ut obuietur malo futuro,
5 † Ex quibus omnibus cum quæstio nostra consistat in hoc, quod maritus uoluit coniugẽ tuam nõ semel, sed pluries inuitam trahere ad illud uitium sodomiticum, debet iudex ex sola querela exposita procedere, ne tale delictum fiat. ita in proprijs terminis dixit Innocent. in d. cap. 1. quod est uxor sequestranda a uiro quando uellet illam ad id uitium trahere. Et hoc ideo, ut obuiet tali facinori consequendo. unde cum hoc fieri non possit antequam constet de uiolentia facta uxori nisi per sequestrationem a domo uiri: ergo. Nam regula est, quod si non possum peruenire ad permissum, nisi cum prohi-
6 bito, † possum uti prohibito, ut deueniam ad permissum. ita singulariter probatur in l. si uictum, aut stratum, ff. de re iudic. ibi enim denegabantur alimenta, quæ sunt permissa de iure naturali: quare potest agere actione iniuriarum, ut deueniat ad permissum. immo si uxor timeret sibi violentiam inferri, & non posse resistere, potest quidem licite fugam inire, & se recipere in aliquem locũ tutum, & deinde exponere querelam

iam contra maritum, quod eam uo luerit trahere ad uitiũ tã nefandũ, vt a simili diximus in nostris decis. libr.2.capitulo 79.numer.15. Secundo facit, quod cum crimen istud sit pessimum, ut habetur Genes. ca.37. de Ioseph accusante fratres suos crimine pessimo. Hinc Sodomitæ vo-
7 cantur filij diffidentiæ, quasi diffidendum sit de eorum salute, ut dixit glos. in cap clerici, de excess. prælat. Hinc propter tale horrendum scelus, quod Hispani uocãt nefandum, eo, quod de illo non est fandum, nec fari licet, relaxantur iure: unde voluit Baldus in authen. sed nouo iure C. de seruis fugit sodomitis non es-
8 se dandos aduocatos,† ut huiusmodi scelesti defendantur, & eum sequitur Barb cons. pen. col.2. in fi. l.1. verum opinio hæc omni iure, & ratione destituta est, & ideo in forensibus actionibus nunquam receptam eam uidit Lopex ad praxin crimin. Diaz. in cap.88. verbo vnde. pariter glossa in l.1. §. remouet, ff. de postulan. dicit sodomitas esse infames, & glossa in l.2. ff. arb. furt. cęsa. dixit, quod datur bestijs comedendus homo propter hoc ingens facinus, & glossa singuli de hæredibus ab intestato, § per contrarium dixit, quod propter tale crimen fertur sententiã ad damnandum memoriam, & textus, & glossa in cap. mulier 25. quæst. 1. dixit, quod committens crimen contra naturam perdit dominium bonorum suorum ipso iure non expectata sententia condemnatoria, glossa in cap. cum secundum leges in verbo naturæ contraria, & in uerbo eo ipso, de heret. in 6. quam esse communem appellat Iulius Clarus ubi supra in uerbo sodomia. versic. item sodomia: vnde non potest te-
9 stari,† ita Gulie. Benedictus in cap. Raynutius, de testam. in verbo Mortuo itaque testatore, el 1. nume. 134. Deci. in l.1. numer.7. C. de secund. nupt. Soc. in l. quidam relegatus, numero 1. ff de rebus dub. Tiraquel. in l. si unquam, in uerbo reuertatur. numero 384 C. de reuocan. donat. sic nec potest alienare, aut disponere de rebus suis. Verum quod diximus damnatum de crimine sodomitico esse intestabilem, intelligit Lopex vbi supra pluribus rationibus, postquam sodomita de illo crimine fuerit damnatus, qui allegat Speculat. de instrum. edit. nu.6. Item intelligit in verbo illud autem, esse priuatum bonis, quæ tempore commissi criminis obtinebat, non autem priuabitur illis bonis, quæ postea acquisiuit vsque ad tempus condemnationis: igitur si propter hoc crimen ita relaxantur iura, nil erit admiratione dignum, quod possit fugam inire, cum talis fuga gloriosa sit, & sequestrari a domo uiri pro hoc scelere, quo perditur corpus, & anima: unde quod dixit Dominus in euangelio non posse matrimonium separari nisi ex causa fornicationis, non intelligitur de fornicatione in pro-
10 pria significatione,† sed de large, & generali, id est de omni illicito coitu, 32. quæst.7. cap. non solum, & c. meretrices. & ista uidetur communior opinio, ut per Abbatem in d. c. maritis, quam etiam tenet Decius, qui supra. num.8. Et ita, quod licita sit sequestratio a domo uiri propter hoc crimen, quando vir vult trahere uxorem ad illud, patet, cum per omnes scribentes in d. cap. maritis, concludatur de necessitate esse faciendã separationem quo ad totum cõstito de hoc crimine. Qđ si quis obijciat non posse dictam coniugem exponere hanc querelã de hoc crimine: quia sic uidetur allegare suam turpitudi-
11 nẽ,† quare non est admittenda, ut habetur in l. creditoribus, C. de seruo pigno. dato manumis. & notatur in c. diuersis fallacijs, de cleric. coniug. & cap. nosti, extra de elect. cap. si

quis presbyterorum, de rebus eccles. non alien. Respondeo hoc dictum non procedere, quando tacendo fieret detrimentum animæ, ut in casu nostro: nam induceretur mulier ad peccatum, ita notatur per Abbatem in capitulo super eo, de consanguin. & affinit. numero 3. ad idem in cap. præterea el 2. extra de sponsal. in quibus etiam casibus quis possit allega-
12 re † turpitudinem suam, & quando non, extra de sentent. & re iud. Abbas in cap. super 2. de concess. præben. Iason etiam in d. §. procurator, nume. 20. dixit, quod licitum est allegare turpitudinem suam in damnum suum, quod patet: quia licitum est confiteri se commisisse homicidium, uel aliud delictum, & statur confessioni in damnum pœnitentis, iuribus allegatis per Bartolum in l. 1. in 2. colum. C. de confess. non tamen in præiudicium partis stantis pro sententia, uel actus. ut in capitulo 1. & ibi notatis, extra de confess. ubi autem sit facienda sequestra
13 tio † Dicendum est quod in loco tuto aut in aliqua honesta domo, puta in monasterio monialium, conseruatorio uirginum, ut in cap. pen. extra de probatio. uel apud honestos consanguineos 33. quæstio. secunda, capitulo siue, & tandem in loco, in quo nullus metus, nullaque uiolentia timeatur, capitulo cum locum, extra de sponsal. capitulo accedens, extra de procurat. & ubi secure possit morari.

SECVNDA DIFFICVLTAS.

An durante separationis lite sit uxor alenda a marito.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta an a uiro præstanda uxori sequestrationis lite pendente.*

2 *Monacho accusanti prælatum debentur expensæ litis sic de clerico accusante episcopum. nu 5.*

3 *Alimenta An præstanda de anno in annum uel de mense in mensem.*

4 *Alimenta sunt præstanda a die, quo vxor recessit a uiro, & si mulier non dederit dotem, uel haberet unde uiuere possit nu. 6.*

7 *Aduocatus qui facto præcepto de patrocinio præstando pauperi illud absque causa rationabili non præstat, est ab aduocatione repellendus.*

CIRCA hanc difficultatem, An durante sequestrationis lite sit uxor alenda a uiro, Respondeo quod quo ad alimen-
1 ta maritus tenetur ei præstare: † nā cum mulier non habeat quid expendat, maritus est compellendus ad expensas mulieri faciendas, argumen. tex. in cap. ex parte, & cap. cum olim, §. fin. de accusat. quatenus habetur, quod monachus abbatem accusare potest, & cum proprium non
2 habeat, debet ei prouidere de bonis monasterij non solum quo ac uictū, sed etiam quoad litem vsque ad finem causæ, ut nos diximus in 1. par. lib. 3. cap. 5. numer. 115. tam in causa principali, quam in causa appellationis, gloss. in l. si instituta, §. de inofficioso, ff. de inoffic. testam. ita Afflictus decis. 10. nu. 2. & decis. 152. an
3 uero alimenta sint præstanda de anno in annum, uel de mense in mensem, vel de die in diem, Bartol. in l. fin. ff. de liber. agnosc. sic dicit. Quādoque debentur alimenta in perpetuum, ut quia debentur alimenta pauperibus talis hospitalis, & tunc sunt præstanda pro toto anno, l. si quis ad declinandum, C. de episc. & cleric. Quandoque debentur ad tempus, ut homini, quem certum est esse moriturum, & tunc debent solui menstrua, de quo per eum plenius in l. pecunia sortem, ff. de alimen. & cibar. lega. ita Anchar. in cap. cum habe-

haberet, n.14. extra de eo, qui dux. in matrimon. Quæ quidem alimenta
4 sunt præstanda die, quo vxor † a uiro recessit, ita Ancharan. in capit. significasti, num.7. extra de diuort. licet glossa ibi uideatur asserere contrarium: nam ex quo sua sponte recessit, non uidetur, quod possit petere alimenta, sed illud intellige, quando sine causa, non tamen quando cũ causa, Baldus in l.1. num.2. C. de legat. Vincent. de Franc. decis. 244. in fine. Igitur non solum uxor poterit petere alimenta mẽstrua, a die, quo recessit causa mariti, sed etiam expensas ad prosequendam litem contra maritum, sic accusanti prælatum
5 de dilapidatione † debentur expensæ de bonis ecclesiæ, d. cap. ex parte & cap. cum olim, notatur 2. quæst.7. §. ijs omnibus, ita Vincent. in cap. uenerabili, extra de offic. deleg. ubi dicit, quod pendente accusatione potest uendere de bonis mobilibus ecclesiæ pro suis moderatis expensis, ut refert Additio Abbatem in capit. cum. P. L. expensas post medium, extra de accus. sic etiam dicendum de vxore accusante maritum quo ad separationem matrimonij siue de adulterio, uel uitio nefando, siue de consanguinitate, uel alio impedimẽto: quia est compellendus uir ad expensas mulieri faciẽdas, ut notat Innocentius in ca. pen. de donat. inter vir. & uxor. Napod. titul. de alimen. præstan. in constitut. Mulier, ibi ad istam conclusionem circa finem, & ita notandum, quod aduersarius debet prouidere in expensis aduersario, d. cap. ex parte, & §. in officioso, & l. fin. C. de ordi. cognit. ita est casus in sui ratione in l. extraneo, ff. de uentre in possess. mitten. notat Guido Papa quæst.439. num.4. dicens, quod durante litigio vxor est alenda a uiro, facit Paulus de Castro cons.382. incip. uiso quodam, facit optime decisio Marci 513. par.1. nu.25.

Quod procedit, etiam si mulier nõ
6 dederit † dotem, Ioan. Baptista Ferret. consil. 34. lib.1. nisi eam promiserit, & non soluerit, Crescen. de iud. decis. 8. ex notatis per Alex. in l. si cum dotem, §. sin autẽ, ff. solu. matr. & si haberet unde uiuere possit, Afflictus d. decis. 10. Quod idem procedit, quando aliquis litigat cõtra me de sua hęreditate, quam possideo, uel de omnibus bonis, & non habet qualiter litigare possit: nam tunc iudex sibi debet prouidere de alimẽtis, & sumptibus litis, per text. in l. fin. §. quod si ei, C. de ordin. cognit. idem dicendum, quando pauper, uel miserabilis persona non habet modum litigandi, tunc debet prouideri de iudice, & procuratore. ut in auth. de mand. princ. §. si tibi, colla. iij. & nisi aduocatus facto sibi præcepto per curiam præter patrocinium, debet
7 repelli ab aduocatione, † nisi ex causa rationabili se excuset, 3. q.7. c. tria, ita Guido Papæ decis. 561. Ad hoc etiam vide Bellameram cons. 88. de regular. num.3.

Tertia Difficultas.

Quæ probationes sint necessariæ, ut constet virum voluisse trahere uxorem ad præposteram uenerem, ut eo constito possit fieri separatio a toro, & uxor possit consequi dotem, iuxta notata per Hostien. in c. ex publico, de conuers. coniug.

SVMMARIVM.

1 *Peccans in lege matrimonij non debet ex eo præmium consequi.*
2 *Testimonium de uisu non infert necessario copulam.*
3 *Testis de auditu proprio an ualeat ad finem separandi a toro.*
4 *Probatio plena resultat ex pluribus coniecturis.*

Con-

5 *Condemnari quis potest ex praesumptionibus uiolentis.*

Epilogus eorum quae dicta sunt.

CIRCA hanc difficultatem praesuppono, quod quando separatio fit a toro culpa uiri, tunc vxor potest cōsequi dotem, & non tenetur alere uirum: quia cū
1 peccauerit † in lege matrimonij, nō debet ex eo praemium consequi, argum. tex. in l. ab hostibus. §. si uir, ff. solu. matrim. cap. quia frustra, de usur. Ex bonis enim quae alicui auferuntur, non debet quis alimentari, tex. nota. in c. 1. §. si hoīem, de pac. te nen. & eius violat. Quo pręmisso q̄ probationes requirantur, Respondeo, quod difficilis est huiusmodi probatio: nam etiam testimonium
2 de visu † non infert necessario copulam: quia potuit forte impedimentum interuenire frigiditatis, vel maleficij, vel alia pro tunc impotentia ad coeundum, facit quod habetur in capitulo primo per totum de malefic. Felinus in cap. praeterea, de testibus. Vnde dixit Bartolus in l. 2. §. fin. nume. 15. ff de aqua plu. arcend. quod adulterium non potest probari directe, licet uideris vnum super aliam, ut in cap. literis, extra de pręsumpt. Quare dico, quod siue agatur de modico praeiudicio, siue magno, ut in quaestione praesentis facti: quia agitur de separatione matrimonij quo ad torum, videtur hoc casu sufficere testimonium de auditu, non tamen de auditu auditus, sed de auditu proprio mediante tamen tenui pariete, uel cortina, & quod audientes habeant notas uoces mariti, & vxoris, vt quia pedissaeque audiebāt voces, & clamores, atque lamentationes vxoris renitentis, & plangentis, & mariti ad tale scelus trahentis, & comminantis, Quod vxor orto iā sole fuit inuenta tristis, Qd cum aliqua sua familiari, uel parentibus nō semel, sed pluries fuerit conquesta: item fama, quod maritus sit solitus hoc scelus exercere cum alijs: Nam si hoc solum probaretur, causa esset sufficiens ad effectum separationis matrimonij quo ad torū, facit quod notatur in glossa in l. in summa, § idem Labeo, ff. de aqua pluu. arcend. quia licet testimonium de auditu proprio non ualeat, si cortina est in
3 medio, † quando agitur de dissolutione matrimonij, tamen fallit, quando fama, vel alia adminicula interueniant, quae omnia circumspectus iudex subtiliter, discrete, ac diligenter considerare, & attendere debet secundum Hostiensem in d. c. praeterea. Et ita nota, quod licet fama sola non noceat, sed tantum pręsumptionem uiolentam inducat, argumen. tex. in capitulo super eo, extra de eo, qui cogn. consangu. vxor. suae, & licet testis de auditu proprio non probet, ut de auditu clamoris, sed solū praesumptionem uiolentam inducat, ut dixit Hostiens. in d. cap. praeterea, numero 3. tamen fama consentiens id est cum alijs probationibus probat. ita propriè tex. in d. capitulo praeterea, illud vulgatum. Quae non prosunt singula, iuncta iuuant. Et illud ex pluribus coniecturis resultat
4 † plena probatio, ita glossa singularis in l. 2. §. 1. ff. de excusat. tut. Et nota, quod in hoc sufficerent testes, etiam si non omnes eodem tempore audissent clamores, lacrymas, resistētias mulieris, sed successiue vnus post alium in continenti audissent, vt per Imolam in d. capit. praeterea, nu. 4. Ex quibus omnibus concludo quod non solum potest fieri sequestratio per episcopum, sed etiam ipsamet licite potest fugere, Syluest. in uerbo luxuria, quaest. 3. versic. Tertium. Et non solum constito de delicto potest fieri separatio, sed etiam lite durante, & dico constare de delicto, quotiescunque constat ex praesum-

sum-

sumptionibus violentis,d. cap. præterea, 2.cap. ex literis, Abbas in cap. maritis,extra de adult. Nam ex præsumptionibus violentis potest quis
5 condemnari † per l.si quis adulterij, C.de adulter. Abbas in cap.tertio loco,de probat.num. 7. per textum in cap.afferte ,extra de præsumpt. Et hæc salua &c.

D. Iacobus de Grassijs a Cap.

DE ADVLTERIIS.

Consilium II.

Interrogatus An natus ex amasia habente proprium uirum præsumatur filius adulteri vel viri.

SVMMARIVM.

1 *Natus ex amasia habente proprium uirum præsumitur filius uiri, Amplia multipliciter,ut per totum.*

2 *Præsumptio iuris, & de iure non recipit probationem in contrarium.*

1 CIRCA præsentem difficultatem inuocato prius Diuino nomine & Beatissimæ Mariæ semper Virginis implorato suffragio, Respondeo, quod talis præsumitur non ex amasio,sed ex proprio mulieris viro ortus,l.miles,§.defuncto, ff.de adulter. idque procedit etiam,si cum vtroque constet rem mulierem habuisse,Baldus cons.437.quod incipit. Titius habebat scientiam,numer. 3. vol.5.plura per Curtium iuniorem cons.31. nu. 3.ibique ampliat etiam, si mater esset publica meretrix, idemque procedit,etiam si uxor ad domum amasij perstitisset, si tamen uir ad eam aditum habere potuisset, Baldus in l.si matre,C.de suis,& legit. Decius consil. 657. numero 2. Est autem
2 præsumptio adeo violenta,ut quam plures afferant illam esse iuris, & de iure, nec recipere probationem in contrarium, nisi per partis, (de cuius interesse agitur) confessionem, ita firmat Boerius dec.299 n.9 post Hypp.de Marsi.in l.3. §. ad qõnem in fin.de q.ibi, & alia loca recenset. quibus accedit Bero. quæst. 6. n.2. immo etiam, si vxor adultera semper perstitisset in lupanari,& postea reconciliata marito peperit in domo mariti;est præsumptio iuris pro filio nato, quod sit legitimus, & si quis dicat contrarium,debet probare, & probatio est difficilis. ita Cynus in l.si vicinis, C.de nupti.qui n. 4. non requirit ut pariat in domo uiri, sed generaliter dicit, quod filius natus præsumitur, & iudicatur legitimus: vnde Iason cons. 125. col. 1. vol.4. concludit hanc præsumptionem procedere,etiam si nascatur in loco suspecto,extra domum uiri. Et hæc salua &c.

D. Iacob.de Grassijs à Cap.

DE VSVRIS.

SVMMARIVM.

1 *Pretij nomen generale est, proprie tamen accipitur pro eo, quod interuenit in emptione,& uenditione.*

2 *Pretium rei iustum, quod uocatur legitimum, qualiter cognoscatur, & quare uocari soleat ad uocem, numero sequen.*

4 *Pretia rerum non sunt taxanda ex affectu,sed secundum communem æstimationem.*

5 *Pretium naturale diuiditur in rigidum,moderatum, & pium.*

6 *Licitum esse contrahentibus se inuicem decipere qualiter intelligatur. nu. 10. & 11.*

7 *Emptorem anticipare pretium ante traditionem rei emptæ an sit licitum.*

8 *Pretium legitimum est, ut merces tunc aestimentur, quando traduntur.*

9 *Condonatio, quando non spontanea sed coacta praesumitur, non iustificat emptionem.*

12 *Licitum accipitur pro impunibili quandoque in foro exteriori.*

13 *Emptiones, quae uiliùs fiunt citra dimidium approbantur a iure ciuili quo ad eorum ualiditatem non autem sunt sine peccato in foro conscientiae.*

14 *Res, ut tantum uendatur, quantum uendi potest, intelligitur modo pretio licito, & rationabili uendatur.*

15 *Intellectus ad textum in cap. nauiganti, extra de usur.*

16 *In mutuum resoluitur quandoque contractus non mutui.*

17 *Consuetudo illicita tanto magis grauat, quanto diuturnior est.*

18 *Contractus illicitus ob anticipatam solutionem minorem iusto pretio uel debet rescindi, uel ad aequalitatem reduci.*

19 *Creditor quandoque sibi ipsi satisfacere potest de rebus sui debitoris.*

20 *Epilogus eorum quae in breui dicta sunt.*

Consilium. I.

IN quodam loco vsitati sunt huiusmodi cõtractus, quo emptores frondium ad efficiendum sericum illarum quantitatem emunt tempore hyemali vel pretio tum exiguo, ut nec ascendat ad dimidium iusti, quo regulariter ualent mense Maij. Addẽtes aliqui ex illis emptoribus, quod si frondes non prouenerint ex arboribus uenditorum restituant illis pretium acceptum. Alij vero hac lege emunt, vt si frondes in parte defecerint, teneantur pretio tunc currenti consignare illas emptoribus, insuper alij illas emunt, licet sciãt uenditores eas non colligere ex suis possessionibus. Nonnulli credentes illas percipere ex eorum terris, emunt. sunt etiam alij, qui emunt tempore hyemali frondes omnes, quae proueniũt ex quatuor, uel quinque arboribus. Modo dubitatur An huiusmodi cõtractus liciti sint. unde Dei prius nomine inuocato, & Beatissimae Mariae semper Virginis implorato suffragio, antequam ad decisionem deueniam, praemitto, quod cum non possumus iudicare in particulari de istis contractibus, iusti sint, nec ne, nisi rerum, quę venduntur, pretium iustum exigatur, ideo prius uidendum est quomodo cognoscatur iustum pretium. Et ut ex pluribus Doctoribus colligitur, hoc in summa uidetur esse tenendum, quod
1 pretij nomen † generale est, extra de magistr. cap. 1. & Ne praelati uices suas per totum: nam quandoque ponitur pro materia, l. cum emptor, §. fi. ff. de damno infecto, ibi Deducto veteris parietis pretio. Dicit gloss. id est primi parietis materia. Quandoque pro aestimatione, l. in summa, §. in frumento, ff. de condic. indeb. ibi pretium, hoc est aestimationem. Quandoque pro praemio, l. lex Cornelia, §. fin. ff. de iniur. vbi indicanti quoddam delictum cõstituitur pretium, id est praemium. Nonnunquã pro mercede, ff. locati, l. & hęc distinctio, § cum fundus, & l. insulam, in princ. ff. eod tit. Quandoque pro pęna, l. vtrum, §. fin. in fine, ff. de petit. haered. Et Terentius Ego pretium ob stultitiam fero. Hic vero accipitur pretium pro eo, quod interuenit in contractu emptionis, & uenditionis, ubi trãsfertur res mediante pretio. Rursum quaerendum est, quomodo cognoscatur pretium rei iustum. Et dico illud esse reputandum iustum pretium legitimum,
2 † quod auctoritate publica principis, uel communitatis, seu alterius vicem gerentis fuerit rebus uenalibus taxatum. Et hoc pretium uoca-

tur.

tur legitimum, ex eo, quod lege principis, vel communitatis positum est Solet etiam vocari ad uocē: quia solet præfici ante tali, uel tali die a Re
3 gio Magistratu, † uel ab vniuersitate, quæ habet priuilegium a rege statuendi iustum pretium, facit textus in l. 1. §. cura carnis, ff. de offic. præfe. vrbis, Doctores in l. 1. C. de episc. audi. & in capitulo 1. extra de emptio. & venditio. & hoc pretium consistit in indiuisibili, hoc est, quando pretium modij tritici statutum est, vt vendatur 12. neque vnius oboli accessio licita est, sed est peccatum mortale, si ei accessus notabilis augeatur, obnoxiūque restitutioni. & si excessus erit perexiguus, erit venia le. Præterea in defectum huiusmodi taxationis: quia non potest Respublica sua singulis mercibus statuere pretia, communi æstimationi, & currenti pretio standum esse uidetur, ita vt illud sit rerum iustum pretium, quod secundum communem cursum, seu ęstimationem pro rebus illis tradi, & accipi solet, modo sit taxatum non uniuscuiusque mercatoris arbitrio, sed peritorum, & expertorum, textus est in l. pretia rerum, ff. ad l. Falcid. ubi dicitur pretia rerū non esse taxanda ex affectu, aut vtilitate singulorum, sed secundum
4 communem sententiam prudentum id est peritorum in illa arte. Quare debet mercator uendere, ut recta ratio dictat, & vt vellet sibi, si empturus esset, secūdum rectam rationem uendi. Et ita a confessarijs sunt mercatores examinandi, & iudices suarum venditionum constituendi.

Rursum, vbi nec lex pretij determinata sit, nec communis consuetudo, eo, quod forte tales merces non sunt assuetæ vendi, sed de nouo aliū de feruntur, tunc multa essent assignanda ad constituendum iustum pretium mercium, quę apponuntur per Medinam, C. de reb. restituen. quæst. 31. colum. 1. Sotus de iust. & iure lib. 6. quæst. 2. artic. 3. Couar. libro 1. uar. resolu. cap. 1. art. 3. Ioseph Angles de contr. empt. ibi qua ratione iustum pretium cognoscetur. Nos late 1. parte decis. libr. 2. capitulo 112. prætereea sciendum est, quod pretium, quod nō est lege positum, & nec indiuisibilē habet latitudinē
5 iustitiæ, † cuius vnum extremum dicitur rigidum, alterum vero piū, sed medium mediocre, & moderatum, vt quæ iuste res venditur decem, iustè quoque venditur vndecim, tum etiam nouem. Quibus sic præmissis, quod possint emptores anticipata solutione tempore hyemali rem emere tradendam mense Maij minori pretio quam valitura sit tempore traditionis, quamuis nō sit infra latitudinem iusti pretij, faciunt multa, & primo: quia venditores instant, vt emptores taliter emant, & præfato pretio sunt contenti. Hinc fit, vt instantia uenditorum uideatur iustificare hunc contractū, sicut fit, quando mercator pecuniam negotiationi expositam precibus victus mutuat, sicut dixit Nauar. in Manu. cap. 17. num. 211. & in tractat. de vsur. numero 40. & 41. secundo: quia ipsi venditores cum præfato pretio subueniunt necessitatibus suis, decenter alendo suam familiam, alias vendituri cum maiori detrimento res suas. Rursum: quia anticipata solutio pluris æstimatur, quam eadem dilata. Tum etiam: quia emptores subeunt pericula pretij anticipati soluti quod sibi forte peribit, si frondes non ferunt. Item pericula dispēdiorum, & expensarum, quas fortasse antequam frondes recuperet, facturus est. Tum etiam facit textus in l. item si pretio, §. fina. ff. loca. & in l. in causę, §. idem Pomponius. ff. de minor.

25. anno. vbi contractus emptionis, & venditionis licitus est, quamuis pretium non sit iustum: nam naturaliter concessum est, & permisum contrahentibus se inuicem circum
6 uenire, † & decipere, & pariter quod iuris auctoritate fit, iuste fit, si iuste: ergo non est peccatum. sed iuris auctoritate tam ciuili, quam canonico defraudare proximum videtur fieri, ut d. l. item si pretio §. fin. & habetur in capitulo cum dilecti, de emption. & vendition. ergo. Praeterea emere, & reuendere uidentur correlatiua: quia si emit: ergo alius uendit. sed licitum est unicuique rem suam vendere quantum ualet, sic licitũ est emere rem suam quantum ualet, sed anticipata solutione ualet minoris, quam valet tempore traditionis: ergo inspiciendum est pretium hoc praesens, & non futurum. Tum etiam: quia est inter emptores, & venditores satis antiqua consuetudo, quae ligat, vt lex, l. de quibus, ff. de legibus, & capitulo in his, distinct. vndecima. vltimo videtur textus in capitulo nauiganti, extra de vsur. per quem textum habetur, quod licitum est merces anticipata solutione vilius mercari, quam merces praesenti foro veneunt. His, tamen, & similibus non obstãtibus, qd contractus ille sit illicitus, & vsurarius, patet: quia emptorem anticipare pretium, ante tempus, quo tradetur res empta, est mutuare pretium: igitur si ratione anticipationis pretij vellet aliquanto mi
7 nus dare † de pretio, quam iustum, esset, tunc partem iusti pretij uellet sibi retinere ratione mutuationis reliquae partis, & sic de mutuo uellet habere lucrum: igitur peccat mortaliter dando minus pretium ei, cui anticipat solutionem. Et ut clarius loquar, uilius ratione anticipatae solutionis emere usura est: ratione enim mutui palliati aliquid vltra sortem accipitur: quia ista aequipollent accipere decem, vt reddas post duos mẽses 12. & accipere decem, vt post duos menses tantum lanae valens 12. reddas. Quanto igitur maior erit vsura frondium quantitatem tempore hyemali emere 20. Florenis, uel 22 quod post tẽpore traditionis 35. regulariter: quod si nunquam ualet minus, hoc est de raro: quare id non est habendum in consideratione, cum leges non adaptentur ad ea, quae raro fiunt, sed ad ea, quae frequẽtius, l. nam ad ea, ff. de legibus. igitur cum legitimũ pretium sit quo mer-
8 ces tunc aestimantur, quando traduntur, Hinc fit, vt emptorum, qui ratione anticipatae solutionis vilius emunt, quam valet res, quando existit, quo tempore est hominibus usui, contractus reducatur ad vsurarium contractum mutui, ita Conradus de contractibus tractat. 3. quęst. 60. uersic. secunda conclusio, Gabr. in 4. sentent. distinct. 15. quęst. 11. vbi dicit ex eodem patet, quod est vsurarius cõtractus, dum emitur bladum in herba adhuc crescens, *vel vi*num in vite, antequam sint matura, minus quam ualeãt, cum matura erunt propter pretium statim datum, idem tenet Sotus libro sexto de iustit. & iur. quaestio 4 articulo primo, uersic. solutionis in fine. Medina C. de restitu. quaest. 38. Ioseph Angles de vsura ratione emption. difficult. tertia. At quia de conclusione hac apud me nulla est dubitatio, ad argumentorum solutionem descendamus. & ad primum, quod venditores instant, vt emptores emant, & illo pretio sint contenti: vnde volenti nulla fit iniuria, Respondetur, quod talis instantia non eos iuuat: quia indigentia uenditorum causa est, vt tali diminuto pretio sint contenti, vt pote iustumq; minime reperientes, & sic

& sic non est præsumendum quod id, in quo defraudantur, uelint liberaliter, & sponte ipsis emptoribus condonare, sed coacte, & quia si pecunia non indigerent, frondes suas pro tam minimo pretio non uenderent, ita Medina, qui supra. Hinc diximus in 1. par. nostrarum decis. lib. 2. cap. 57. numero 15. non prodesse uenditori, ita ut non teneatur restituere pretiũ, quod habuit ultra legitimum: quia emptor illud plus donauit uenditori: quia condonatio illa
9 existente † necessitate emẽdi præsumenda est non libera, sed facta necessitate coacta: sic ad illud, quod dicitur iustificari contractum, quando pecuniam negotiationi expositam quis mutuat ad instantiam alicuius: nam respondetur contractum illum reddi licitum ratione interesse lucri cessantis, modo pecunia illa fuisset negotiationi exposita, ut dixit Sotus lib. 6. de iust. & iure. quæst. 1. artic. 3. Ad id uero, quod emptores pretio præfato subueniant necessitatibus uenditorum, minime illos excusat: quia tunc similiter excusarentur usurarij manifesti, ex hoc, quod mutuatarij cum pecunijs mutuatis sibi, suæque familiæ de necessarijs pariter prouident. Ad illud vero, quod anticipata solutio plus æstimetur, quam dilata, & quod multa pericula subeat emptor, antequam frõdes habeat, Respondet Conradus quæstio. citata 59. quod si hoc concederetur, nulla, aut vix vlla esset emptio in futuro facienda, quæ non alicui subderetur periculo. sic enim mutuantes pecuniam possent aliquid ultra sortem recipere ex eo, quod possent se periculo exponere amittendi capitale. Tum etiam (vt dixit Sotus, qui supra) emptores isti non emunt inuiti: si ergo uidentur non tuto emere, non emant, uel aliam capiant cautionem. Nec etiam eos excusant pericula expensarum, cum nulli sit dubium quod quidquid emptor in recuperando frondes, expendet, posset a venditore exigere: Nec etiam obstat, quod contractus iste uidetur licitus, cum hoc sit naturale emptori decipere uenditorem, quapropter uidetur emptor solutus a restitutione: nam respondetur, quod si dictum esset uerum, sequeretur, quod non solum esset licitum se inuicem decipere citra dimidium, sed vltra, quod est contra Apostoli dictum ad Thessalonic. capit. 4. Ne quis supergrediatur, & circumueniat fratrem suum in negotio: Non igitur iure naturæ
10 † concessum est hominibus, ut se inuicem decipiant, aut circumueniant siue in multo, siue in paruo, immo mortaliter peccant, tenenturque ad restitutionem eius, quod decipitur, ita contra Durandi opinionem in sua summa tanquã erroneam, & periculosam animarum saluti tenet D. Thomas 2. 2. quæst. 78. Scotus in 4. senten. 15. D. Antoninus de fraude in emptione tit. 1. cap. 15. Ac proinde cum dicitur Naturale esse decipientibus se inuicem decipere, non intelligitur quod sit de iure naturæ, sed naturale esse dicitur: quia secundum naturam corruptam natum est contingere, & sæpè contingit homines ob rerum cupiditatem, quæ illis
11 quodammodo naturales est, † se inuicem decipere. Quod si in d. §. Pomponius dicatur id licitum esse, intelligitur id est permissum: quia scilicet iure saltem humano tales circumuentiones nõ puniuntur, non tamẽ in foro cõscientię: simile dicitur per glossam in l. si familia, ff. si famil. furtum fecis. dicatur, vbi licitum accipi
12 tur, † hoc est impunibile in foro exteriori. Ad illud uero quod dicitur, fit iuris auctoritate, iuste fit. si iuste: ergo non peccatum. sed iuris auctoritate tam ciuilis, quam canonicæ uidetur licitum defraudare citra dimidium. Respondetur iuxta ciuilia ap-

probare dictos contractus quoad eorum validitatem, † ita ut non fint necessario rescindẽdi, ut habetur in l. si uoluntate, C. de rescind. uendit. non tamen illos contractus tanquã iustos, & honestos approbat. immo ius ciuile quodammodo eos inhonestos esse declarat, ut notat gloss. in l. semper in conuentionibus, ff. de regul. iur. Dicens, Non congruit honestos uiros circumuenire alium infra dimidium iusti pretij. Ius etiam canonicum idem docet in cap. hoc ius, 10. quæst. 3. ubi dicitur in sententia, quod in uenditione rerum ecclesiasticarum non debet vltra iustum pretium recipi. Quod cum in iustitia commutatiua sit fundatum, quã in omni uenditione seruari oportet, sequitur iniustos esse tales contractus: unde iura humana non dicuntur auctoritatem præstare, sed eos permittunt, & dicuntur permittere, ex eo: quia non puniũt, & defraudatis infra dimidium actionem contra defraudantes negant. Nec etiam ualet Argumentum, quod licitum est alicui emere quantum ualet, sed res tantum ualet, quantum uendi potest: unde cum per anticipationem ualeat minus: ergo. Respondeo

24 res emi debet † quantum ualet licitè, & honestè & rationabiliter. Sed modo emendo minus ob anticipatam solutionem, est contra omnem rationem: quia uenditur tempus: vnde talis emptio tanquam vsuraria prorsus reijcienda est, sic nec obstat textus in d. cap. nauiganti. Etenim ille tex. quod tunc anticipata solutione licitum est emere res viliori pre-

25 tio, † quam ualet tempore traditionis, intelligitur, quando probabiliter esset dubium an plus, uel minus res illa esset ualitura, ita Doctores in d. cap. nauiganti, & in cap. in ciuitate, extra de usur. sed cum in casu nostro constet probabiliter rẽ esse ualiturã plus, quam emitur tempore solutionis: ergo. Exemplum emens rẽ pro minori pretio, q̃ ualet tpe emptiónis recepturus eo tpe quo verisimiliter plus, uel minus ualere pót, nó erit usura si casus acciderit, quod tpe receptionis plus ualeret: quia tã emptor, q̃ uenditor æqualiter tã cómodum, quam incommodum sperat. secus si illo tempore accepturus esset, quando uerisimiliter multo plus ualebit, & non minus, nisi in modico: tunc enim esset vsura, aut æstimatio in fraudem usurarum: nam tunc emens dat pecuniam minorem recepturus verisimiliter ob temporis dilationem maiorem ualorem & quamuis non sit mutuum, potest tamen resolui in mutuum,

26 † ita Panormit. in d. cap. nauiganti. Perinde enim est, ac si tunc mutuaret pecuniam, & cum pacto reciperet rem pro mutuata pecunia pluris ualentem, & ita cum plus recipit quam sit pecunia data, est usura. sic emens a Petro debitum pecuniariũ in certo termino futuro soluendum pro minori pecunia statim tradenda, quam sit debitum, usuram committit palliatam. (Exempli gratia) sit debitum quinquaginta soluendum in quinque annis, & ematur pro quadraginta statim traditis, est, ac si nunc mutuaret quadraginta, & post tot annos recepturus quinquaginta. sic ementes tempore Natiuitatis lanas ex tonsura mense Maij facienda prouenturas pro pretio diminuto, cum certum sit tempore tonsuræ, aut solutionis uellus plus esse ualiturum usuram palliatam committunt, cum sit aperta inæqualitas inter pretium, & valorẽ. Pariter nec ultimo eos excusat cõsuetudo q̃uis antiqua; quia tunc per similem rationem excusarentur usurarij: vnde talis consuetudo dicenda est potius corruptela, quæ tanto magis ipsos emptores aggrauat, quanto diu-

27 turnior est, † cap. cum tanto, de consuet.

fuet. Igitur ex his omnibus constat, quod frondium pondus, quod anticipata sit solutione, effigiem præsefert usurariam, cum uilius illa ratiotione emuntur, qui contractus nec ex eo iustificatur: quia emptores addunt in emptione, vt venditores tantum teneantur ad restitutionem pretij, quando ex suis arboribus nõ colligunt frondes: quia esto excusentur a restitutione tali casu, negari tamẽ non potest quin peccent, & restituere teneantur, quando percipiunt frõdes, qui contractus multo magis a rectitudine iustitiæ deuiat, quando paupertimi debitores tenentur emere frondes duplicato pretio, & tradere emptoribus, & multo magis, quãdo fictitias frondes emunt a venditoribus, quas non colligunt ex suis possessionibus: ita a simili dixit Sotus de iust. & iure lib. 6. quæst. 13. arti. 1. Quare cum contractus iste regulariter sit illicitus, cum in illo nõ seruetur æqualitas mercis, & pretij: quia deficit a ualore mercis, debet in
18 conscientia vel rescindi, † vel ad æqualitatem reduci. Posset tamen huiusmodi contractus multipliciter iustificari, & primo, quod emptores illud minus non darent ratione anticipationis pretij, nec ratione expectationis mercis, sed ratione sui interesse damni emergẽtis, vel lucri cessantis sibi ex anticipatione pretij siue ex ipsa anticipata solutione, quæ fuerunt a nobis appositæ in 1. parte nostrarum decis. lib. 2. cons. 105. posset etiam ex alio capite iustificari in foro conscientiæ, quotiescunque emptor, qui minus emit anticipata solutione esset creditor uenditoris ex alio contractu, & certus esset nullam uiam sibi patere ad recuperandum, nisi hac uia latenti, modo cesset scandalum, & infamia, modo illud, quod recuperet sit tantum, quod sibi satisfacere possit: sicut a simili dicitur de eo, qui sibiipsi satisfacit de rebus
19 sui debitoris occultè aliquid ei subripiendo, quod licite fieri posse diximus in nostris decisio. in 1. parte lib. 2. capitulo 93. nu. 9. potest etiam ex alio capite iustificari ex parte uenditoris, vt si diues esset, & nõ indigẽs, & scit valorem frondium, quos uendit, scitq; pretium illud anticipatum diminutum esse, & emptor est suus amicus, a quo solet beneficia alia recipere, tunc vr sciens, & uolẽs cõsentire, & pretij defectũ emptori cõdonare, & ratio est, qnia sciẽti, & cõsentiẽti nõ fit iniuria, neq; dolus, reg. iu. in 6. Nã sicut potest rẽ suam absq; oĩ pretio dare, & donare, ita etiam potest rem suã pretio minori dare ad sui libitum, cum quilibet sit moderator, & arbiter in re sua, l. in re mandata, C. manda. Quanquam raro arbitror uenditores intendere talem donationem facere, Raro etiam puto has omnes conditiones concurrere, ideo periculum est emptoribus huic excusationi inniti: igitur ob has causas potest huiusmodi contractus iustificari, alioquin non video quomodo ab iniustitia, & vsura excusari posset. Sed modo reassumendo hæc omnia diximus contractus appositos in formatione esse illicitos, ut numer. 7. verum quia agitur de pretio, habuistis pretij nomen esse generale, ut nu. 1. & capi multipliciter, sed proprie in casu nostro poni pro eo, quod interuenit in cõtractu emptionis, & uenditionis, ubi res transfertur mediante pretio, quod si est legitimum, tunc erit iustum, quando apponit auctoritate principis, uel magistratus, aut uniuersitatis, & hoc etiam uocatur ad uocem, & quare sic uocetur, diximus numer. 3. quod si quis uendẽdo illud accrescit in multo, est peccatum, & quidem mortale obnoxium restitutioni, alias secus, ut num. 3. At si pretium non reperitur appositum, potest res uendi secundum communem sententiam

peritorum in illa arte. ut numero 4. uel pretio rigido uel mediocri, aut infimo. (v.g.) 11. quod erit rigidum 10. quod est mediocre, & 9 quod est infimum, ut num 5. uerum qualiter contractus in præsenti consultatione dicuntur illiciti, & quibus rationibus diximus a numero 7. vsque 20. & qualiter iustificari possint, diximus a n. 20. usq. 22. Et hæc salua, &c.

D. Iacob. de Graff. a Cap.

DE VSVRIS.

SVMMARIVM.

1 *Animal quare sic dicatur, & quid proprie significet.*

2 *Animalia tradi solent in soccidam, & in custodiam in locatione & ad menandum, & quare sic dicatur. num. sequen.*

4 *Periculum mortis naturalis, uel fortuiti pertinet ad animalis dominum.*

5 *Aestimatio regulariter facit emptionem.*

6 *Pretium restituendum animalis mortui non est secundum æstimationem factam tempore contractus, sed tempore mortis animalium.*

7 *Damnum solum prouenient ex culpa rustici debet pertinere ad ipsum.*

8 *Fidem fallere graue est.*

9 *Capitale ut sit saluum, est contra constitutionem Sixti V. & facit contractum vsurarium. num. seq.*

11 *Lucrum, ut iustum statuatur, quæ consideranda.*

12 *Expensæ, quæ fiunt in curandis bobus, uel damnum contingens sine culpa socij debet esse commune.*

13 *Contractus societatis cum clausula, ut mortis periculum pertineat ad rusticum, & si possit fieri absque peccato, quando nullo modo animum habuit petendi æstimationem boum in tali casu, tamen est illicitus in foro fori triplici ex causa.*

14 *Damnum contingens morte naturali debet constare per testes, uel præsentationem cutis.*

Consilium II.

TAlis controuertitur quæst. Quidam dedit par boum rustico æstimatum pretio aureorum LX. in soccidã hac lege, ut si morte naturali, uel fortuito casu unus periret, Medietas damni pertineat ad rusticum, & alia ad dominum. At si culpa rustici, totum damnum esset illius. & quod singulis annis teneatur soluere domino pro lucro modios decem. Modo quæritur, An contractus iste dicatur licitus, uel illicitus aut vsurarius. Ad quod breuiter Diuino inuocato, nõie & Beatissimæ Virg. matris implorato suffragio, præmitto primo unum, quod animalia sunt ex eo dicta: † quia per se mouentur, ff. de uerbor. signifi. l. mouentium, & simpliciter posita intelliguntur irrationabilia, ff. si quadrup. paup. fecis. dica. l. 1. quæ multipliciter tradi solent,
2 uel in soccidam, uel per modum custodiæ, ut quando sola custodia committitur rustico, illi dato aliquo, & tunc cum nullum dominium transferatur, fit, quod periculum, & emolumentum pertineat ad dominum, l. item si in princ. & §. 1. & 2. ff. locati. Item solent dari animalia ad menandum prout dixit Napod. in consuet. Neap. in quibus casibus licet auctorit. propria pignorare, uerbo si aliquis, & ibi habetur, quod ad me-
3 nandum dicitur a Mene, † quod est defectus secundum Gui. & Do, das, quasi detur ad periculum, & defectum animalis eius, qui dat, si est in totum suum, uel commune, si animal est commune: dantur etiam animalia per modum soccidæ, & talis societas contrahitur pluribus modis, ut nos diximus in 1. part. nostrarum decisio. lib. 2. cap. 120. num. 17. quo sic præmisso, dico huiusmodi contractum cẽseri illicitum, & usurarium, & primo: quia periculum mortis naturalis, uel infirmitatis, quod appellatur

latur damnum a natura: item casus
4 fortuitus, † quod nuncupatur damnum a fortuna, cum sit casus inopinatus proueniens ex confluentibus causis, debet pertinere ad uerum dominum boum, ita optimus textus in l. cum duobus, §. damna, ff. pro socio, Speculator lib. iv. 3. par. titu. Loca. §. idem dicendum. vbi dans formam faciendi contractum de societate bestiarum alteri commissarum dicit, quod si casus fortuitus contigerit, tunc spectat ad dominum dictum damnum, quamuis bestiæ fuerint traditæ æstimatæ: nam licet æstimatio regulariter faciat verám em
5 ptionem, † cum uterq; consentit, C de iure dotium, l quoties, ff. eodem, l. plerunque, tamen illud locum habet, quando res fuerit simpliciter æstimata nullo pretio apposito in contractu pro re tali restituenda, quando fuit data. alias si fuerit appositum pretium, ut in casu nostro, tunc non fit æstimatio, ut rusticus habeat boues emptos, sed ut magis noscatur utrum dolo, uel culpa eius boues perijssent, uel deteriores facti fuissent, argumen ff. de vsufr. & quemadm. quis uta. l. 1. §. recte, C. vnde ui l. si quando: quia
6 tunc est restituẽdum † pretiũ, facit tex. in l. si inter, C. de iure doti. non quidem secundum æstimationem factam tempore contractus, sed tempore mortis animalium, ut sit salua conscientia: quia animalia cursu temporis fiunt minoris æstimationis, secundum Salicetum in l. 1. C. pro socio, quem refert Bertachinus in uerbo æstimatio post mediũ, cum ergo in casu nostro periculum a natura, ut est mors naturalis, atque infirmitas, & casus fortuitus pertineat pro medietate ad rusticum, fit, ut contractus dicatur illicitus, cum solum damnum ex culpa rustici ad ipsum rusticum pertinere debeat,
7 † d. l. cũ duobus, §. damna. Non autem casus fortuitus, nisi ex culpa rustici contigerit, cap. 1. extra commod. Quare uidetur talem contractum pro parte transiuisse in mutuum. Dũ Dominus vult, quod in quocunque euentu medietas bouis mortui pertineat ad rusticum, & insuper habere pro singulis bobus quinque modios frumẽti. Est enim ac si mutuasset aureos xvi. & pro illis consequeretur duos sextarios cum dimidio. quare talis traditio uidetur vsuraria. Rursum, si diceremus talem traditionem non esse vsurariam, tunc aperta esset ianua omnibus usurarijs committendi vsuras: nam cum viderent sibi non licere mutuare suas pecunias sub certa mercede omnem suam substantiam exponerent animalibus emendis; causa tradendi alijs imponendo omne periculum ipsis, exigendo ab eis aliquam mercedem, sicut dixit Conradus quæst. 1. uersic. secundum corolariũ. Quod si quis obijciat in casu nostro tale pactum, ut si morte, uel casu fortuito perirent, damnum sit commune, esse seruandum. d. cap. 1. & C. de pactis, l. pactum, ff. eod. l. iurisgẽtium, §. ait prætor, & §. item si quis pactus, extra eod. cap. 1. 22. quæst. 5. cap omne. nam graue est fidem fallere, ff. de
8 const. pecu. l. 1. 22. quæst. 5. cap. iuramenti, item contractus ex conuentione legem accipiunt, l. 1. §. si conuenerit, ff. depos. ita in specie dixit Speculator qui sup. uersic. quando, num. 5. Respondeo hæc vera esse, modo detur rustico ob id, quod tenetur de morte, & casu fortuito iustum pretium, uel facta esset debita diminutio lucri, quod pertinet ad dominum, ita Nau. in Manu. c. 17. n. 260. sed in casu nostro non solum non fuit diminutum lucrum certũ, quod pertinet ad dominum, sed multum ille lucratur, & hoc est secundum, quod reddit societatem iniustam. Igitur ex hac causa dicta societas

cietas dicitur leonina: quia dominus in omni euentu vult medietatem boum habere saluam, & ita hæc so-
9 cietas, dicitur ad caput saluum, quod uidetur esse contra constitutionem Sixti V. quæ incipit Detestabilis auaritię, editam Romæ xij. Kalendas Nouembris, anno secundo sui Pontificatus, vbi vult, quod socius non teneatur ad restituendum capitale, si casu fortuito perit, & vult, quod aliter societates sint nullę, & contrahẽtes pœnis usurariorum teneantur.

Et recte quidem: nam est ac si Titius mutuaret pecuniam, petens lucrum ex mutuo. Gabr. in 4. sent dist. 15. quæstio. 11. Sotus lib. 6. de iust. & iu. quæst. 1. art. 1. circa finem. vbi dicit: nam si facit, vt pastor ouium pe-
10 riculum illarum subeat, iam supra diximus esse vsurarium mutuum, cum saluum fiet domino capitale ouium. igitur quod dicitur de toto quo ad totum, hoc est, ut sit vsurarius contractus, si capitale totum sit saluum domino, idem dicendum est de parte quo ad partẽ, l. quæ de tota, ff. de rei vindic. l. vulgaris, ff. de furt. cap. pastoralis, §. in totum, extra de offic. deleg. ca. auaritiæ, & ibi Speculator de elect. in 6. Rursum id, quod facit hanc societatem illicitam, est illicitum lucrum: nam in statuẽdo lucrum competens, & moderatum ad arbitrium boni uiri deducendę sunt expensæ, labores, & industriæ illius, cui animalia traduntur nutrienda. cum actio sit bonæ fidei, l. societatẽ, §. fin. l. in proposita, ff. pro socio, quis tamen neget, quod lucrum sit multum excessiuum, cũ habeat dñus pro duobus bobus æstimatis aureos 64. singulis annis saltem aureos 15. unde uidetur lucrari pro centenario plusquam 20. ita a simili dixit Nau. lib. 5 cap. 14. Quod incipit P. dedit. quare cum paciscatur maiorem partem lucri, quam debet habere, uidetur vsura ut nos diximus in 1. parte nostrarum decisio. lib. 2. cap. 20. nu. 27. Tertio potest contractus iste reddi illicitus, quando expensę, quæ fiũt
12 in curandis bobus, † uel damnum, quod contingit absque culpa socij, non esset commune. ita text. in d. l. cum duobus, §. quidam sagariam. igitur ex his concludo rescindẽdum esse contractum in futurum, facit quæ dixit Ioan. Andr. in quæst. Mercuriali in regula peccatum, ita Ioã. Cald. in c. fin. extra de vsur. & moderandum lucrum arbitrio boni viri, & de præterito restituendam partem lucri, quam consequi non debebat. Nec potest iustificari contractus iste scilicet ex eo: quia non
13 habuit dominus † animum petendi æstimationem boum, quando sine culpa rustici, uel casu fortuito perirent, sed quod ideo apposuit pactum, ne rusticus boues grauaret, quia adhuc respondeo, quod contractus iste efficitur iniustus triplici ex capite, & primo: quia posset excusari in foro conscientiæ a peccato, tamen secus est in foro exteriori: quia talis contractus est scandalizatiuus proximorum domini voluntatem ignorantium. Secundo: quia posset dominus utique mutata uoluntate facere contrariũ. Tertio: quia posset mori non declarata sua voluntate, & hæredes petere iuxta tenorẽ instrumenti, ita Conra. & Astens. in 1. par. lib. 5. de societatis contractu tit. 12. art. 5. quæstiuncula 4. vbi etiam addit q. 3. quod quã-
14 do damnum contingeret † morte naturali, non tenetur dominus rustico illud imputare, nisi sibi constet uel per tres testes legales, & bonæ opinionis, qui non sint ei familiares, & consortes, vel per prę sentationem cutis bouis mortui, ut in quæst. 4. in fin. & per Speculatorem ubi supra. Et hæc salua, &c.

D. Iacobus de Grassijs a Capua.

D.E

DE PRIVILEGIIS.

SVMMARIVM.

1 *Possessio, quasi seruitutis acquiritur per unicum actum.*
2 *Actus unus est potens ad inducendam præsumptionem in futurum.*
3 *Possessio iuris transferendi, & instituendi acquiritur per unicum actum.*
4 *Immunis a Gabellis si pluries soluit, nõ sibi prætndicat quo ad futuras solutiones.*
5 *Priuilegium habens actum reiteratiuum uel successiuum, non tollitur per unicum actum num. seq.*
7 *Actus tres in eodem contextu facti habentur pro unico actu.*
8 *Frequentia ludi non indicatur ex unico actu ludendi continuato cum pluribus eodem die.*
9 *Frequentia per quot uices introducatur.*
10 *Electioni semel interessens non acquirit quasi possessionem iuris interessendi.*
11 *Quasi possessio iuris ut acquiratur, multa requiruntur.*
12 *Actus, qui dicuntur facultatis multi requiruntur ad acquirendam quasi possessionem. & exempla. numero sequen.*
14 *Actus, qui dicantur familiaritatis, multa exempla.*
15 *Quasi possessio iuris acquiritur ex frequentatione hospitalitatis.*
16 *Priuilegium nunquam intelligitur renunciatum si alia potest esse præsumptio.*
17 *Renunciatio priuilegij uidetur donatio, quæ nunquam præsumitur.*
18 *Epilogus eorum, quæ dicta sunt.*

Consilium I.

Loci ordinarius ad supplicationes Rogationum inuitare fecit per citationem quosdam religiosos, ut tali die, & hora simul conuenirent ad ecclesiam cathedralem. At superior illius monasterij coram ordinario cõparuit, dicẽs ad illas non teneri tam de iure, quam uigore priuilegij, verum econtra cum ordinarius blandis uerbis hortatus est, ut ueniret, Assensit tandem superior, hac conditione, quod ordinarius in scriptis asserat, se illos non cogere ad processionem, sed solum modo rogare. Et ita factum est publica interueniente scriptura. Qua retenta pœnes superiorem monasterij, accessit ad supplicationem. Post vero nonnullorum annorum curricula successor in Episcopatu iterum pro eadem causa superiorem citare fecit, supponens, & asserens sibi per vnicum actum fuisse acquisitam possessionem. Modo quæritur An præfati religiosi possint cogi per censuras ad dictas supplicationes.

Et ita.

Consilium hoc unica difficultate absoluetur.

AN per unicum actum acquiratur possessio. Et inuocato prius Dei nomine, & Beatissimæ Mariæ implorato suffragio, pro parte affirmatiua quod sic, primo facit textus in l. 1. §. quod autem, ff. de aqua quotid. & æsti. vbi si aqua ducitur per fundum
1 domino sciente, & patiente, acquiritur per hunc unicum actum quasi possessio seruitutis, ita Barto. in l. 1. §. hoc interdicto, ff. de aqua plu. arcen. qui dicit quod ideo unico actu acquiritur possessio: quia non est consuetum, quod hoc permittatur, nisi ei, qui hoc habet ius faciendi. Et ita hæc tene menti pro acquisitione iurium incorporalium: quare infert Bartolus, quod si communitas istius ciuitatis te pateretur esse de prioribus in consilio, uel te semel proponeres

neret in consilio, ut consiliarium, ex unico actu illius iuris induceretur quasi possessio, per d. l. 1. §. quod autem. idem dixit Baldus in l. i. C. de seruit. versi. secundo, quod si aliquis interfuit electioni alicuius episcopi, vel Abbatis, & dedit uocem, dicitur acquisiuisse ius eligendi. idem tenuit Ruinus cons. 106. num. 9. libro 5. Graue cons. 124. num. 7. sic actus unus est potens ad inducendam præ-
2 sumptionem, † regula semel malus de regul. iur. in 6. Hinc malitia semel commissa præsumitur perseuerata, & ex malitia de præterito præsumitur in præsens, cap. scribam, extra de præsumpt. modo sit eadem species mali, non autem sit dissimilis, glossa in d. regula Malus. Secundo facit textus in cap. cum de beneficio, de præben. in 6. & ibi Gemin. in glossa 1. vbi qui semel elegit, potest præscribere, & ad acquirendam
3 possessionem iuris conferendi † præsentandi seu instituendi sufficit qđ semel præsentauerit, contulerit, seu instituerit, Panormitan. in cap. cum olim, not. 4. extra de causa possess. & propriet. ubi dicit. Nota modum probandi quasi possessionem conferendi. probatur enim probando actum collationis sponte, & libere factum. Et idem dic de electoribus, sed de hoc vide Innocentium in cap. 2. de in integr. restit. & sufficit unica collatio seu vnica electio, vt notatur in cap. cum de beneficio, & in cap. cum ecclesia Sutrina, de causa possess. & propriet. At pro cõtraria parte, quod in casu nostro non sufficiat vnicus actus, primo facit doctrina Baldi in l. 2. ff. de priuileg. vetera. vbi vult, qđ
4 quoties quis est immunis a datijs, & gabellis, si semel, & pluries soluat, non præiudicat sibi quo ad futuras solutiones, sed solum in eo, quod est solutum, notat Cynus, & Salicetus in l. voluntariè, C. de excusat. tuto. in l. falso, C. de diuers. rescrip. sed requiritur, quod solutio sit facta saltem spatio 30. Annorum: nam cum effectus priuilegij recipiat reiteratione͂, non perditur nisi spatio 30. Annorum factum sit contra priuilegium,
5 † ita in terminis dixit Andreas de Barulo in l. qui publici, C. de his, qui sponte publ. munera subeunt lib. 10. facit textus in auth. presbyteros, C. de episc. & cleri. l. uoluntarie, de excusa. tuto. ubi soluit quæstionem, Ianue͂ses habebant priuilegium uectigalia non soluendi per annum, soluerunt per duos, aut decem annos, an priuilegium sit amissum. Et dicit, quod non ex eo: quia reiterationem recipit, unde præscriptio 30. annorum in hoc est necessaria, ut ipso tempore contra formam priuilegij fiat, extra de priuil. cap. si de terra. & cap. accedentibus. Idem tenet Lucas de Penna in d. l. qui publici in fine. pariter idem habetur per Bartolum in l. fin. in fine, ff. de constit. princip. vbi dicit, quod quando priuilegium habet, & continet actum successi-
6 uum, † non tollitur per unicum actum, d. l. voluntarie, Baldus in d. l. finali in fine, & in ca. plerunque nu. 9. extra de rescrip. Alex. cons. 33. col. 2. libr. 5. Decius cons. 496. numero 13. & in dicto c. cum accessissent, nu. 83. in fin. secundo facit tex. in c. cum ecclesia, verbo trium, de causa poss. & propriet. vbi tunc quis est in possessione alicuius iuris, quando ter illo iure vtitur, argum. C. de fideiuss. l. 1. ff. de seruitut. l. quoties, la 2. immo Baldus ibi dicit quod oportet, quod sint tres actus nõ tñ eode͂ contextu:
7 † nam tria adulteria commissa cum eadem muliere antequam adulter deueniat ad extraneos actus, habentur in foro exteriori pro uno maleficio continuato seu aggregato, ut notatur, ff. de furt. l. vulgaris, in princ. sic Bartolus in l. inficiando, §. infans, num. 2. eod. tit. docuit, quod frequen-
8 tia ludi non iudicabitur † ex vno a-

ctu

ctu ludendi continuato una die sola, etiam si uarijs ludis, ac diuersis cum personis ludat. sed ex diuersis temporibus, ita ut constet hunc consueuisse in ludo vitam agere, ita Bartolum sequitur Marianus Socinus senior cons. 33. colum. 4. lib. 1. Menochius de arbitr. iudic. lib. 2. quæstio. 399. num. 21. At quot uicibus inducatur frequentia,
9 † Innoc. in cap. 1. de fideiussor. dicit, quod frequentia assiduitatem notat, ut extra de accusatio. cap. cum oporteat: vnde vt colligitur, ff. de suspect. tutor. l. 1. in princip. legis, frequenter, & quotidie idem sonant. vnde glossa in authentic. de defens. ciuit. ait, quod frequenter dicitur illud, quod bis fit, Ad idem, extra de vita, & honest. cleric. cap monasteria, sed certe potius uidetur, quod tres vices ad frequentiam exigantur, ita Lucas de Penna in l. vnica, C. de superexactoribus, lib. 10. tot etiam vices requiruntur, ut quis dicatur sępissimè aliquid agere, 16. q. vlt. c. oēs decimæ ibi in d. l. unica Lucas de Penna. Tertio facit tex. in l. 1. §. hoc interdicto, ff. de ser. & aqua. vbi seruitus eundi per fundum alienum non acquiritur nisi per multiplicationē actuum. Quarto facit dictum Mari. Soc. in d. cap. cum ecclesia. numer. 134. vbi si aliquis fuerit præsens in capitulo tempore celebratæ electionis per illum unicum actum interessendi non acquiritur quasi possessio iuris interes-
10 sendi, † sed oportet, ut sit præsens per multiplicatos actus triginta, vel plures. sic nec clericus iudicandus est negotiator, seu mercator per vnius rei emptionem, & venditionē, sed qui plures negotiationes fecisset, ex glossa, & ibi Bar. in l. 1. §. licet, versic. omnes, ff. de tribut. actio. Panorm. & Ripa in cap. 1. de iudic. Prosper de Augustino in additionibus ad Steph. Quaranta super constitut. Pontificum . in verbo vectigal. versic. Limitatur denique. Quinto per dictum Bartoli in d. §. hoc interdicto, vbi si ciuitas patitur aliquē esse in consilio, quod propter hoc nō est in quasi possessione illius iuris, nisi ex frequentia actuum multiplicatorum ad minus triginta. Hæc sunt, quæ faciunt pro hac parte. verum pro intelligentia huius quæstionis hoc est præsupponendum, quod ad acquirendam quasi possessionem iuris conferendi multa requiruntur,
11 † & primum est, quod intercedat vnicus saltem acquisitionis actus in actu, qui iure suo fit, ut probatur per Abbatem in d. cap. cum ecclesia, num. 23. Ripa num. 52. Bartol. in l. sicuti, §. si quæratur, ff. si serui. quær. vnde Abbas ibi nume. 23. dixit, quod ad probandam quasi possessionem seruitutis ducendi aquam per fundum alterius, sufficit probare quem fuisse semel vsum. Ad idem optime facit cap. cum de beneficio, de præb. in 6. vide Alex. cons. 6. lib. 1. Romanum cons. 21. in istis enim pręsumendum est quod vtens intendebat vti iure suo, & quod dominus patiebatur eum vti, ut pro iure suo, s̃cd̃m qd illū actū iure suo exerceat, l. ulti. ff. quemad. serui. amitt. exemplum poni potest in suffragijs præstandis & tunc unicum actum sufficere opinor, at si quis vtitur actibus, qui sunt facultatis, vt si aquę ex meo
12 prædio in tuum fluant, nulla constituta seruitute, possum eas, vel arcere, uel vt alio fluant diuertere, & nec ex eo, quod aliquando in tuum fundum fluxerint, dicere poteris, ius aliquod acquisiuisse, quod probat tex. in l. 1. §. denique Marcellus, & l. si eo fundo, ff. de aqua pluu. arcen. sic de eo dicimus, qui per aliques annos accessit ad alterius molendinum, non posse cogi illuc semper accedere, & ob id molendini dominum ea facultate molendi non spoliare, si ab eo recesserit, Abbas in cap. Abbate de

vere-

verbo.signific. Iason consil. 161. numero 2. li. 2. sic de eo, qui quotannis certã eleemosyna erogare cõsueuit, vt cogi non possit, si destiterit, Dec. cõs. 215. col. 2. Didacus in c. possessor par. 2. § 4. n. 6. de reg. iu. Etenim cum
13 isti actus sint facultatis, † nullum ius aduersario tribuunt, glossa vltima in l. solet, ff. de offic. præsid. Bartolus in l. cum de in rem verso col. vlt. de vsur. Nisi is, qui ex facultate, & iure actum gerere consueuerat, prohibeatur, & ille prohibitioni cõsentiat. ita glossa in l. qui in luminibus, ff. de seruit. urban. præd. Didacus in d. cap. possessor. Hinc Iacobinus de sancto Georgio in inuestitura feudali in verbo Et cum alienationibus, colum. 1. scriptum reliquit vassallos venandi facultatem perdere, si prohibitioni a domino factæ de non venando acquiescant. Idem respondit Decius consi. 197. colu. 2. Quare debent vassalli a domino proclamãte de non venando prouocare, & ad superiorem appellare. Est & alius actus, qui dicitur familiaritatis,
14 † vt in filio, qui fundum matris possedit, & soluit: nam id non iure suo, sed familiaritatis fecisse dicitur, l. qui iure, §. familiaritatis, vbi Barto. ff. de acquir. possess. Quare nullum ius in eo acquisiuit, ut ex illo tex. probatur. sic potest poni exemplum in muliere, quę habitauit vna cum uiro in domo, viri, Dec. cõs. 40. n. 4 sic in fratre, qui fratris bona administrauit, sibi nullum ius acquisiuisse dicitur, cum iure familiaritatis administrasse dicatur, Curtius iunior cons. 108. num. 26. Ruinus cons. 61. num. 11. & cons. 75. num. 6. & cons. 151. numero 16. lib. 1. sic qui ex amicitia, & familiaritatis iure amicum hospita-
15 tus est, non præsumitur † ex hac hospitalitate sæpius facta quæsita possessio: quia non est præsumendum, quod ille, qui hospitem recepit, patiatur illum prandere, uel hospitari tanquam vtentem iure suo, Abbas in d. c. cum ecclesia. Ripa n. 40. Decius cons. 8. nu. 40. nisi expresse probet, quod tanquam ex debito pranderet, vel nisi subsit aliqua præsumptio, puta: quia talis fuisset, qui consueuerat hoc exigere debito iuris cõmunis, vt si episcopus visitando recipiebatur, & procurabatur in domo subditi, & exempti, & exercebat ea, quæ pertinent ad visitationem scientibus, & consentientibus illis, qui hoc prohibere poterant: nam tunc præsumeretur quasi possessio. Et ita requiritur scientia, & patientia illorum, qui contradicere poterant, argum. extra de præscrip. cap. ex officij, cap. auditis, & cap. cum olim, & extra de censib. cap. sopitæ. igitur in casu nostro cum ordinarius non intendebat uocare religiosos illos monasterij tanquã utẽs iure suo. Quod manifeste probatur cum expresse hoc dixerit, & demonstrauerit in scriptis, rogando superiorem, vt veniret, non quidem præcipiendo, sed admonendo, fit, quod non sit acquisita quasi possessio ex hoc vnico actu: quia actus iste videtur esse facultatis, uel familiaritatis, & non fuit patientia superioris, sed contradictio: vnde sequitur quod nolebat uenire ex debito, sed quod ad preces ordinarij, & ex gratia accesserit ad supplicationem cum suis religiosis. Rursum quotiescunque potest esse aliqua alia pręsumptio, quam renuncia-
16 tionis priuilegij, † nunquam dicitur facta renunciatio, argum. tex. in l. de indebito, ff. de probatio. l. si cũ virum, ff. de solut. scribentes in cap. cum accessissent, de constitut. Hinc Dom. Anton. de Butrio in cap. accedentibus, col. 2. versic. per prædicta, de priuileg. dicit, quod si canonici habentes statutum de certo numero ad mandatum summi Pontificis recipiunt aliquem vltra numerũ non videntur hoc fecisse, vt statu-

tum

rum tollatur, sed potius, vt mandato Papę obtemperarent, idem Alexan. consil. 33. lib. 5. & ratio est: quia renunciatio priuilegij videtur dona-
17 tio, † quæ nunquam præsumitur vbi alia coniectura capi potest, cap. super hoc, de renuncia. sed modo potuit superior accedere ad processionem ex causa amicitiæ, vel familiaritatis: ergo non uidetur renunciare priuilegio, & accessisse animo renunciandi, sed complacendi episcopo. Quare tenendo hanc opinionem nō obstant in contrarium adducta. & primo textus in §. hoc autem: quia respondetur, quod seruitus ducendi aquam per fundum alterius, non est actus, qui concedi soleat ex gratia, & ideo Domino patiente me vti illa seruitute, videor vti iure meo, quod idem respondetur circa electionem: quia vnicus actus interessendi, & dādi vocem sufficit: cum non soleat cōcedi ex gratia. Abbas in d. cap. cum ecclesia, nume. 22. Et idem de tertio obiecto, nisi fiat protestatio, ne aliquid fiat sub hoc prætextu, vt sibi acquiratur possessio, glossa in cap. pontifices 7. quæst. 1. igitur stante contradictione, & stante mente ipsius ordinarij, qui religiosos uocauit, non tanquam ex debito, sed ex gratia, & cū sit actus, qui concedi solet ratione familiaritatis, cōcludendum arbitror quod non intelligatur acquisita quasi possessio ex isto vnico actu. sed modo hæc omnia breuiter reassumen-
18 do diximus religiosos, † qui ad preces episcopi ipsis nolentibus accesserunt ad processionem aliquam, ad quam nō tenebantur, quod si actus iste fuerit ipsis contradicentibus factus, & postea ad preces episcopi accesserunt, nullum fuit eis præiudicium factum ex hoc unico actu, vt in futurum possint compelli, cum accedere ad processiones sit actus facultatis, & familiaritatis, atque amicitiæ, sicut etiam dicimus de erogante elemosynam quotannis, vel accedēte ad certum molendinum: nā nō ex hoc multiplici accessu poterit cogi, cum sit actus facultatis, vt habetur per multa exempla a num. 11. Et hæc etiam procedunt in actibus familiaritatis, vt videre est a num. 13. & 14. Tum etiam: quia renunciatio nunquam præsumitur facta, si alia potest esse præsumptio, quam renunciationis beneficij, ut num. 15. Tum etiam: quia vt acquiratur possessio, requiruntur tres actus, non eodem tempore, & contextu facti, vt nu. 7. sunt etiam & aliæ rationes, quæ habentur a numero 9. & 10. Et hæc salua, &c.

D. Iacob. de Graffijs a Cap.

DE PRIVILEGIIS.

Thema Consil. II.

Cuidam congregationi regularium fuit concessum priuilegium sub tali forma a summo Pontifice, quod omnes, & singuli moderni, & pro tempore existentes pręlati illius congregationis possint quoscunque eiusdem congregationis pro tempore existentes religiosos, conuersos, & oblatos tam professos, quam nouitios in ea tamen perseuerantes a quibusuis criminibus, excessibus, & pœnis per eos, & eorum quemlibet tam ante, quam post illorum in congregationem huiusmodi, ac monasteria sub illorum obedientia existentia ingressum, seu professionem regularem ibidem per eos emissam absoluere.

Hoc Consilium pluribus quæstionibus absoluetur.

I. Priuilegium quare sic vocetur, & qualiter sit interpretandum.

II. Quid conferat summus Pontifex per hæc verba, a quibusuis criminibus, excessibus, & pœnis.

III. An prælati eiusdem congregationis per verba illa quoscunq; illius pro.

pro tempore existentes possint religiosos non solum subditos, sed alterius monasterij ab huiusmodi excessibus absoluere.

PRIMA DIFFICVLTAS.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegij tenor in primis inspiciendus, & in singulis uerbis ponderandus.*
2 *Priuilegium dicitur lex priuata, & quare sic dicatur priuilegium qualiter sit interpretandum. sub numero 2.*
3 *Priuilegium ita est interpretandum, vt aliquid operetur.*

IRCA præsentem difficultatem Dei semper nomine inuocato, & Beatissimæ Virginis Mariæ suffragio implorato, diligenter inspecto prius tenore
1 priuilegij, † ex tex. in cap. porro, & capit. recepimus, extra de priuileg. Decius consil. 208. volum. 2. colu. 1. & cons. 271. col. 1. & illo in singulis verbis ponderato, iuxta notata in c. licet, de translat. episcopi, & ibi per Bald. nume. 1. non tantum respectu eorum, quę in ipsis verbis formaliter continentur, sed etiam respectu eorum, quæ sub verbis ex mente cludu-duntur, vt notatur in cap. ex ore, & cap. quoniam, extra de priuileg. di-
2 co, quod priuilegiũ dicitur † lex priuata, cap. priuilegia, distinct. 3. & dicitur lex priuata, eo quod priuatam legem singulis generat, illos eximendo a iure communi, & secundum iuristas est beneficium cõtra legem alicui concessum in præiudicium tertij: hinc nisi aliquid contra ius cõcedatur, nunquam intelligitur priuilegium, cap. Abbate, & cap. in his, extra de verb. signif. quare dici consueuit, quod priuilegia semper sunt interpretanda, vt aliquid operentur
3 † cap. 1. cap. si Papa, de priuileg. in 6. glossa 19. dist. cap. si Romanorum. Alias essent illusoria, d. c. Abbate, & in talibus contra concedentem fit larga interpretatio, contra alios quorum ius læditur, fit stricta, dummodo aliquid conferat, extra de priuileg. c. pastoralis, quod ibi notatur & huiusmodi priuilegia vel conceduntur a iure mortuo, vt a Pontificio, aut ciuili, & quandoque a iure viuo, vt a Papa, uel Imperatore, qui dicuntur esse lex animata in terris, §. sed quod principi, instit. de iur. natu. & sunt soluti legibus, cap. proposuit extra de concess. præben. cap. fin. §. in his itaque 25. q. 1.

SECVNDA DIFFICVLTAS.

Quid conferat summus Pontifex per hæc uerba quibusuis criminibus, excessibus, & pœnis.

SVMMARIVM.

1 *Crimen quid, & quotupliciter capiatur.*
2 *Relatiuum quibuscunque, cum sit uniuersale, extenditur ad quæcunque.*
3 *Excessus quis proprie dicatur.*
4 *Sacrilegium quam graue peccatum, & sacrilegij pœna.*
5 *Episcopus. qui ex priuilegio cognoscit de excessibus regularium, ut intelligatur.*
6 *Censura, & pœnæ nomine quid ueniat.*

IRCA hanc difficultatem respondeo primum nos explicare debere quid significet hæc verba quibus manifesta reddetur decisio difficultatis: vnde sciẽ-
1 dum est, quod crimen est † peccatum, hoc est prauus actus accusatione, & damnatione dignissimus, 81. distinct. cap. Apostolus, & dicitur illud, quod potest deduci in publicam accusationem, & in foro contentioso po-

so poteſt puniri, gloſſa in regula peccatum. lib. 6. & licet quandoque accipiatur ſtricte, ſcilicet mortale peccatum, ſicut homicidium & furtum, & quandoque ſtrictius, quod vitam laico adimit, uel libertatem, & clerico depoſitionem inducit, ſicut eſt crimen læſæ Maieſtatis quantum ad Laicum, & ſimoniæ, & hæreſis, & quædam alia quo ad clericum, 11. quæſt. 3. cap. ſanè, & quæſt. 5. cap. de crimine, & quandoque ponitur large, ſiue ſit mortale crimen, ſiue veniale, de quo dicitur, Nemo ſine crimine uiuit: Tamen vigore huiuſmodi priuilegij datur facultas abſoluendi a quibuſcunque peccatis: nam dictum relatiuum quibuſcunque † extenditur ad quæcumque crimina ſiue capiatur crimen in ſtricta, ſiue ſtrictiori ſignificatione, facit tex. in l. 1. §. permittitur ibi, qualem cunque, ff. de aqu. pluu. quotid. & æſtiua, & melius in clem. 1. verb. quibuſcunque, de iudic. ubi gloſſa, Bal. in l. 1. quæſt. 34. ff. de rerum diuiſ. Nam idem eſt, ac ſi dicatur pro omnibus. Decius in cap. in præſentia, numer. 149. de probat. Exceſſus vero proprie dicit ſuperabundantiam in cõmittendo malum ſiue habeat cenſuram annexam, † ſiue non, iuxta textum in cap. cum illorum, extra de ſentent. excommun. Additio ad capel. Tholoſ. in deciſ. 441. vnde exceſſus dicit crimen non mediocre, ſed graue, hoc eſt enorme, quæ qualia ſint, notantur in c. niſi cum pridem, de renuncia. per Panor. in cap. quæſitum, extra de tempo. ordin. vt adulterium, & homicidium atque ſacrilegium, quod quidem graue admodum eſt, c. 1. diſtinct. 81. cap. quid in omnibus, 32. quæſt. 7. Bar. in rubrica ff. ad l. Iuliam Maieſt. qui cenſuit excedere omnia alia crimina præter crimen læſæ Maieſtatis. Quod quã graue ſit, probatur: † quia ſacrilegus in rebus eccleſiæ Iudæ proditori cõ-

2

3

4

paratur, 23. q. 4. c. quid ergo, eius pœna eſt infamia, 7. q. 1. c. infames. Anathematizatio, 12. q. 2. c. indigne. item depoſitio 17. q. 4. c. ſi quis deinceps. Itẽ publica pęnitentia 17. q. 4. c. ſi quis cõtumax: item decapitatio 17. q. 4. c. ſi quis, §. qui aũt. itẽ falſum teſtimonium ẽt dici põt exceſſus, & ſimilia d. 50. c. ſi ẽpus, & c. apoſtolis, 81. d. item omnis cauſa ſufficiens ad exhęredandum, de his uide Foller. in 1. par. ſecundæ par. verbo inquiſitus, nume. 45. Hinc poteſt decidi quæſtio illa, de qua interrogati fuimus præteritis diebus, de quibus criminibus regularium poſſit cognoſcere

5 epiſcopus, qui facultatem habet ex priuilegio cognoſcere, & iudicare defectus illorum: Alias ſi epiſcopus hoc non haberet ex priuilegio, non poſſet punire exemptos, niſi in caſibus notatis per gloſſam in cap. 1. verbo inſtituta, de priuileg. in 6. & in clement. 2. § fin. verſic. puniri, de pœnit. & remiſſ. & quando clauſtralis non ſubditus epiſcopo intra clauſtra degens, extra ea ita notorie deliquerit, vt populo ſcandalo ſit: nam tunc ſi epiſcopo inſtante a ſuo ſuperiore intra tẽpus ab epiſcopo præfigendũ ſeuere non puniatur, de qua punitione ẽpum debet facere certiorẽ tũc delinquẽs ab ẽpo puniri põt, ita extat conſt. S. D. N. Clem. VIII. ſuper executione decreti Cõc. Trid. ſeſſ. 25. c. 14. quæ incipit. ſuſcepti muneris ratio publicata die 28. Martij 1596. At per cenſuram eccleſiaſticam non ſolum interdicti, ſed ſuſpẽ

6 ſionis, † & excommunicationis ſententia intelligitur, capitulo quærenti, de offic. delegat. capitulo quærenti, de verb. ſignific. & ita cenſura eccleſiaſtica ampliatur ad has ſpirituales pęnas inuentas ad correctionem morum, ſed pœnæ nomine venit depoſitio, & degradatio, quæ dicuntur pœnę perpetuę, ita Doctor. & Ioan. Andr. in c. quærenti, de verb. ſignifi.

Et differt pœna a mulcta: quia pęna est, quæ per legem imponitur, mulcta vero quæ per iudicem.

TERTIA DIFFICVLTAS.

An prælato eiusdem congregationis per verba illa. Quoscunq; illius pro tempore existentes possint religiosos non solum subditos, sed etiã alterius monasterij ab huiusmodi excessibus absoluere.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium an intelligatur concessum cum præiudicio tertij, nu. seq. & 22.*

3 *Verba in quacunque dispositione intelligi debent ne superflua fiant.*

4 *Princeps dando, vel confirmando aliquid, qualiter intelligatur.*

5 *Beneficium in respicientibus solum ius concedentis late interpretandum.*

6 *Clausula Motu proprio, ex certa scientia, De plenitudine potestatis, non obstante operantur idem.*

7 *Clausula Motu proprio ad quã extendatur & ad quem remissiue.*

8 *Priuilegium partim fauorabile, & partim odiosum restringitur quatenus est odiosum.*

9 *Verba sunt intelligenda, vt exprimuntur, fallit, &c.*

10 *Prælati qualiter debeant prouidere futuris casibus.*

11 *Iurisdictio episcopi si non seruatur, Ecclesiasticus ordo confunditur.*

12 *Consuetudo, & priuilegium æquiparantur, vide nu. 25.*

13 *Proprius sacerdos quo ad religiosos quis dicatur.*

14 *Priuilegia generalia licet Papa facere contra generalia statuta.*

15 *Priuilegio in generali comprehenduntur etiam non subditi.*

16 *Priuilegijs semper præponenda est rationis æqualitas.*

17 *Priuilegium quando intelligatur concessum in præiudicium tertij.*

18 *Absoluere a reseruatis non subditos potest facultatem habens absoluendi a reseruatis suo episcopo.*

19 *Priuilegium non concedendum esse cum præiudicio alterius, intelligitur de magno & non de modico.*

20 *Confiteri plerique desistunt, qui alijs, quam proprijs confessoribus non possunt.*

21 *Priuilegia concessa motu proprio qualiter seruanda.*

23 *Priuilegium concessum existentibus in monasterio non extenditur vltra, secus si ijs, qui sunt in cõgregatione.*

24 *Iurisdictio coercitiua est vnicuique episcopo seruanda.*

26 *Priuilegium concessum ratione dignitatis est delegabile, non tamen ratione ministerij.*

27 *Epilogus eorum, quæ dicta fuerunt.*

CIRCA præsentem difficultatem, quod prælatus per verba illa quoscunque illius pro tẽpore existẽtes, non possit religiosos sibi non subditos absoluere ab excessibus quibuscunque. Primo facit: q̃a Papa concedendo hoc priuilegium, vult, vt intelligatur sine præiudicio
1 alterius, † c. ex tuarum, de auctor. & vsu pall. Vbi priuilegium, quod cõcedit Papa episcopo exercendi iurisdictionem in alieno territorio, intelligitur, modo is, ad quem dicta ecclesia pertinet, hoc permittat, est ẽt textus in c. fin. 25. q. 1. Oldradus consil. 268. Calder. cons. 121. Immo, q̃d est singularius, quamuis princeps expresse diceret se concedere etiam cũ
2 præiudicio tertij, † intelligi, quando esset paruum præiudicium, secus si esset magnum, & enorme, glossa est singularis, quã cẽseo valde notabilẽ in l. Seio cũ ab hærede, in glossa fin ff. ad Trebell. glo. in l. seruitutes, §. fi. versic incommodo, ff. de seruit. & ratio est: quia intentio summi Põtificis non est inferre graue præiudicium, ita D. Card. in c. mandato 7. not. extra de rescrip. Et verbum generale, & directum scilicet si mandatur

datur alicui, vt ordinet ecclesiam, obligatur, & impropriatur, & restrin gitur, quatenus agitur de pręiudicio tertij, & exponitur ordinet, Id est ordinandam pronũtiet, Innocen. in c. super eo, de offic. deleg. Zabar. consi. 65. col. fin. Hinc licet verba debeãt intelligi in quacunque dispositione
3 † ne sint superflua, & debeant interpretari, vt aliquid operentur, etiam si corrigatur ius commune, tamen secus est, quando tractatur de praeiudicio tertij: quia potius toleratur, quod nihil operentur. Ita Canonistae in c. 1. de probat. Socinus cons. 124. col. 2. vol. 3. Romanus cons. 5. nu. 3. Facit etiã text. in l. assiduis, §. exceptis, C. qui potiores in pign. hab. Vnde est in adagio. Non est vnum altare denudandũ, vt aliud vestiatur. Hinc quando princeps dat aliquid, vel cõfirmat, semper debet intelligi saluo
4 iure alterius, † ita Bald. in l. 1. in vlt. col ff. de constit. princi. Et hoc facit, secundum eum ad cõcessiones, quas faciunt principes de aquis publicis, quòd semper videntur reseruasse iura, & commoditates eius, cui prius concessio facta est, l. Labeo, §. 1. ff. familercisc. Ad hoc vide glossam ordinar. in l. si qua loca. C. de fundo dotal. Vide Curt. iun. in 2. vol. cons. 174. num. 21. & non obstat, ff. de constit. pecu. l. beneficium: quia illud intelligitur in his, quae respiciunt solum ius concedentis sine pręiudicio ter-
5 tij; † quia tunc tale beneficium est late interpretandum contra ipsum principẽ, ut habetur in l. nec auus, & ibi per Bal. C. de emanc. liber. per Innoc. in c. cum dilectus, de consuet. Sed vbi trãsiret ad praeiudicium tertij, fit stricta interpretatio, d. cap. ex tuarum, quod est valde notandum: nam princeps non videtur velle praeiudicare, d. l. nec auus, l. 2. §. si quis a principe, & §. merito, ff. ne quid in loco publ. extra de eccles. ędific. cap. 2. Vbi de hoc notatur in c. ecce, dist. 99. Hinc notat Baldus post Cynum in l. si quando. C. de inoffic. testam. quem Moderni sequũtur in cap. 1. extra de rescript. & ibi Decius num. 31. quòd vbi agitur de praeiudicio alterius, tunc verba potius nihil operantur, quam vt tertio praeiudicium inferatur, cap. super eo, de off. deleg. vbi Baldus, & Zabar. sic priuilegium cõcedens libere facultatem eligendi, intelligitur sine alterius damno, cap. cum dilectus, extra de consuet. Sic priuilegium vbi praeiudicat alteri in iure quaesito, exprimitur simpliciter, & reducitur ad terminos iuris communis, Ripa in c. sicut Romana n. 42. extra de rescrip. Napod. in procem. Consuet. Neapol. versic. an princeps. Felinus in d. cap. sicut Romana. nu. 9. versic. Declara. Et idem in c. nonnulli, eod. tit. dicitur, quod priuilegium nõ tollit ius tertij, quod procedit, etiam si sit cõcessum motu proprio, Ioan. Andr. in cap. si motu proprio, de pręb. in 6. Et nota, quod clausula motu pro-
6 prio, † ex certa scientia, de plenitudine potestatis, non obstante, idem important. Aymo. consil. 182. nu. 18. & dicitur cõcedi motu proprio, quãdo liberaliter aliquid fit per Põtificem altero non petente, & hoc in priuilegio exprimitur, Gemin. in d. cap. si motu, num. 2. vt est in praesenti quaestione. nam motus proprius non operatur, quod gratia tollat ius alterius, glos. in Clem. 1. de praeben. Decius consil. 408. nu. 23. Hinc licet praedicatores, & minores sint priuilegiati in confessionibus audiendis, modo sit licentia parochialis Sacerdotis, ita Abb. in d. cap. ex tuarum, num. 12. qui se remittit ad text. in clem. dudum, de sepult. Vbi determinatur contrarium, Adde Gemin. in cap. quam u.s, num. 5. Litera C. de rescript. in 6. Vbi dicit, quod clausulę motu proprio, uel nõ obstante non apponuntur ad prae-

iudicandum tertio; sed ad validandam gratiam, De hac clausula motu proprio, quæ operetur, † & ad
7 quæ non extendatur, Late per Cesarem Vitellium Capuanum Regium Consiliarium, & Camillum Salernum in procem. Cõsuet. Neapol. verbo de clausula, & verbo certa scientia. Item, An princeps videatur concedere cum præiudicio tertij, late videndi sunt Antonius Franciscus, & Sebastianus Sapia ad Abbatem in c. cum dilecti, Verbo diuersitatis, & verbo de beneficio, extra de donat. secũdo priuilegium partim fauorabile, & partim odiosum restringitur, quatenus est odiosum, & alteri præiudicat, ita Pa-
8 normit. in c. licet uobis, † num. 9. extra de præben. sed istud priuilegiũ licet sit partim fauorabile: quia potestas Abbatũ extenditur ad multa crimina, quę possunt a prelatis absolui, a quibus de iure non poterãt, & hoc forte in religionis fauorem, vt scilicet euagandi materia subtrahatur, facit tex. in cap. cum illorum, de sent. excommun. tamen est odiosum, quatenus potestas absoluendi extenditur etiam ad non suos subditos. ergo in hoc est restringendum, vt intelligatur de suis subditis. Tertio facit: nam & si verba sunt exprimenda, vt intelliguntur, tamen fallit, quando resultaret contrarius ef-
9 fectus iuri communi: † sed de iure communi verba generalia restringũtur ad limites suæ potestatis, cap. a nobis. 1. extra de sent. excommunic. vbi si iudex pronunciat definiendo excommunicatum quemcunque, qui furtum fecerit, non ligat nisi subditos proferentis: quare notat ibi Zabar. quod dispositio generalis restringitur ad subiecta, quæ cadũt in potestatem disponentis. Quarto, si priuilegium se extenderet, vt prælati in alieno territorio possint absoluere non subditos, utique resultaret in graue præiudicium illorum, qui sunt proprie prelati, argum. text. in c. omnis, extra de pœnit. & remiss. Non. n. sic possent prudenter occur-
10 rere futuris casibus, † argum. text. in c. in nomine domini, dist. 23. extirpando occasiones peccatorum, prudenter iniungendo modo hoc medicamentum, modo aliud, aliquando suspendendo actum absolutionis, sicut ipsi proprio iudici videbitur, daretur etiam facilior aditus ad peccandum; cum pastor proprias oues non cognosceret, & pasceret. Quinto facit textus in c. peruenit. 11. q. 1. vbi si vnicuique episcopo iurisdictio
11 non seruatur, † quid aliud agitur, nisi vt per nos, per quos ecclesiasticus ordo custodiri debeat, confundatur. Hinc textus in c. omnis 2. q. 6. exponit, omnis scilicet clericus, & ita restringitur, ut non extendatur ad alios. Sexto consuetudo, & priui-
12 legium æquiparantur, † cap. 1. de rescript. in 6. gloss. in c. nouit, verbo cõsuetudine, extra de iudic. gloss. in c. Romana, verbo cõsuetudine, de sẽn. exc. in 6. sed nulla cõsuetudine induci põt, vt quis pręter sui superioris licẽtiã possit alteri confiteri, c. 2. de pęni. & rem. ĩ 6. ergo nec p priuilegiũ. Vltimo, quia in priuilegijs, q & si de sui natura sunt cõtra ius, tamẽ fit interpretatio secundum ius, vt minus obuiet, ut. ff. de vulg. & pup. substit. l. ex facto, C. de inoff. test. l. si quãdo, extra de donat. li. 6. c. 2. At pro parte affirmatiua primo facit: quia licet ius generale dicat in c. omnis, extra de pęnit. & remi. q nemo alteri nisi de licentia proprij confessoris valeat confiteri, & proprius sacerdos quo
13 ad religiosos est Abbas, generalis, prouincialis, aut ille, qui eius vicem gerit ĩ absentia, vt prior, vt habetur in clem. fi. & ibi Zabar. n. 6. de elect. vnde qui alij confitentur absq; licentia pprij cõfessoris, nulla illius esset cõfessio, nisi in articulo mortis, vt habetur

betur in Côc. Trid. sess. 14. c. 7. tamẽ certissimum est licere summo Ponti
14 fici contra generalia statuta † specialia priuilegia concedere, & hoc concedendo non facit contra canones, vel sanctorum patrum decreta: quia in concilijs cum aliquid statuitur obseruandum, dicitur, nisi aliquid aliud Romana ecclesia statuerit, vel salua eius auctoritate, sine quo nec etiam concilia congregari possunt, vt distinct. 17. per totum, extra de elect. cap. significasti. Et hoc maxime procedit, quando ob religionis gratiam dicta priuilegia concederentur, vt habetur per textum in cap. fina. 25. q. 4. & ibi per Turrecr. in fine. Quare cum per dictum priuilegium constet verba esse generalia apta comprehendere omnes religiosos: quia dum in priuilegio dicitur quoscunque: ergo omnes includit, & neminem excludit, cap. solitę §. pen. ext. de maior. & obedi. fit, ut intelligatur de omnibus religiosis omnium monasteriorum: ergo verba de omnibus sunt intelligenda, fa
15 cit textus in capit. dilecti filij, extra de foro compet. vbi in generali priuilegio cõprehenduntur etiam non subditi, hoc est clerici, quod est notandum secundum Imolã ibi, quod intellige, quando priuilegium respicit commodum illorum, ob id vide Imolam ibi num. 13. & nec tunc priuilegium pręiudicat iuri communi: quia Romanus Pontifex hoc faciendo non facit contra illud: quia intelligitur salua auctoritate Papæ, ut ibi per Turrecrematam. Secundo, licet in priuilegijs semper præponenda
16 sit rationis æquitas, † vt per illa alij enormiter non lædantur, d. cap. fin. tamen videtur per priuilegium tale non afferri alteri præiudicium: quia secũdum D. Thomam tunc priuilegium datur in præiudicium tertij, quãdo per priuilegium aufertur tertio aliquid, quod erat eidem con-
17 cessum in fauorem sui, † ita Ioan. a Medina, C. de confess. quæst. 29. ver sic. Nunc respondendum. subiectio autem alicuius subditi ad pręlatum non est ordinata principaliter ad vtilitatem præsidentium, sed ad vtilitatem subditorum. Hinc dicitur prælatas, non vt præsit, 40. distinct. capit. multi, ca. qui episcopatum, 8. quæst. 1. vel vt contra subditos dominio vtatur 45. dist. cap. licet, sed vt subditis prouideat circa ea, quę sunt necessaria, & vtilia. Vnde de Ezech. dicitur cap. 34. vę pastoribus Israel, qui pascebant semetipsos, nõne greges pascuntur, & ideo nulli fit præiudicium prælato proprio, quando subditus eius a sua potestate eximitur, sicut Papa eximit Abbatem a potestate episcopi sine eius præiudicio, & similiter episcopum a potestate Archiepiscopi. Tum secundo: quia huiusmodi priuilegium non cedit in præiudicium prælatorum, sed magis in adiutorium, & leuamen oneris eorum, quod patet: nam & si ipsemet Papa operetur in subditis pertinentia ad salutem, vel alijs hoc ipsum committit, manifestũ est, quod non solum non facit præiudicium, sed præstat eis magnum beneficiũ, quod maxime acceptaretur a cunctis prælatis, qui non quærunt quæ sua sunt, sed quæ Iesu Christi: vnde nu. 11. super illud quid inquit æmularis pro me, dicit glossa, Gregorij Pia mens pastoris: quia non propriã gloriam, sed creatoris quærit, ab omnibus vult iuuari in eo, quod facit: fidelis enim prædicator optat (si fieri valet) vt veritatem, quam solus loqui non sufficit cunctorum ora sonarẽt, ita Turrecr. in capitulo primo, num. 11. 16. quæst. 1. immo videntur hoc proprij Abbates debere tacite velle, sicut a simili diximus in 1. par. nostrarum decis. lib. 1. cap. 13. nu. 48. quod qui facultatem habet a reseruatis
18 suo episcopo, † potest subditos alte

rius episcopi ab ei reseruatis absoluere in sua diœcesi, & ratio est: quia episcopi videntur tacite velle & approbare dictos confessarios tanquam scientificos, prudentes atque aptos ad lucrandas animas, quod sic etiam dicendum est in casu nostro voluisse Romanum Pontificem dādo hanc facultatem quibuscunque prælatis illius congregationis approbare ad audientiam confessionum quoscunque existentes in dicta congregatione, sed posito, quod dictum priuilegium cedat in præiudicium, non per hoc dicendum est non extendi: quia tunc verum est priuilegium non tenere in præiudicium, alterius, quando esset in graue preiu-
19 dicium, † ita notabiliter dixit Cardinalis Zabarella consil. 92. col. 2. Turrecrem. in d. cap. fin. ibi Dummodo alij enormiter non lædantur, facit textus in cap. ad hoc, de cleric. nō resid. vbi priuilegium Papæ videtur capere intellectum a iure vt seruari debeat, modo graue præiudiciū non inferatur tertio, & alibi in cap. tua nobis, extra de verb. significa. sit larga interpretatio priuilegij, & hoc secundum Hostiensem ibi: quia non adest graue preiudicium alicuius priuatæ personæ, Alioquin contra, C. si contra ius, vel vtil. publ. l. quoties, de priuile. cap. pastoralis. sed modo clare constat non sic esse huiusmodi priuilegium, tum considerata qualitate absoluentium: quia sunt prælati, & ideo videntur esse circumspecti, & prudentes in interrogando, & subtiliter inquirendo, ac causas peccatorum excidendo, & salutares pœnitentias iniungendo, facit text. in capitulo primo, de peniten. lib. 6. Tum etiam: quia hoc priuilegium uidetur concessum in fauorem pœnitentium, & animarum vt adiuuentur potius, quam si confiterentur proprijs confessoribus forte illaquearentur. Hinc motus D. Thom. opusc. 19. dixit, quod quidam sunt, (vt experimento inuentum est) qui
20 a cōfessione, † desistent, nisi possent alijs, quam suis confessoribus confiteri, quandoque ob verecundiam: quia erubescunt confiteri illis peccata, cum quibus conuersantur, & quādoque: quia suspicantur confessores sibi esse inimicos. Hinc sequitur D. Thomas, quod piè prælati eorum infirmitatibus condescendentes, ne omnino in desperationem labantur, debent de alijs confessoribus prouidere. Ad quod facit Conci. Trident. sess. 25. cap. 10. Tertio: quia priuilegia principum motu proprio conces-
21 sa † sunt seruanda, sicut sonant, Felinus in capitulo causam, quæ, de rescript. versic. Et adde Ioan. de Anania numero 14. sed tale fuit huiusmodi priuilegium: ergo cum dicitur vt possint absoluere quoscunque, intelligitur de subditis, & non subditis, argumen. textus in cap. solitæ, de maior. & obedi. Quarto id, quod dicitur esse strictè interpretandum priuilegium concernens præiudicium
22 tertij, intelligitur, † modo non recedatur a propria significatione vocabuli, facit tex. in l. 2. §. ne quis a principe, ff. ne quid in loco publi. Panormit. in cap. ad audientiam, nume. 14 extra de rescript. sed modo ex propria significatione vocabuli appellatione quorumcunque intelliguntur tam subditi, quam non subditi, cum sit relatiuum vniuersale, clem. 1. de iudic. ergo. Quinto facit textus in cap. quoniam, & ibi Marian. Socin. de priuileg. vbi tunc possunt prælati omnes, & singuli pro tempore existentes in monasterio absoluere,
23 tantum omnes illius † pro tempore existentes monachos suos subditos, quando exprimeretur de prælatis monasterij, & de monachis in monasterio commorantibus, ut est ibi tex. sed hic non dicitur de prælatis, vel monachis illius monasterij, sed de

statis,& religiosis congregationis: er go dictum priuilegium est extendẽdum ad omnes, Et tenendo hanc opinionem videtur posse responderi ad rationes adductas pro parte negatiua.& primo ad textum in d.cap.ex tuarum.vbi priuilegium non intelligitur concessum in præiudicium tertij,ad quod satis fuit supra respõsum numero 14.& 19.Tum etiam: quia posito,quod sit in præiudicium tertij, tamẽ illud dicitur modicum, & de modicis nulla habenda est ratio vulgatis iuribus.& tex.in d.c. ex tuarum, loquitur quando priuilegiũ est concessum in graue prçiudicium aliorum, ita illum textum arbitratur Hostien.in d.cap.pastoralis, nu. 3.Quod non est in casu nostro, & ita respondetur ad quartum. pariter non obstat tex.in c.a nobis 1.de sentent. excomm. vbi verba generalia restringuntur ad limites suæ potestatis:quia ille textus loquitur,de excommunicatione lata in foro exteriori,quæ non extenditur ad suos nõ subditos,cap.ut animarum, de constit.in 6.sed hic agitur de iurisdictione Pęnitentiali,quæ magis innititur voluntariæ iurisdictioni subditorũ, & ita respondetur ad tex.in cap. per uenit 11.quæst.1. nam illud capitulum procedit de coercitiua iurisdi-
24 ctione, † quam pro vtilitate subditorum, & communis boni necesse est vnicuique episcopo seruare, vt inferiorum ad superiores debitus ordo, & reuerentia habeatur, & ne confusio ad impunitatem criminũ, uel turbationis fiat. sic nec obstat illud, quod verba priuilegiorum nullum effectum operantur, quando resultat quid contrarium iuri communi, sed de iure communi hoc habetur, vt quilibet sit cõtentus suis finibus & ita ut proprius confessor audiat confessiones suorum subditorum, & non aliorum: ergo. Respondeo quod Papa concedens priuilegium non facit contra ius commune, & ita non resultat illud contrarium iuri communi ex tali concessione: quia cum aliquid in iure Pontificio statuitur, intelligitur, nisi saltem auctoritate Apostolica concedatur. Turrecrem.in cap.fin.25.quæst.1. Vltimo non obstat, quod sicut consuetudine induci non potest, vt quis alteri confiteatur absque licentia proprij confessarij, sic nec per priuilegium, cum ista duo æquiparentur. Respõdeo quod quamuis consuetudo nul-
25 li det huiusmodi ius, † tamen secus fieret, si cõsuetudo esset huiusmodi nota superiori, & cum possit prohibere, illud non prohibeat. Etenim superior ipse est, qui sua auctoritate, & consensu dat ius eligendi confessorem. Quod sic etiam dicimus de priuilegio: quia cum summus Pontifex non ad alterius instantiam, sed motu proprio concesserit hoc priuilegiũ, videtur tacite velle venire cõtra ius commune, & dare priuilegium, & facultatem quibuscunque personis absoluendi, & ligandi. Et hæc sententia cum obuiet periculis animarum, facit textus in cap. 2. de constit.in 6.cap.fin.de pœnitent.& remiss. videtur magis amplectenda, vt priuilegium huiusmodi amplissime intelligatur, & extendatur. Vtrũ vero dicti p̄lati aliquo negotio impediti, vel si ita illis placuerit, pos sint cum casus occurrit, suam facul-
26 tatem alteri delegare, † dico quod sic per glossam in verbo casibus in cap.fin.de offic.ordin. cum illud eis competat non ratione certi ministerij, sed ex priuilegio perpetuo ratione dignitatis: vide ea, quæ diximus in 1.par.nostrarum decis. lib.1. cap.
27 13.num.14. sed modo reassumendo hæc omnia, quæ dicta fuere in hoc consilio, hæ conclusiones colliguntur ex huiusmodi difficultatibus. Quarum prima, priuilegij tenorem diligenter considerandum, & uer-

ba pariter consideranda, antequam deueniatur ad decisionem, ut habetur in 1. difficultate num. 1. & secundo. Secunda priuilegium dici legẽ priuatam, quod ita interpretandum est, vt aliquid operetur contra ius commune, ne sit illusorium, immo contra concedentem larga fit interpretatio, stricta uero contra alios, quorum ius læditur. Tertia, Imperator non potest auferre priuilegium, quod semel ecclesię concessit, vt nu. 5. Quarta ex secũda difficultate est, quod crimen est peccatum accusatione, & damnatione dignum; quod si stricte capiatur dicit peccatum mortale, vt homicidium, si strictius dicit illud, quod uitam laico adimit, uel clerico depositionem inducit. At excessus dicit superabundãtiam in malo, siue peccatum habeat censuram, siue non censura vero continet interdictum, suspensionem, & excommunicationem, sed pœna depositionem, & degradationem. Vnde Pontifex concedendo facultatem absoluendi a quibuscunque, videtur concessisse facultatem absoluendi ab omnibus istis. Quinta clausula motu proprio ex certa scientia de plenitudine potestatis non obstante idem importãt, Et dicitur concedi motu proprio, quãdo aliquid conceditur a summo Pontifice liberaliter nemine petente. Et hę clausulę non apponuntur ad præiudicandum tertio, sed ad validandam gratiam, ita habetur in 3. difficul. numer. 6. & seq. sexta quod proprius sacerdos quo ad religiosos est Abbas, generalis, & prouincialis, & qui vicem tenet in absentia, vt prior, vnde qui alij confitentur absq; licentia proprij sacerdotis, nulla est confessio, nisi in articulo mortis, vt num. 13. Septima. Licere Papæ contra generalia statuta concedere specialia priuilegia, & concedendo non facit contra canones, uel concilia: quia semper in illis excipitur auctoritas eius, quod tunc maxime procedit, quando ob religionis gratiã conceduntur. Octaua priuilegium tũc verum est non tenere in præiuditiũ aliorum, quãdo esset in graue præiuditium, Alioquin contra vt numer. 19. & 23. Quare ex his concluditur prælatos talis cõgregationis per verba illa posita in priuilegio, vt possint absoluere quoscunque illius cõgregationis pro tempore existentes religiosos, cõuersos, & oblatos tam professos quam nouitios in ea tamẽ perseuerantes a quibuscunque criminibus, excessibus, & censuris posse absoluere non solum subditos, sed etiam non subditos alterius monasterij, vt a nu. 13. usque in finem. Et hæc salua &c.

D. Iacob. de Graff. a Cap.

DE POENITENTIIS, ET remissionibus.

Thema Consil. I.

In anno 1598. fuerunt monachi nonnulli deputati ad audiendas cõfessiones ab Illustrissimo & Reuerendissimo Domino Alphonso Gesualdo S. R. E. Cardinali Ostiensi, & Archiepiscopo Neapolitano cum hac clausula vsque ad nostram, & curiæ Archiepiscopalis Neapolitanę beneplacitum. Modo dictus Archiepiscopus obijt. & dubitatur de multis.

Consilium præsens tribus difficultatibus absoluetur.

I. An dicta licentia audiendi confessiones sit perpetua, uel per mortem eius expiret.

II. Dato quod non expiret, sed duret. An vt possint audire confessiones, teneantur confessarij de nouo prę-

sen-

sentare successori licentias.

III. An possit successor illos reuocare, & quid si absq; causa reuocauerit, talis reuocatio teneat.

Prima Difficultas.

SVMMARIVM.

1 *Licentia multiplex secundum iura pōtificia, & ciuilia.*

2 *Licentia simpliciter data perpetua censetur.*

3 *Licentia audiendi confessiones multipliciter concedi potest.*

4 *Licentia dispensandi cum Caio non dū exequuta in uita concedentis etiam post mortem durat.*

5 *Licentia cum clausula Donec reuocauerimus perpetua censetur.*

6 *Clausula Donec duxerimus reuocandam, mortuo concedente non intelligitur reuocata.*

7 *Beneplacitum morte finitur.*

8 *Verbum volo latius patet, quam verbum placet.*

9 *Prior claustralis per mortem Abbatis non intelligitur reuocatus.*

10 *Licentia concessa ad Beneplacitum sedis Apostolicæ per mortem non expirat etiam re integra. nu. seq.*

11 *Voluntatem cessare per mortem concedentis, vel voluntatem reuocare valde differt.*

13 *Mors ciuilis non æquiparatur naturali, nisi in casibus a iure expressis.*

14 *Licentia concessa ad beneplacitum nostrum, & sedis, vel sedis Apostolicæ an semper duret nu. seq.*

16 *Interpretatio fit plenissima in fauorem eius, in quem dirigitur gratia, quando est clausula Motu proprio.*

17 *Ordo scripturæ arguit ordinem intellectus.*

CIRCA præsentem difficultatem Dei nomine inuocato, & Beatissimæ Mariæ semper Virginis implorato suffragio, pro euidentia infra dicendorum notandum est, quod inuenio secundum Canones multiplicem li-
1 centiam: † Nam alia est licentia præsumptionis, vt cum quis auctoritate propria a superiore sibi commissa dimittit, 11. quæst. 2. cap. placuit, dispensationis, vt quando simoniaco, qui ignoranter ordinem recepit, exequēdi officium licentia datur, 1. quæstio. vltim. cap. vlti. Occasionis, vt cum ex continentia viri datur vxori occasio fornicandi. 27. quæst. 2. cap. si tu abstines. permissionis, vt quando Iudæis agendi ceremonias licentia datur, 45. distinct. cap. qui sincera. Approbationis, sicut est licentia nubēdi ab Apostolo data. 28. distinct. cap. de his in fine, secundum iura ciuilia datur licentia proficiscendi l. hac lege, C. de proximis sacrorum scriniorum lib. 12. Remeandi, C. de re milit. l. nemo, libr. 12. & testandi, C. de sacrosan. eccles. l. 1. interdum etiam ponitur licentia pro potestate, ff. de offi. præf. prær. l. 1. §. 1. interdum ēt datur licentia ingrediendi ad arctiorem religionem. tex. est in cap. licet, extra de regular. Datur etiam licentia confitendi alteri sacerdoti, capit. omnis, extra de pœnitent. & remiss. Quandoque etiam datur licentia audiendi confessiones, de qua ad præ-
2 sens. Et hęc multipliciter potest concedi, primo simpliciter, & indeterminate absque præfixione temporis. Secūdo potest concedi licentia per hoc verbū. Donec reuocauerimus, De quo verbo loquitur tex. in capit. penult. extra de Apostasia 92. dist. cap. si quis episcopus, & 24. quæst. 3. cap. si quis de potentibus, cap. 2. de calumniat. Ad idem, extra de simo. cap. accusatum, & cap. quoties. Tertio potest concedi licentia audiendi confessiones ad beneplacitum concedentis, vt si dicat. Ad beneplacitū nostrum, vel nostram voluntatem, aut donec voluero, vel mihi placuerit. Nonnunquam concedi solet ad bene-

beneplacitum sedis Apostolicæ, vel curiæ Archiepiscopalis, Aliquando dicitur concedimus tibi licentiam audiendi confessiones vsque ad beneplacitum nostrum, & sedis Apostolicę, vel sedis. sic ad beneplacitum nostrum, & curiæ Archiepiscopalis vel curiæ. Circa primum modum concedendi, vt quando simpliciter datur facultas audiendi confessiones, dicimus, quod talis licentia sim-
3 pliciter alicui facta † censetur perpetua, & per mortem nõ extinguitur, tex. est in ca. super gratia, de offic. delegat. in 6. vbi gratia iam facta non finitur morte concedentis, ad idem tex. in c. is cui, de præben. in 6. etiam re integra, hoc est: quia ad actum executionis non fuit deuentum, ita Ioan. Andreas in prologo super 6. in nouell. Hinc dixit Feder. de Senis cons. 78. per tex. in d. cap. super gratia, quod si summus Pontifex mandaret alicui, quod dispensaret cum Caio, qui ante mortẽ Pontificis non
4 dispensauit adhuc post mortem † poterit dispensare, & ratio est: quia gratia semel facta per Papam in personam alicuius per mortem Papæ nõ expirat, per tex. in d. cap. si cui, & capitulo super gratia, & cum quid fuerit simpliciter concessum, præsumitur in dubio qui concessit, in eadem voluntate perseuerasse, in qua decessit, tex. est in cap. maiores, extra de baptis. Circa secundum, quando cõceditur licentia cum clausula illa, donec reuocauerimus eam, tunc etiã
5 licentia censebitur perpetua; † cum non dignitas, sed persona subintellecta dicatur, Hinc Bartolus in l. centesimis, §. si ita stipulatus, ff. de verb. oblig. inquit, quod si iudex posuerit aliquem ad confinia, donec ipse reuocauerit, non extinguitur talis voluntas per mortem. Etenim quamuis voluntas per mortem extinguatur, iuxta textum in l. 4. ff. locati, non tamen inducitur reuocatio: quia aliud est reuocare, qđ dicit cõtrariam voluntatem primæ. Et aliud est voluntatem cessare. Hinc si aliquis delegauerit causam cum clausula illa Do-
6 nec duxerit reuocandam, † eo mortuo non intelligitur reuocata, cap. si delegatus, de offic. deleg. in 6. igitur non fit reuocatio per mortem, sed quando contraria voluntas ponitur, ita notanter dixit Bartolus in l. more maiorum, ff. de iurisd. omn. iud. col. fin. & hæc est cõis opinio, vt late cõcludit Alex. in l. cẽtesimis, § si ff. de verb. obligat. Innoc. in c. licet vndiq; extra de offi. deleg. Dec. cons. 108. n. 4. At tertio casu conceditur licentia ad beneplacitum nostrum, vel voluntatem nostram, vel donec voluero, aut mihi placuerit, aut alijs similibus verbis, & tunc in ijs casibus talis licentia morte extinguitur iuxta tex. in l. 4. ff. locati, vbi fit mentio de ijs verbis quandiu concedens voluerit, est etiam text. in c. si gratiosæ, de rescript. in 6. per quem textum ha-
7 betur, quod beneplacitum morte finitur, ita Ang. cons. 217. Maria. Soc. cons. 89. nu. 36. vol. 1. & in cons. 63. Card. in clem. 1. §. præmissa, de supp. neglig. pręlat. notat in l. sufficit, ff. de condict. indeb. Hinc Dec. in d. cons. 108. nu. 2. dixit, quod suspẽsio banni ad beneplacitũ morte expirat: igitur ex his patet, quod gratia, seu licentia facta ad beneplacitum, seu voluntatem concedentis, siue exprimatur proprium nomen, siue Papę, aut Romani Põtificis siue episcopi, siue Archiepiscopi expirat per mortem concedentis, per text. in d. c. si gratiose. Et ita voluntas, & beneplacitũ quo ad perseuerantiam voluntatis æquiparantur, non tamen in alijs: Nam
8 verbum volo, latius patet, † quã verbũ placet. potest enim ille, in cuius voluntate aliquid committitur, præferre impium æquo, non ita per verbum placet. quod sonat in arbitriũ boni viri, l. Thais, ff. de fideicom. libert.

bert.l.cum quidam,ff.de leg.2.quod si quis obijciat beneplacitum morte non expirare per tex.in c.precarium extra de precario,vbi Abbas n 6. dicit,quod prior claustralis, qui potest
9 reuocari ad libitum Abbatis, † c.cū ad monasterium, de statu monach. non reuocatur per mortem ipsius Abbatis,pro hoc in c.1. in fin.extra Ne sede vacan.Nam respondetur illud verum, quando validitas actus dependet a voluntate alterius,exemplum de priore,qui iuxta tex. in d.c. cum ad monasterium, pōt reuocari ad libitum Abbatis:nam tunc per eius mortem non reuocatur:quia pręsumitur quis durare in eadem volūtate,facit tex.in cap.maiores, de baptis.secus vero, vbi quis concessit licentiam audiendi confessiones ad beneplacitum suum:quia tunc per mortem reuocatur ipso facto, cum beneplacitum expiret per mortem, d.c.si gratiose, notatur per Bar. in l. centesimis,ff.de verb.oblig.conceditur ēt nonnunquam gratia ad beneplacitum,seu voluntatem sedis Apostolicæ,vel Archiepiscopalis,& talis
10 licentia cum videatur † concessa ad voluntatem dignitatis,fit, quod per mortem Papę, vel Archiepiscopi cōcedentis non expiret, sed duret in tēpus successoris,quousq; per eum fuerit reuocata. De his oībus est tex.notabilis in d.c.si gratiose.Et est mirabile secundū Archidiaconum ibi, ꝙ sedes,seu dignitas,quæ est res inanimata,dicatur habere dignitatem, & Beneplacitum,sed dic,quod licet dignitatem tenēs sit corruptibilis, tn̄ ipsa dignitas est īcorruptibilis. Hinc dicitur,quod ecclesia nunquam moritur,12.qu.2.c.liberti,in auth.quomodo oport.episc. §. licentia,coll.2. & nota,quod ratio illa, quod dignitas nunquam moritur,d.c.si gratiose,ēt militat re integra.Et ad hoc bene facit quod notat Gem.post Archidiac.in cap.si is,cui,in glo.2.eod.tit.
11 li.6.† vbi concluditur,quod qn̄ scribitur dignitati, successor exequi potest commissionem,licet rescriptum non fuerit præsentatum prædecessori, qui viuebat tempore dati rescripti.ita Dec.in c. qm̄ Abbas, nu. 12.extra de offi.deleg. Et notandum, quod supra dixi magnopere differre voluntatem cessare, seu expirare per mor-
12 tem concedentis.†& eam reuocari: nam in primo casu morte concedentis expirat licentia:quia per mortem voluntas cessat,mortem inquam naturalem,ex quo amplius non est, nō autem ciuilem: Hinc si concedens expleuisset suum officium, vel esset excōicatus,aut suspēsus,seu alio modo non posset suum officium exercere, tamen non dr̄ ex hoc cessare eius voluntas, seu beneplacitum: quia mors ciuilis non æquiparatur natu-
13 rali,† nisi in casibus a iure expressis, ut per gl.in c.susceptum,de rescript. in 6.per gl.in c. 1. de offic. uica. in 6. Gem.in d.c.si gratiose,n.13.& ibi per Phil.Franc.nu.6.& 12.Alex.cons.1. n.34.l.5.Iason.in auth.si qua mulier nu.19. & 27. C. de sacro san.eccles. At voluntas tunc demum dicitur reuocari, quando contraria voluntas voluntati primæ ponitur,& talis reuocatio per mortem non dicitur fieri, ita notanter dixit Bartolus in l. more maiorum, ff.de iurisdict. omni. iudic. Et hæc est communis opinio,ut refert Decius cons. 108. nu. 1. sed voluntas tunc dicitur cessare, quando non est voluntas,vel est, & cessat per mortem,ita Bar.in d.l. maiorum num.17.idem dixit Decius in cap.cæterum,nu.39.de rescript. ubi ait,ꝙ potētior est reuocatio, quę per mortem nō inducitur, sed per appositionem contrariæ uoluntatis, exēplum negare quod dictum est,dr̄ reuocatio,facit tex.in l.2.ff.de in diem adiect.Decius.in d.cons.108.nume. 4.quam cessatio voluntatis,quę morte extinguitur. Hinc Bartol.in d.l.

mo-

more maiorum, nu.17.dixit, quod si aliquis delegauerit causam, donec duxerit reuocandam, quod eo mortuo non videatur reuocare, vt in c.si delegatus, de offic.deleg.in 6. Vltimo solet licentia audiendi confessiones ad beneplacitum nostrum, & Sedis Apostolicæ, seu Curiæ Archiepiscopalis, vt in casu nostro, & tūc breuiter dico, quod ista licentia du-
14 pliciter solet concedi, † vel alternatiuè, vt ad beneplacitum nostrum, vel Sedis Apostolicæ, & si ita conceditur, morte concedentis expirat, & ratio est: quia in alternatiuis sufficit alteram partem esse veram, & adimpleri, vt in regula in alternatiuis, de regul.iur.in 6. Vnde sufficit, quod in altero ex his dispositio possit seruari. Aut vtrunque ponitur copulatiuè, vt in casu nostro, & tunc cum licentia fiat in materia, quę consueuit transire in successorem, & tunc talis licentia non expirat per mortem Pa-
15 pæ, † exemplum ponit Geminianus in officio Pœnitentiarij maioris, vt est casus noster, ita patet in clemen. Ne Romani, § eo tamen, de elect. At si licentia sit in materia, quæ non consueuit transire in successorem, vel est indifferens, tunc si est facta motu proprio concedentis, durat etiam post mortem: quia isto casu debet fieri impetratio plenissi-
16 me in fauorem eius, inquē dirigitur gratia, vt est casus, de præben.in 6.c. si pluribus: verum si non esset facta motu proprio, attendendus est ordo scripturæ, facit de elect.in 6.c.penul.& de præben.eod.lib. c.mandatum. Ita Gemin.num.16.& Francus num.14. in d.c.si gratiose. ex ordine enim & consideratione verborum scripturæ multæ quæstiones deciduntur: etem ordo scripturæ acuit ordinem intellectus, vt per gloss. &
17 Doctores in l.quoties, de vsufructu, & per Bartol. & Baldum in 1. constit.C.in §.in quibus, & per Baldum in l. aduersus, C. de furtis, & ideo qui prior est in ordine scripturæ, præsumitur prior in tempore, vt per Bal. in l.1. C. de impub & alijs substit. Vbi dixit, quod regula in dubio datur ex verborum ordine, & Barto.in l.qui duas, ff.de legat.1. dicit qđ datur electio legatario prius nominato, vt est bonus text.in l. si quis seruum, §.certum, ff.de legat.2. sic quod Doctores debeant præferri Scholaribus, hoc fit ex ordine literę, ita Gemin. in proœm 6. num 3. Ex quibus omnibus patet decisa hæc prima difficultas, quod dicta licentia non videatur cessare per mortem Archiepiscopi.

Secunda Difficultas.

Cum duret licentia, An vt possint audire confessionem, teneantur confessarij de nouo præsentare successori licentias.

Summarium.

1 *Successor multipliciter sumitur.*
2 *Licentia an sit præsentanda successori.*
3 *Successor quo ad hanc materiam quis dicatur.*
4 *Successor an possit iterum examinare regulares approbatos.*

Circa secundam hanc difficultatem, cum hic agatur de successore, sciendum est, quod successor
1 † alius est singularis tantum, vt qui succedit in fundo, vel in alia re singulari, vt ff. de hæred. instit.l.1.§. si ex fundo. Alius vniuersalis, vt hæres bonorum possessor, l.1.2.& 3. ff. de petit.hæred. Item pater, qui occupat omnia bona filij iure peculij, vt ff.de castr.pecul. l.2. Item monasterium, cum succedit in locum monachi, vel conuersi, vt in authent. ingressi,

gressi, C.de sacrosan.eccles. Et alius est successor generalis tantum, vt Prælatus, qui succedit in locum alterius prælati, extra de solut cap.1. An inquam iste successor generalis, hoc est prælatus si vult videre licentias factas sub expresso nomine dignita-
2 tis, † illæ sint præsentandæ ipsi, Dico quod sic facit glossa in l.quæ omnia, ff.de procurat. notatur per Decium in c.quoniam, Abbas num.11. & seq.extra de offic.delega. facit textus in l. prohibitum, C. de iure fisci lib.10.l.1.C.de mandat.princ. extrauag.ex iniunctæ, de elect. Et notandum, quod successor non solum dicitur Archiepiscopus, qui successit præcessori in dignitate, sed etiam vi
3 carius sede vacante, † qui dicitur successor episcopi, Feder. de Senis cons.30.num.3. Abbas in c.cũ olim, in 1. notat de maior. & obedi. Non tamen si fuerit constitutus ab ipso Episcopo, quamuis sit generalis, sic etiam Capitulum Sede vacante, Decius in c.quoniam, Abbas in antepen. columna. Sed quia supra diximus posse prælatum successorem videre licentias confessionum factas sub expresso nomine dignitatis, An etiam possit examinare iterum, vide
4 constit. Pij V. publicatam die 22. Augusti 1571. quæ dicit, volumus eos qui semel a b Episcopo in ciuitate, & in diœcesibus suis præuio examine approbati fuerint, ab eodem episcopo iterum non examinari; ab episcopo autem successore pro maiori conscientiæ suæ quiete examinari de nouo poterunt. Idem Congregatio concilij censuit regulares ad audiendas in ciuitate, & diœcesi secularium confessiones semel ab episcopo præuio examine approbatos iterum ab eodem episcopo non esse examinandos, cæterum a successore posse vtique examinari iuxta Constitutionem S. Memo. Pij V. Datam 7. Idus Augusti pontificatus illius Anno 6. Quæ a feli.record.Greg XIII. non est reuocata per reductionem priuilegiorum regularium ad terminos Concil. Trid. . . . . A Card. Carafa. Ita habetur in summa Bullarij per Stephanum Quaranta, tit.de pœnit.& remiss.verb.Confessor. ibi Congregatio Concilij.

TERTIA DIFFICVLTAS.

An successor possit sine causa licentias confessorum reuocare.

SVMMARIVM.

1 *Approbatus semel sine causa reuocari non potest, vide nu.6.*
2 *Doctor semel reprobatus non potest amplius doctorari.*
3 *Medicus semel Approbatus potest iterum reprobari, & idem in doctore.*
4 *Archiepiscopus Capuanus commendatur, qui indignos doctoratu priuauit.*
5 *Verba Beneplacito tuo sonant arbitrium boni viri.*
7 *Episcopus potest reuocare suum vicarium, quando sibi placet.*
8 *Epilogus eorum quæ dicta sunt.*

CIRCA Tertiam difficultatem, credimus successorẽ non posse licentias confessionum sine causa reuocare: nam
1 semel approbatus amplius reprobari sine causa non potest, ff. de adulter. l.si vxor, §.vltimo in fine. C. de testib.l.si quis testibus, & de ædilit. edict.l.quod si nolit, §. infectum, facit etiam tex.in l.post mortem, ff.de adopt.l.Pomponius scribit, ff.de negot.gest.Oldr.cons.18. Decius consil.475.nu.28.facit regula, Quod semel placuit, de reg.iur. & quod dixit Iason in l.1.§.editiones, num.16. Vbi qui approbauit aliquem in vno officio, nec potest illum reprobare in officio consimili. Innocent. notat in

in cap. cum uenerabilis, de except. facit bonus tex. in cap accepimus, extra de ætat. & qualit. Dom. Anton. in cap. præsentium, de testi. sic e contra
2 tra Doctor semel reprobatus † non potest amplius doctorari, ita Bald. in cap. filij nati, ad finem in ult. notab. in titu. si de feudo. fuer. controu. inter Dom. & agn. quē refert Iason in l. naturalis, num. 2. ff. de præscrip. uerb. quare interrogatus an nouitij reprobati a conuentu circa emissiones professionis poterant iterum admitti in capitulo ad eos recipiendos, diximus per supradicta, quod non, tum etiam ad euitandum monopolium, & multa alia absurda, quæ possent contingere, nisi adesset aliqua causa rationabilis ob quam deberēt admitti, ponderanda a superiore. Quod si quis obijciat glossam finalē in cap. de illis, de despons. impub. ubi Medicus, qui semel est approbatus, potest adhuc reprobari propter
3 periculum, † quod uertitur in exercitio artis suæ, ut ff. de muner. & honor. l. ut gradatim, §. reprobari, l. 2. C. de profess. & medicis li. 10. ubi dicit Bart. nota hanc legem contra insufficientes doctores, ut possint reprobari, non obstante quod receperint insignia doctoratus. Vnde Bartolus in l. sed & reprobari, ff. de excus. tutorum per illum textum cōmendat Archiepiscopum Capua-
4 num, qui reuertentes a studio cum priuilegio doctoratus fecit iterato examinari, & si erant insufficientes; & indigni priuilegio priuabat. Sic Abbas in c. 1. in fi. de magistr. dixit, quod doctor repertus inutilis potest degradari, vt dixit Felinus in ca. ex literis, de constit. Item facit, quod notat Ioan Andr. in additione Speculat. in rubr. de iure patron. ibi singulariter tractat quod episcopus, qui ordinauit aliquem ad sacerdotium, potest eum repellere propter insufficientiam ab Ecclesia curata non solum adepta, sed etiam adipiscenda, etiam si bis promouisset eū ad curatum. vide Oldradum consil. 43. Ita Additio ad Bartolum in d. l. 2. C. de professor lib. 10. Ergo multo magis hæc procedere videntur in imperitia medici spiritualis, & animarum? Respondeo contrariū procedere, quando doctor, vel medicus reperirentur inutiles: sic enim Felinus, & Additio ad Abbatem in c. de illis, verbo reprobari, litera A. extra de desponsat. impub. videntur præsupponere quod sit iusta causa, non tamen sine causa, ita glossa singul. in l. 2. C. de profess. lib. 10. Vbi ex causa reprobantur, sed non sine causa. Etenim si concessio facta ad beneplacitum secundum Abbatem, reuocari non debet sine causa, c. verū, num. 6. de foro compet. quia verba
5 illa beneplacito tuo † dicit Abbas referuntur ad arbitrium boni viri; ergo multo magis cum simpliciter conceditur licentia: nam illa voluntas debet esse regulata cum causa, & est communis opinio, vt per Decium in c. 1. in 2. lectura, extra de cōstit. facit etiam dictum Abbatis in c. cum venerabilis, num. 5. de exceptio. Vbi infert secundum Innocentium, quod ex quo aliquem approba-
6 ui ad aliquod officium, † non possum eum amplius respectu eiusdem officij reprobare, vt patet in teste, quem semel produxi, 4. q. 3. ca. si testes, §. si quis testibus, nisi ex causa superueniente, vt in ca. insinuante, de offic. de leg. Quod si quis obijciat episcopum posse reuocare suum vi-
7 carium, quando sibi placet, † vt notatur in clemen. 2. de rescript. Domin. in c. 1. de offic. vicar. in 6. Afflictus in constitut. Neapol. Ea quæ ad decus, nume. 3. Respondet ibi Afflictus, quod illud intelligitur respectu superioris, qui potest reuocare concessionem iurisdictionis exterioris, quando sibi placet: non autem, si

vellet

vellet reuocare iurisdictionem spiritualem sine causa. Igitur cum requiratur causa, vt possit reuocari licentia, videtur procul dubio, quod mortuo episcopo, qui in illa dignitate succedit, potest examinare, si vellet, confessores, vt videat, si sint sufficiẽtes, vel insufficientes: quia si sunt sufficientes, non potest illos reuocare, alias secus, per glossam in d.l. 2. sicut diximus supra in secunda difficultate. Hæc tamen iterata examinatio, sicut nec prima non est necessaria circa notos in literatura, vt latè diximus in 1. parte consil. eod. titul. consil. 4. nu. 3. Sed modo reassumendo hæc omnia, hæ conclusiones colliguntur ex huiusmodi difficultatibus, quæ ortæ fuerunt ex hoc consilio. & prima præterquam quod licẽtia multipliciter capitur, vt num. 1. Licentia audiendi confessiones potest multipliciter concedi. primo simpliciter, & indeterminate, & hęc cum sit perpetua, morte non expirat, etiam re integra, hoc est, si ad actum exequutionis non fuerit deuentum, vt a num. 1. vsque 5. primæ difficultatis. Secunda licentia concessa cum clausula, Donec reuocauerimus, etiam perpetua censebitur, si per mortem non fuerit reuocata, vt num. 5. & 6. Tertia licentia audiendi confessiones concessa, secus tamen in alijs, siue ad beneplacitum concedentis exprimendo proprium nomen, siue Papæ, siue episcopi morte expirat, vt nu. 7. 8. & 9. Quarta licentia, quæ conceditur ad beneplacitum, seu voluntatem Sedis Apostolicæ, aut Archiepiscopalis, morte non expirat, sed durat, quousque fuerit per successorem reuocata, vt a num. 10. vsque 14. Quinta solet concedi licentia ad beneplacitum nostrum, vel Sedis Apostolicæ, & tunc morte expirat: quia sufficit in alternatiuis alteram partem esse veram, vt num. 14. sed si ponitur copulatiuè, & tunc secus. sed si licentia ista est concessa motu proprio cõcedentis, & tunc est considerandus ordo scripturæ, vt si prius dicatur, Ad beneplacitum nostrum, morte expiret, si prius Sedis Apostolicæ, secus, vt num. 17. At circa secundam difficultatem diximus, quod successor multipliciter dicitur, & quod qui succedit in dignitate, potest videre licentias factas a prædecessore, vt a nume. 1. vsque 4. Immo quod plus est etiam examinare, vt nu. 4. infra sexta conclusione diximus posse ex causa reuocare licentias suorum prędecessorum, vt in 3. difficultate a nu. 1. vsque 7. Hinc possunt iterum examinari, vt nu. 7. fallit tamen in personis notis, vt ibi. Et hæc salua, &c.

D. Iacobus de Grassijs a Capua.

DE POENITENTIIS, ET Remissionibus.

Thema Consil. II.

Cum duo religiosi cum prælato ad generale capitulum accederent, & vnus ex illis crimen commisisset in monasterio reseruatum, (verbi gratia) periurium in iudicio regulari, Quod uolens Confiteri alteri suo Comiti, qui admissus non erat ad confessionem, & ille diceret se non habere hanc facultatem, tandẽ motus ex assertione dicentis se habere facultatem confitendi cuicunque voluerit, eius confessionem audiuit. Modo

Tres inde difficultates insurgunt.

I. An dicenti se habere facultatem cõfitendi cuicunque voluerit, sit credendum sine literis.

II. Quid importent verba illa cuicunque voluerit. An per hæc verba possit in itinere comes non approbatus illum audire.

Posito

III. Posito, quod sic, An possit absoluere a periurio, & ita a casu reseruato, quod ille commisit in monasterio.

Primae Difficultatis.

SUMMARIUM.

1 *Sacramentum ordinis vt legitime detur a non suo episcopo, requiritur plena fides de licentia.*

2 *Absolutus debet habere literas absolutionis & illas apud se tenere.*

3 *Excommunicatus semel excommunicatus semper praesumitur.*

4 *Commissio in scriptis, vt sit delegatus, quare sit penes se conseruanda.*

5 *Asserenti se habere licentiam, vt alter, quam parochus sibi ministret sacramentum Eucharistiae, non est credendum.*

6 *Sic nec dicenti se habuisse licentiam alteri confitendi ad finem euitandi paenam in c. omnis, de paenit & remiss. num. 13.*

7 *Praesumendum de nemine est, quod sit immemor salutis suae.*

8 *Iuramento ipsius statur, cum quaeritur de periculo animae, & eius conscientia.*

9 *Sacramentum ordinis non datur propter suscipientem tãtum, sed etiam propter alios.*

10 *Sacramenta, quae dantur propter suscipientem solum multum differũt ab his, quae conferuntur propter alios.*

11 *Credendum an sit alicui, quod sit confessus, & absolutus.*

12 *Clericus peregrinus sine literis commendatitijs admittitur ad secrete celebrandum non tamen publice.*

13 *Proprij sacerdotes quo ad dandam licentiam, qui sint.*

CIRCA praesentem difficultatem Redemptoris crucifixi nomine inuocato, & Beatissimae Virginis implorato suffragio, quod non teneatur comes in itinere alteri credere, faciunt multa, & primo: quia in sacramento ordinis, quod datur a non suo episcopo, ibi requiritur plena fides de licentia, & quandoque de causa, de tempor.
1 ordin. lib. 6. c. 1. & 2. Secundo: quia dicenti se absolutum non creditur, nisi ostendat literas suae absolutionis. Hinc dixit glossa in c. cum in iure, extra de offic. deleg. quod qui est
2 absolutus, debet habere literas, † & illas custodire, per quas tutus existat, si ei obijceretur excommunicatio, alias posset ei periculum generari, extra de elect. c. Venerabilem, & ratio est: quia praesumptio est contra ipsum: nam semel excommunicatus semper praesumitur excommu-
3 nicatus, † nisi probetur absolutus, quod quidem notatur per glossam in c. proposuit, de cleri. excomm. ministr. sic glossa in d. c. cum in iure, in verbo Mandato dicit. Caueat quicunque impetrat a principe causam committi alicui, vel delegari, Vt si sententia lata fuerit pro eo a delegato, ita bene custodiat commissioné, sicut ipsam sententiam, & dat ratio-
4 nem: † quia si lapsu temporis conueniretur, & ostenderet sententiam sine commissione, non valeret ei, nisi probaret de commissione. Tertio, quia sic videmus in simili: nam asserenti se delegatum, non creditur, ni-
5 si ostendat literas, de offic. deleg. ca. cum in iure. Quarto facit textus in clem. 1. de priuileg. Vbi ex illo textu dicunt ibi Doctores, quod religiosus, qui fuit credulus parochiano, dicenti se habuisse licentiam a parocho, vt ipse sibi possit ministrare sacramentum vnctionis extremae, vel Eucharistiae, vel matrimonia solemnizandi, non euadet paenam, non enim debet esse nimis credulus, nisi sibi de potestate constet, argum. ff. quod fal. tuto. aucto. l. 2. & de eo

per

per quem factum erit, l. 1. Nam secũdum opinionem Ioan. And. daretur materia figmentis. Quinto facit, qđ dixit Hostiensis in c. omnis, nu. 22. extra de pœnit. & remiss. vbi habetur, quod non est credendum parochiano dicenti
6 † se habuisse licentiã a proprio parocho alteri confitendi: nam a parocho, qui specialiter habet oues suas cognoscere, facienda est illi fides, alioquin poterit non confitẽti sibi, nec de sua licentia pœnam infligere in d. c. omnis. Nec enim sufficit dicere, nisi probetur, vt legitur, & notatur extra de concess. præben. c. cum super, alioquin redderetur illusoria pena d. cap. omnis, contra id, quod legitur, & notatur in c. 1. resp. 1. de alien. iudic. mutan. cau. fact. At pro contraria parte facit glossa in c. placuit, de pœnit. dist. 6. vbi credendum est pœnitenti asserenti se habuisse licentiam confitendi cuicunque voluerit: quia de nemine præsumendum est, quod sit immemor salutis
7 suæ, † 1. q 7. c. sancimus, glossa in c. sicut nobis verbo literas, de sen ten. excomm. & non est verisimile, quod cum mendacio quis veniat ad confessionem, l. sancimus, C. de sacrosan. eccl. sic dicit tex. in c. significasti, 2. de homicidio, quod cũ quæritur de animæ periculo, & eius conscientia, statur eius iuramento, ca. si
8 vero 2. extra de sent. excommu. vbi ignorantia probatur per iuramẽtũ, concordat text. in c. 1. extra de elect. & c. vt circa lib. 6. Ad idem de sponsal. c. de tua, glossa in clem. 1. & gloss. fin. de pœnis. Et tenendo hanc opinionem potest responderi ad cõtraria, & primo, quod sacramentũ ordinis non est dandum a nõ suo episcopo, nisi habeatur plena fides de licẽtia: quia vt dixit glossa in clem. 1. de priuileg. sacramentum ordinis non datur propter recipientem tantum,
9 sed propter alios etiam, † & ideo dicitur sacramentum dignitatis, 1. q. 1.

§. si ergo, & §. ecce si clericus. facit quod notatur, de coniug. seru. c. 1. in glossa 2. sed sacramentum pœnitentiæ, item baptismi, confirmationis, eucharistiæ, & vnctionis extremæ simpliciter causa suscipientis tantũ. Quare maxime ista sacramenta inter se differunt: nam ab his, quæ cõferuntur causa suscipientis, nullus fi-
10 delis debet excludi, † nisi in casibus exceptuatis, immo tenemur ea subministrare, d. cap. omnis, vt etiam a matrimonio nullus est excludẽdus, sed ab ordine, qui ratione aliorum datur, secus, vt ibi. Nec etiam obstat secunda, & tertia ratio: quia procedunt in foro contentioso, in quo nõ creditur alicui, nisi quando aliter cõstare non poterit de conscientia illius, de testib. ca præsentium, glossa in clem. 1. de priuileg. Quare fit, vt probato per episcopum, quod Petrus fuerit excommunicatus, semper præsumitur excommunicatus, & non creditur ei dicenti, quod fuerit absolutus, nisi vere probauerit absolutionem: faciunt notata in simili per Innoc. in c. veniens, de verbor. signif. lib. 6. At secus est in foro pœnitentiali, facit quod notatur in ca. sicut dignum, in glossa 1. extra, de homic. quia tunc credendum est cuilibet, si dicat licentiam se habere a suo iudice, vt possit cuilibet confiteri. An vero sit credendum alicui, qđ
11 sit confessus, & absolutus, † Astens. in summa lib. 5. tit. 14. Cui presbytero est confitẽdum, q. 3. dicit, quod in peccatis manifestis, vel quando superior probabiliter habet suspectum subditum suum, non debet ei credere, nisi hoc sibi constet per literas superioris, vel alio legitimo modo per testes; at in peccatis occultis est ei credendum, per glossam in d. cap. sacerdos, de pœnit. dist. 6. sic nec obstat quartum: quia dicta clem. 1. de priuileg. loquitur de sacramentis, quę dantur publicè, & ideo maio-

res probationes requiruntur, & sic religiosus male fecit credendo simplici verbo, quod ille habuisset licẽtiam, sumendo dicta sacramenta ab ipso, sed nos loquimur de sacramento pœnitentiæ, & confessionis, quæ dantur in occulto, & in secreto. Et est simile de clerico peregrino, qui sine literis commendatitijs admitti
22 tur ad secrete † celebrandum, non tamen ad celebrandum publice, ca. tua, de cler. peregr. rursum in d. clemen. 1. ideo religiosus assertioni parochiani non tenetur credere: quia hoc verteretur in præiudicium, & læsionem proprij parochi, cui cura parochiani subtrahitur: vt dixit Anchar. in d. clem. 1. num. 3. Nec etiam obstat vltimum, vbi si quis obtinet licentiam a Romano Pontifice, vel proprio episcopo, aut a legato a latere, vel a generali Vicario episcopi alteri confitendi, confessio quidem tenet, & absolutio tanquam suo, & a suo iudice facta, tamen facienda est fides Sacerdoti parochiali, qui specialiter habet oues suas cognoscere: nam respondetur, quod ibi Hostiensis loquitur in foro exteriori, inde infert, alioquin poterit non confitenti sibi, nec de sua licentia pœnam infligere, de qua in text. in d. ca. omnis: quia non sufficit dicere, nisi probetur: sed nos loquimur in foro pœnitentiali, vt diximus supra num. 10. & ita intelligitur glossa in d. ca. placuit, & in c. sicut nobis, de sent. excõmunic. Et hæc opinio videtur amplectenda, quam etiam amplectitur glossa in d. clem. religiosi. verb. Non habita, de priuileg.

SECVNDA DIFFICVLTAS.

Quid importent verba illa, cuicunque voluerit. An per hæc verba possit in itinere comes non approbatus illum audire.

SVMMARIVM.

1 *Licentia concessa peregrinandi omnia videntur concessa, sine quibus peregrinatio commode fieri non potest.*

2 *Licentia eligendi confessorem an etiã extendatur ad non approbatum.*

3 *Mortis articulus solum dat licentiam absoluendi cuicunque etiam non approbato.*

4 *Catholicus sacerdos tantum habet claues absoluendi.*

5 *Sacramentum nullum est recipiendũ ab hæreticis, & schismaticis, nisi baptismi.*

6 *Verba generalia non includunt illicita.*

CIRCA hanc secũdam difficultatem respondeo primum, quod licet cõcessa licentia peregrinandi, vt accipiẽdo insignia peregrinationis a proprio sacerdote, vel in religiosis capta benedictione a superiore monasterij, videantur concessa omnia, sine quibus commode dicta peregrinatio fieri non potest, ca. præterea, extra de offic. deleg. vbi vno commisso videntur concessa omnia, sine qui-
1 bus † commode dicta peregrinatio fieri non potest, glossa in c. ecce, distinct. 95. verbo Benedicere. Nam eo ipso, quod episcopus interest missæ presbyteri, per consequens omnia permittuntur, quæ sine missa esse non possunt: ergo sic in casu nostro concessa licentia peregrinandi intelligitur concessa etiam facultas alteri confitendi, tamen Innocentius in cap. omnis, extra de pœnit. & remiss. nume. 6. intelligit de his peccatis, quæ nouiter commiserit in via, vel de his, quæ per obliuionem confiteri omiserit, non tamen de alijs peccatis. Licet summa Astens. lib. 5. titul. 14. q. 3. quæstiuncula, de: pere-

peregrinis extendat dictum Innocentij ad peccata, quæ fuerunt commissa in monasterio, antequam iter peregrinationis arriperent, modo de illis confiteri proponat postquam redierit, proprio sacerdoti. Ego tamen hoc non admitterem, sed simpliciter crederem etiam peccata commissa in monasterio posse confiteri absque nouo nexu obligationis, vt iterum confiteri teneatur: Cum quis non debeat astringi confiteri peccata iterum rite confessa. Secundo respondeo ad dubiũ, quod quamuis ante Conc. Trident. fuerit communis opinio, vt per Syluest. & Sotum in 4. sent. dist. 18. q. 4. artic. 3. versic. postremum, quod pœnitens, qui auctoritatem habet eligendi cõfessorem quemcunque voluerit, poterat eligere confessorem etiam ab ordinario non approbatum, vt etiã tenet Caiet. in verbo Absolutio, tamen dicta doctrina fuit vera ante Concilium, sed hodie post Concil. Trid. determinationem sess. 23. cap. 15. statutum fuit, vt nullus sit ido-
2 neus ad confessiones † audiendas reputandus, nisi beneficium parochiale habeat, aut episcopis per examen, si illis videbitur necessarium, aut alias idoneus iudicetur, & approbationem ab eis recipiat. Et hæc quo ad electionem sacerdotum secularium: quia quo ad sacerdotes regulares, vt vnus alterius confessiones audire possit, sufficit licentia sui prælati, 16. q. 1. c. 1. de statu monach. ca. 2. Syluest. in verbo confessor. 1. q. 5. vnde absque licentia expressa, vel tacita præter mortis articulum non po-
3 terit absoluere, & merito quidem: nam alias quilibet sibi fingeret causas alteri confitendi. Diximus excepto mortis articulo: quia tunc quilibet sacerdos, vt habetur per Concil. Trid. sess. 14. c. 17. poterit absoluere a quibuscunque casibus, & cẽsuris, vt patet ex ca. pastoralis, §. præterea, de offic. deleg. c. non dubium, de senten. excommunic. c. eos, qui, eod. tit. lib. 6. dixi. Quilibet. Exceptis tamen
4 hæretico, & schismatico: † nam nullus habet claues ecclesiæ, nisi sit catholicus, de pœnit. dist. 1. c. verbum Dei, & c. quem pœnitet. Sunt etiam tales excommunicati excommunicatione maiori, qui absoluere non possunt, 24. q. 1. c. audiuimus. Tales etiam ponere possent pœnitentem in aliquo errore, aut desperatione, sicut Pharisæi Iudam dicentes, cum confiteretur eis peccatum suum, Matth. 28. Quid ad nos, tu videris, de pœnit. distinct. 6. cap. 1. A talibus enim nullum sacramentum est re-
5 cipiendum, † nisi baptismatis, 32. distinct. c. præter, §. verum, 1. q. 1. ca. sacramenta. Igitur ex his omnibus habetur, quod absque licentia expressa, vel tacita per illa verba, vt cõfiteatur cuicunque voluerit, non intelligitur, vt possit confiteri sacerdoti non approbato ad audientiam cõfessionum, cum non sit idoneus: quia verba generalia non includunt
6 illicita, † cap. Quintauallis, extra de iureiur. ca. 1. eod. tit. in 6. Hinc dixit Zabar. in c. significante, extra de pignor. quod per illa verba, quæ emptor dixit vẽditori, vt rem emptam daret ei, qui suo nomine peteret, non liberatur ex hoc, si vni ex transeuntibus, qui hoc audiuit, & petijt, dedit: quia in dubio debet intelligi, vt daret personæ idoneæ. Verum in casu nostro (vt retulit mihi sacerdos idem non approbatus) audiuit confessionem pœnitentis ipso superiore vidente, & tacente: quare per manifestam conniuentiam credimus, quod absolutio valuit.

TERTIA DIFFICVLTAS.

An potuerit absoluere a casibus reseruatis.

SVMMARIVM:

1 *Peccatum reseruatum multipliciter considerari potest.*
2 *Licentia generalis non includit specialiter reseruata*
3 *Domicilium ad constituendum factũ, & animus exigitur.*
4 *Peregrinus an possit absolui a peccato suo episcopo reseruato commisso in via.*
5 *Exemptio quid proprie dicat.*
6 *Statuens non potest expresse obligare delinquentem extra territorium.*
7 *Locus exemptus & extra diœcesim æquiparantur.*
8 *Monachus licet efficiatur Ciuis in ciuitate, vbi fit monachus, non tamen desinit esse ciuis ciuitatis suæ.*
9 *Alienigena præsumitur ignorare constitutiones loci, vbi transit.*
10 *Casus reseruandi a regularium superioribus.*
11 *Aequalis in æqualem non habet imperium.*
12 *Approbatus ad confessionem potest audire suum subditum etiam extra diœcesim.*
13 *Pœnitenti habenti casum reseruatũ, quæ seruanda, vt communicet.*
14 *Epilogus eorum, quæ dicta sunt.*

CIRCA huiusmodi difficultatem sciendũ est pro eius intelligẽtia, quod licet scribentes circa hãc materiam casuum conscientiæ loquantur de casibus reseruatis, nempe an peregrini, vel mutantes domicilium possint absolui a casibus reseruatis, & distinguãt casum reseruatum multipliciter cõsiderari posse, quod scilicet aliquãdo fuit in propria diœcesi perpetratũ, & tamen alibi, hoc est in aliena diœcesi confessum, vbi non est reseruatum, tunc Sotus in 4. sent. dist. 18. q. 4. artic. 2. col. 10. dicit, quod obtenta licentia sui episcopi peregrinandi, & consequenter confitendi, non videtur concessa facultas, vt possit absolui a casibus reseruatis: quia gene-
2 ralis licentia † non includit specialiter reseruata, optimus textus in c. si episcopus, tit. nostro in 6. facit clem. dudum, vers. per huiusmodi, de sepult. secus vero, si domicilium mutauerit. Ad cõstituendum vero domi-
3 cilium † factũ, & animus exigitur, hoc est, vt discesserit a loco aĩo non redeundi, sed permanendi alibi, ff. ad municip. l. domicilium: sufficit ẽt lõgi temporis cursus, hoc est, vt per decennium alibi moretur, vt dixit Lucas de Penna in l. nec ipsi, C. de incolis li. 10. nam ex quo ratione domicilij quis subditus efficitur, glossa celebris in clem. vnica, verbo subditos, de foro compet. merito tenetur legibus ipsius episcopi, vbi habitat. Quare ex quo peccatum non est reseruatum, potest a quocunque absolui. Nonnunquam vero peregrini incidũt in casum, qui est reseruatus illi diœcesi, quo applicuerunt, non tñ in loco, vnde discesserunt, & tunc a casibus, qui illic reseruati sunt episcopo, non possunt absque eius licentia absolui Sotus, qui supra. Aliquando peregrinus peccatum suo episcopo
4 reseruatum † cõmisit in via, & tunc summa Pisanella in verbo Cõfessio 3. in §. An peregrini dixit, quod non potest absolui pęnitens ab illo casu, quando vbi confitetur est reseruatũ: Astẽs. vero li. 5. tit. 14. in sua summa vers. quid si tale, dixit quod sic. Debet tamen ei iniungi a confessario, vt cum habeat copiam episcopi sui, iterum confiteatur ei peccatũ illud, & ab eo pœnitentiam accipiat de illo, & si pœnitens eam acceptauerit, tunc tenetur bis confiteri, Nauarr. in cap. placuit, nume. 116. de pœnit. distin. 6. Aliquando vero peccatum est reseruatum, tam in propria diœcesi, quã vbi confitetur, & tunc non potest absolui, nisi ab habente facultatẽ absoluendi a casibus reseruatis: quia

quia hoc videntur episcopi tacite velle. Hæc tamen omnia videntur habere locum in personis secularibus, vel clericis ecclesiasticis, non tamen in religiosis exemptis, cum exemptio proprie dicat, & ponat aliquem extra iurisdictionem alterius,
5 quamuis exemptus sit in diœcesi illius; non enim ex hoc subditur legibus illius: vnde fit, quod vt statuens non potest expresse obligare delin-
6 quentem † extra territorium, cap. 2. de constit. in 6. sic nec si exemptus aliquid inhonestum committeret sub pœna excommunicationis prohibitum, argum. d. c. 2. §. statuto, & l. fin. ff. de iurisdict. omn. iudic. Cum de delicto commisso in loco exempto episcopus cognoscere non possit, c. cum episcopus, de offic. ordin. in 6. pro quo vide glossam optimam in clement. 1. de vita, & honest. cle-
7 ric. nam locus exemptus, † & extra diœcesin æquiparatur, glossa in cle. 1. de foro compet. Accedat etiam & alia ratio: quia religiosi non possunt habere domicilium nisi in monasterio, vbi emiserunt professionem; vnde forensis factus monachus in monasterio S. Seuerini a Neap. fit Ciuis Neapolitanus. Ita Lucas de Penna in l. ciues, vbi dixit hoc probari, C. de incol. lib. 10. Anchar. in ca. significasti, extra de paroch. num. 12.
8 † qui etiam subdit, quod per monachatum non desinit esse ciuis suæ Ciuitatis. igitur cum religiosi domicilium extra suum monasterium habere non possint, fit, quod nō est habenda ratio, an peccatum sit reseruatum in alterius diœcesi, sed tantum an fuerit reseruatum in monasterio, quo se contulit religiosus: vnde deueniendo ad primum, quando religiosus commisit casum reseruatum in monasterio suo, & cōfitetur alibi, vbi non est reseruatum, Dico multa, quæ habētur in 4. par. nostrarum decis. lib. 1. c. 13. nu. 47. quod potest absolui a priore illius monasterij, vel eius loco a superiore, quo se confert, si est superior absens. Circa secundum, quando religiosus incidit solum in casum reseruatum illi monasterio, cui se applicuit, tunc si ibi confitetur, debet absolui ab habente facultatem absoluēdi ab illo, nisi forte transeundo per ciuitatem, vel pernoctando per vnam noctem in monasterio haberet ignorantiam probabilem, quæ excusat. facit dictū Franchi in c. 1. nu. 4. de constit. in 6.
9 quod præsumitur † alienigena ignorare cōstitutiones illius loci, vbi trāsit, & tunc crederem non ligari casibus reseruatis ibi. Circa tertium de committente casum in via, qui erat reseruatus in loco de quo discessit, tunc distinguerem, quod si religiosus sit reuersurus ibi, ligatur, ac si cōmisisset in monasterio: secus autem si p discessum esset extra iurisdictionē illius superioris, vt quia esset mutatus: nam tunc dicerem illum nō ligari, nisi incidisset in vnum ex casibus appositis per decretum S. D. N. Clementis VIII. super casuum reseruatione ab omnibus regularium superioribus obseruandum, quod incipit S. D. N. & desinit datum Romæ apud S. Petrum die 26. Maij 1593. Vbi habetur quod regularium supe-
10 riores † debeant reseruare 11. Casus, nisi reseruatio fiat cum speciali licētia capituli generalis, vel diętæ. Vltimo, quando religiosus, qui peregrinatur, commisit crimen reseruatum in monasterio, & vbi confitetur, & tunc absolutio dari nequit nisi ab habente facultatem absoluendi a casibus reseruatis, & ita ex his habetis qualiter peregrinantes, vel pro causa recreationis, vel pro accessu ad capitulum generale sint absoluendi a casibus reseruatis, & quod data licētia audiendi confessiones, non sit cōcessa facultas absoluendi a casibus reseruatis, sed dubitatur, an hoc etiā pro-

procedat, quando hic sacerdos itinerans cum religioso pœnitente habet etiam secum comitem superiorẽ sui monasterij, an etiam debet perquirere, quando accedit ad monasteria, qui sint casus reseruati illi monasterio, vel simpliciter possit cõfiteri de casibus tantum reseruatis ipsi suo superiori. Responderem pro nunc, quod cum æqualis in æqualem non
11 habet imperium, † ca. inferior, dist. 21. in his, quæ sunt iurisdictionis voluntariæ etiam extra suum monasterium, vt est actus confessionis in foro pœnitentiali. hinc fit, quod potest confessor approbatus ad audiendas confessiones, (v.g.) Neapoli audire
12 confessionem † sui subditi, qui non mutauerit domicilium etiam extra diœcesim, & superior dependẽs ab alio primo superiore, qui cum pluribus clericis accedit ad aliud monasterium causa recreationis, potest audire confessiones suorum clericorũ, & ita apud nos seruatur in praxi, fit inquam, quod vt Abbas non ligatur casibus reseruatis in alio monasterio, sic nec etiam sui subditi cum eo accedentes ratione adiuncti, cum accessorium sequi debeat naturam sui principalis: A casibus tamen reseruatis ipsi superiori, non potest vigore licentiæ generalis absoluere comes sacerdos. Quid ergo faciet pœnitens, si reperitur in itinere, & vult aliqua ex causa rationabili celebra-
13 re, † censeo, quod in vno tantum casu possit audiri a non habente facultatem absoluendi a reseruatis, & celebrare, cum proposito tamen quãprimum se præsentandi, vel petẽdi absolutionem ab habente facultatẽ, scilicet ad euitandum magnum, & graue, & certum scandalum si non celebraret, nec se posset alia via excusare, vt nos diximus in 1. par. li. 1. nostrarum decis. c. 12. n. 12. Id quod intelligo facta integra confessione, tam reseruatorum, quam non reseruatorum: Sed modo hæc omnia perstringendo habuistis ex nu. 1. quod ordo non est dandus a non suo episcopo, nisi plena habeatur fides. secũ
14 do ex nu. 2. & 10 habetur, quod dicenti se absolutum in foro exteriori non creditur, nisi de literis constet, vt illas ostendere possit, si contrariũ obijceretur. Tertio ex num. 7. quod credendum est pœnitenti dicenti se habuisse licentiam confitendi cuicunque voluerit, nisi vt nu. 11. Quarto ex secunda difficultate, nu. 1. habetur, quod vno commisso intelliguntur omnia commissa, sine quibus illud expediri non potest, & ita cõcessa licentia peregrinandi, pariter & confitendi, siue sint peccata commissa in loco, vbi datur licentia, siue in via, siue sacerdotibus approbatis per examen, si sunt seculares, vt num. 2. vnde præter licentiam non possunt confiteri excepto tamen articulo mortis, vt n. 3. nisi sint schismatici, vel hæretici, vt num. 4. sacerdotibus autem regularibus, vt religiosus possit confiteri, sufficit licentia expressa, seu tacita, vt nu. 2. & 6. Sed circa tertiam difficultatem hæ conclusiones colliguntur. & prima, peccatum reseruatum, vel posse perpetrari in propria diœcesi, sed alibi confiteri, vbi non est reseruatum, & tunc concessa facultate peregrinandi, non extenditur facultas, vt possit absolui a peccatis reseruatis, nisi domicilium mutauerit, hoc est, discesserit a loco, animo non redeundi: quia tunc tenebitur legibus episcopi, vbi habitat, vt num. 1. 2. & 3. Verum si peregrinus inciderit in peccatum, quod est reseruatum in loco, vbi destinat habitare, & tunc est absoluendus ab habentibus facultatem absoluendi a reseruatis, sed si in peccatum reseruatum a suo episcopo inciderit in via, & tamen vbi confitetur, non est reseruatum, potest alibi absolui. Iniuncta tamen pœnitentia,

ria, vt confiteatur iterum suo episcopo, si ille acceptauerit, vt num.4. Verum quo ad religiosos exemptos a iurisdictione episcopi, si committunt aliquod reseruatum in suo monasterio, & alibi confitentur, vbi non est reseruatum, debent confiteri priori ipsius monasterij, vel eius vicem gerenti, vt nume.8.& seq. sed si incidunt in peccatum reseruatum extra suum monasterium, quod ibi erat reseruatum, tunc non sunt absoluendi, nisi ab habentibus facultatem, nisi forte ibi essent per transitum, & pernoctarent solum: quia tunc eos ignorantia probabilis excusaret, vt nume.9. Rursum si religiosus iterum reuersurus in monasterium peccatum committeret reseruatum in via, tunc ligatur, ac si illud commisisset in monasterio, nisi esset incitatus, vt num.10. vel incidisset in vnum ex illis appositis per decretum Clem.8. quę sunt 11. Diximus etiam, num.11. quod si religiosus reuersurus, qui incidit in casum reseruatum, habeat etiam comitem suum superiorem, quod tunc tantum incidit in casus reseruatos suo immediato superiori, & rationem apposuimus, num.11. Vltimo habuistis sacerdotem, qui cecidit in casum reseruatum in via, & vult celebrare, quid faciet, vide nu.12. vsque in finem. Et hæc &c.

D. Iacob. de Graffijs à Cap.

DE POENITENTIIS, ET remissionibus.

Thema. Consilij III.

Duo Laici fuerunt in quodam monasterio pro nouitijs recepti, qui cum stetissent per dies quindecim cum suis vestibus secularibus, volebant confiteri sua peccata Magistro nouitiorum: at Magister cum non esset approbatus ab episcopo loci, tenuit illas audire, modo dubitatur. An poterat talium secularium confessiones, qui pro nouitijs erant recepti in monasterio de licentia superioris, audire: igitur

DIFFICVLTAS EST.

An Magister nouitiorum non approbatus ab episcopo, iuxta Concil. Trid. sess.14. ca.15. ad audiendas confessiones, possit audire confessiones secularium, qui pro nouitijs recepti in monasterio de licētia Abbatis remanserunt.

SVMMARIVM.

1 *Electus in episcopum ante consecrationem non dicitur episcopus, fallit in Papa. num.3.*
2 *Ciuitas interficiens electum non incidit in pœnam interficientis episcopum.*
4 *Insignia Doctoratus sunt liber, Biretū Cathedra, annulus, & osculum.*
5 *Licentiatus criminosus ignobilis furca suspenditur.*
6 *Statuto, vt potestas habeat doctorem, non satisfit, si secum ducit licentiatum.*
7 *Proxime cingendus, vt habeatur pro cincto, qualiter intelligatur, nu.10.*
8 *In clericatus materia non sufficit deputatio ad eum, etiam cum incessu, & tonsura.*
9 *Destinatus ad militiam non dicitur miles, antequam recipiatur in numerum militum.*
11 *Deputatus ad officium scribendi in Cancellaria Papæ, non mentitur se scriptorem dicendo.*
12 *Legato frumento, quod est in ciuitate, an veniat, quod est ruri.*
13 *Epilogus eorum, quæ dicta sunt.*

CIRCA præsentem difficultatem Dei prius nomine inuocato, & Beatissimę Ma

Cc 4 rix

riæ semper Virginis suffragio implorato, videtur pro parte negatiua, quod non possit illorum confessiones audire Magister nouitiorum ab episcopo non approbatus. & primo: quia licet sint proxime vestiendi, tamen antequam exuantur habitu laicali, dicuntur laici, & ideo illi solum debent eorum confessiones audire, qui sunt approbati ab ordinario ad audientiam cõfessionum seculariũ., & ad hoc faciunt multa; & primo:
1 quia ante † consecrationem electus in episcopum nõ dicitur episcopus, sed electus, ita Abb. post Ioan. And. in ca. eam te, de rescript. qui allegat tex. in ca. tam literis, de testib. glossa in c. 1. de relig. domib. Vnde Baldus in l. si nondum post princ. C. de furt. dixit, quod ciuitas interficiens electum, non dicitur incidere in pœnã
2 interficientis episcopum, † de quo 25. q. 2. cap. ita nos. Hoc tamen fallit in summo Pontifice: nam per electionem dicitur Papa, vt per glossam in data 6. in verbo pontificatus, qui allegat tex. in cap. de vitanda, de
3 elect. † sic Angelus in l. bene a Zenone, C. de præscript. dixit, quod ante coronationem, non dicitur Imperator, sed Rex Romanorũ, per text. ibi ex quo infulas Imperiales suscepimus. Similiter dixit Baldus post Oldradum in l. athletas, C. de his, qui notan. infam. quod licentiati nõ habent priuilegia doctoralia, quæ ponuntur per Lucam de Penna in l. vnica, C. de profess. lib. 12. nisi susceperint insignia, quę sunt quinque, vi
4 delicet liber, de quo habetur per Lucam de Pen. in l. 1. C. de athletis lib. 10. secundo infula, seu biretũ, & dicitur infula quoddam signum, quo distinguitur alter ab altero, vt C. de præpositis sacri cubiculi, l. 12. l. iubemus, vers. testamentum. Biretum autem est, quod proprie datur doctori, cũ dignitate magisterij decoratur, & dicitur biretum, quasi bisrectum: quia bis rectum decet esse doctorẽ, scilicet in docendo, & operando, facit text. in l. officiũ, ff. de re milit. Itẽ annulus, ad designandum, quod per eum factus est vere sponsus sciẽtiæ, quam profitetur, docendamque suscepit. Item Cathedra, quæ sedes dĩ scientiæ, & sapientiæ, & Ioan. And. in clem. 2. de magistris in verbo insignia, addit etiam osculum.. Vnde si licentiatus commiserit crimen di-
5 gnum morte, † & esset plebeius, nõ capite esset truncandus, sed furca suspendendus, & ita fuit exequutum in Ciuitate Neapolitana die 22. Ianuarij 1575. vt refert Vincen. de Frãchis decis. 111. vol. 1. Hinc etiam fit, quod non satisfacit statuto ciuitatis, vel priuilegio, quod potestas habeat
6 secum doctorem, † si ducit secum licentiatum: quia adhuc in eo aliud examen requiritur, Felinus in ca. eã te, nu. 1. de rescript. & ex licentia doctorandi nõ consequitur quis dignitatem doctoratus, nec aliam dignitatẽ, sed testimoniũ solũ, quod mereatur insigniri. Vnde non obstat vulgaris regula sumpta ex l. pen. de testam. milit. quod proxime cingẽdus
7 habetur pro cincto: † quia ille textus loquitur, quãdo adest iussus potestatem habentis, quod quis cingat̃. Ita illam legem declarat Bart in l. præcedenti dictam l. penul. Et in specie hanc opinionẽ tenet Bal. in d. l. pen. quod licentiatus non habetur ꝓ doctore: quia aliud examẽ requiritur, & est textus in l. athletæ, ff. de excus. tut. sic textus in l. medicos, C. de profess. & medic. lib. 10. qui loquitur de Doctoribus, nõ facit mẽtionẽ de licentiatis, de quibus tamen loqui potuisset, si voluisset: quare non est vltra suum casum extendendus, arg. tex. in l. si vero, ff. solut. matr. Guido Papæ decis. 390. Rursus facit: qa ex quo non est datus habitus, nõ videt̃ exemptus a iurisdictione iudicis secularis, cũ multa possint cõtingere,

vt

vt habitum non assumerent, & pœnitere poterant. Vnde hac ratione motui consilium Neapolitanum cõfirmauit sententiam magnæ curiæ vicariæ, quæ iudicauit non esse remittendum quendam, qui petierat admitti in militem Religionis Hierosolymitanæ, pro assumptione habitus si deliquit: quia in materia clericatus nõ sufficit deputatio ad eum
8 etiam cum incessu, & tonsura, ita dixit Federic. de Senis cons. 290. nu. 8. Vnde dato quod quis haberet propositum suscipiendi ordines, & deputatus esset ad clericatum, non tamẽ est capax beneficij ut cõcludunt contra Cõpostellã, in c. cum adeo, extra de rescript. Innocentius, Ioan. Andreas, & Doctores in cap. 2. de institut. Abbas, & Decius in d. cap. cũ adeo. & ibi Zabar. q. 2. qui respondet ad rationem Compostellæ, Felinus ibi a num 4. vsque 6. qui multa accumulat contra Compostellam. Archid. 12. quæst. 1. cap. pen. vbi inquit Bonifacium 8. ita seruasse in personam nepotis sui, facit glo. in l. si non dum, C. de furtis, cum simil. cap. religioso, de sent. excomm. in 6. vbi ante emissam professionem non dicitur religiosus. licet sit intra annum probationis, facit text. in d. l. pen. ff. de testa. milit. ubi destinatus ad militiam non dicitur miles, antequam
9 recipiatur in numero militum. † quare Laici, qui ingrediuntur monasterium de licentia Abbatis permansuri ibi, & effecturi nouitij, non videntur esse nouitij, nisi recipiantur in numero eorum per susceptionem habitus, & si velimus tenere hanc opinionem, non obstat textus in d. l. pen. quia vltra quod loquitur per verbum denotãs fictionem, non habet locum in præsenti casu. In quo ad hoc, vt dicatur nouitius, requiritur, quod habitum nouitiorum assumat. Item tunc verum est, quod
10 proximè faciendũ † habetur pro facto, quando de proximo faciendum est infallibile, ita Feli. in cap. eam te, num. 16. versic. Alia est, de elect. verum fauore religionis, vt tales laici viuant in maiori disciplina, & seruent silentium, opinor tales haberi pro nouitijs in pręsenti quęstione facti. & ita posse magistrum nouitiorum non approbatum ab episcopo ad audientiam confessionum illorũ confessiones audire. Tum: quia sumus in fauorabilibus, in quibus licentiatus habetur pro Doctore. secundum Baldum in l. 1. in penult. col. versic. quod si filius, ff. solu. matri. cum sit in potẽtia & in actu propinquo. ita cum isti sint in potentia actui propinqua, videntur esse in actu nouitiali cum adsit iussus potestatem habentis, hoc est superioris, quod remaneant in monasterio, vt possint considerare, & experiri mores, & vitam religiosorum, facit etiam: quia habetur pro facto, quod de proximo est faciendum, & pro perdito, quod de proximo est perdendum, & pro dato, quod est paratum vt detur, l. filius, cum concord. ff. de milit. testam. Anchar. in ca. commissa, nume. 1. de elect. in 6. sic Paul. de Castro in l. 3. §. si seruus, in vna lectura, de acqu. poss. qd, dicit de proximo banniẽdus intra vnum diem, debet haberi pro bannito: quia potentia propinqua actui habetur pro actu, l. fin. vbi glo. & Bar. ff. de testam. milit. Iason in l. cum stipulatus sim. nu. 3. ff. de verb. oblig. sic dixit Bal. in l. 1. in fine, C. an seruus ex suo facto, quem sequitur Iason in l. cum quædam puella col. 3. ff. de iurisdict. om. indic. quod si post votum quis deliquit, & deinde efficitur clericus, gaudet priuilegio clericali. De cuius veritate late diximus supra de foro cõpet. libr. 1. cons. vlti. facit etiam quod notat Gemin. in cap. ponderet, in fine dist. 50. & in cap. cum illis, §. 1. de præben. in 6. vbi deputatus ad officium.

11 cium † scribendi in cancellaria Papæ, non mentitur appellando se scriptorem, licet nondum cœperit scribere. & sequitur Marianus Socinus in c. de multa, extra de præben. sic Albertus in l. 1. § si ita, ff. de offic. præfecti vrbi, dicit quod licet legato fru-
12 mento, quod est in ciuitate † non ueniat quod est ruri, l. nam quod, §. si ita legetur, ff. de penu lega. tamen fallit, quando est ruri causa custodię, & solet deferri ad ciuitatem: quia per hanc destinationem veniet in legato, ac si esset in ciuitate, per tex. in l. si ea, ff. de lega. 2. sic ferrum de proximo conflandum habetur pro conflato: vnde Vgolinus de censuris parte 2. cap. 7. versic. ferrum, num. 4. dixit, quod fideles incidunt in censuram ferẽtes ad terras infidelium terram, ex qua ferrum elicitur: quia illã deferendo videntur deferre ferrum. Tum etiam: quia minimum non habetur in consideratione, capit. & si quæstiones, extra de sim. cap. vnum orarium, distin. 25. & ita quindecim dies, vbi laici remanent in habitu suo, dicitur quid minimum. Hæc cõsiderantes patres nostri in declaratorio regulæ cap. 58. num. 4. declarant nouitios dici, antequam eis detur habitus nouitialis: quare volunt, vt stẽt in cella sub cura magistri nouitiorum: sed modo reassumendo hæc omnia diximus ex n. 1. electum in episcopum non dici episcopum ante
13 consecrationem, † fallit in Papa nume. 2. sic licentiati non habent priuilegia doctoralia quæ sunt quinque, vt num. 3. & 4. vnde furca esset suspẽdendus licentiatus ignobilis criminosus, vt nu. 5. & 6. item quod proxime cingendus pro cincto habetur. vt num. 7. quando adest iussus potestatem habentis, vt cingatur, & quãdo de proximo faciendum est infallibile. vt num. 10. Rursum diximus in materia clericatus non sufficere destinationem ad clericatum etiam cum incessu, & tonsura, sic destinatus ad militiam non dicitur miles, anteq̃ recipiatur in numero militum, vt n. 8. & 9. verum fauore religionis in hanc inclinauimus sententiam, laicum qui de licentia Abbatis fuit receptus in monasterio in habitu suo posse confiteri Magistro nouitiorũ non approbato ad audientiam confessionis secularium, ductus pluribus rationibus, quæ habentur a nume. 10. vsq. 13. Et hæc salua &c.

D. Iacobus de Graffijs a Cap.

DE POENITENTIIS, ET remissionibus.

Consilium IV.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus potest sibi eligere confessorem.*
2 *Facultas eligendi confessorem quid sit.*
3 *Confessor nemo fieri potest nisi ab episcopo approbatus.*
4 *Superior religiosi quis dicatur.*
5 *Religiosus electionem acceptare non potest sine licentia sui prælati.*
6 *Priuilegium intelligitur sine praiudicio tertij.*
7 *Religiosus non audiat confessiones nisi a prælato approbatus.*
8 *Generalitas non debet includere illicita.*
9 *Testandi facultas filio concessa ut intelligatur.*
10 *Verba sunt obliquanda ad euitandum absurdum.*
11 *Episcopus quid velle uideatur uigore concilij.*
12 *Sacerdos ab episcopo eligendus qualis esse debeat.*
13 *Episcopus ut non possit eligere nisi non subditum approbatum secundum conc. est congregationis cardinalium decretum.*
14 *Idem extende ad confessorem eligendum uigore iub: lai.*

Reli-

15 *Religiosus sacerdoti alterius ordinis non potest confiteri sine licentia sui prælati.*
16 *Religiosus non potest se scribere in aliqua confraternitate sine licentia sui prælati.*
17 *Exemptus & approbatus ab episcopo confiteri non potest sine licentia sui prælati.*
18 *Priuilegium limitatum non debet alios effectus operari. nume seq.*
20 *Episcopus eligendo sibi confessorem a prælato suo non approbatum an peccet.*
21 *Et quid de religioso non approbato eum audiente.*
22 *Confessor ab episcopo electus quam in eum facultatem habeat.*
23 *Abbas non potest confiteri sacerdoti religioso non approbato a suo prælato.*
24 *Epilogus eorum quæ dicta sunt.*

EPISCOPVS quidam cum ad sacrarium cuiusdam ecclesiæ collegiatæ monachorum exemptorũ accessisset missam celebraturus deuotionis suæ causa, sacristam ibi assistentem rogauit, vt eius confessionẽ audiret: Cui responsum per eundem fuit se ad audiendas confessiones adhuc a suo superiore non fuisse expositum. quapropter ilico alium licentiatum vocauit, qui accersitus illum confitẽtem audiuit, De quo cum fuissem interrogatus, An talis sacrista poterat rite, & legitime episcopum audire, inuocato prius Dei nomine, & Beatissimæ Virginis suffragio implorato. Respondi, quod uidebatur dicendũ, quod sic. & primo ex tex. in cap. fin. extra de pœnit. & remiss. per quem manifestè apparet summum Pontificem licentiam & auctoritatem cõcedere episcopis, & omnibus præla-
1 tis eligendum sibi confessorem prouidum, & discretum. qui tex. iuxta communem intelligentiam procedit etiam in episcopo suffraganeo, qui confessor electus etiam Archiepiscopo inuito potest omnia in eum, de quibus non est Apostolica sedes consulenda: quia hanc potestatem non habet ab episcopo eligente, sed a iure cõmittente, D. Ant. in 3. part. sum. tit. 17. c. 2. §. 2. Sylu. in verbo cõfessor 1. quæst. 9. Secundo quid est
2 facultas alicui concessa † eligendi confessarium, nisi per electionem facere confessorem, qui non erat confessor, sicut cum eligitur episcopus, eligitur non ille, qui erat episcopus, sed qui non erat, eligitur in episcopum. Et quamuis addatur idoneum additio illa duo sonat. Primum, vt non sit suspensus per censuram, aut nominatim sit excommunicatus: secundum vt eligat confessorem, iuxta tenorem in ca. quem pœnitet, de pœniten. distin. 1. scientem ligare, & absoluere, ita dixit Sotus in 4. sentent. distinct. 18. quæstio. 4. artic. 3. conueniunt disposita per Concil. Triden. sess. 23. cap. 15. Vbi cauetur,
3 quod nullus regularis † possit confessiones audire, nisi ab episcopo per examẽ, uel aliter iudicetur idoneus, sed episcopus aliquem eligendo ex religiosis sibi in confessorem, iudicat idoneum, & ut idoneum eligit, non quidem verbis approbando, sed factis, quod quidem plus est factis iudicare, quam verbis, capit. legebatur, de maior. & obed. l. non dubium, C. de legi. Quarto priuilegiũ nõ debet esset frustratorium, sed debet aliquid operari vltra ius commune: quare cum per text. in d. cap. fin. fuit concessum episcopis eligendi sibi confessarium: ergo videtur, vt talis concessio aliquid vltra ius commune operetur, vt valeat etiam eligere religiosum exemptum: nam dictum est generale in d. cap. fin. quo datur facultas episcopis eligendi sibi cõfessarium: ergo generaliter est intelligendum, cap. omnis, de pœniten.

ten. & remiss. cap. a nobis 1. de senten. excommun. sed his minime obstantibus contrarium verum esse arbitror, episcopum ex facultate sibi indulta uigore tex. in d. cap. fi. haud posse religiosum exemptum eligere in proprium confessarium non adhuc licentiatum a suo prælato, vt est
4 Abbas immediatus eius superior, † vel alius, qui vicem eius tenet in absentia, Archid. in ca. 2. de testament. in 6. Zabar. in clement. prima, de elect. Franchus in cap. 2. Ne cler. vel mon. in 6. quod probatur, & primo. quia religiosus nullam electionem factam in propriā personam acceptare potest sine licentia sui prælati, ca.
5 si religiosus, † de elect. in 6. capit. si quis monachus, cap. monachi, el 1. & 2. 16. quæst. 1. capit. 1. & 2. dist. 58. quia non dicitur habere proprium arbitrium, seu velle, & nolle, sed totum est repositum in arbitrium eius prælati, qui uice Dei supra caput eius positus est. secundo probatur auctoritate tex. in ca ex tuarum, de auctor. & vsu pal. vbi summus Ponti-
6 fex mandat vt priuilegium, † quod ipse concedit, non intelligatur, vt priuilegiatus eo vtatur in præiudicium alterius, ad quod etiam concomitatur tex. in c. audientia, de eccl. repar. quod equidem locum haberet, si episcopus per suum priuilegium posset sibi eligere in confessarium proprium religiosum exemptum sine licentia sui prælati, in cuius potestate est omnis voluntas religiosi, d. cap. si religiosus. Tertio facit dictum Palud. in 4. distinct. 17. quæst. 3. artic. 5. Archiep. 3. par. titul. 17. cap. 7. Angelus verbo confessor, §. 4. & in eod. verbo §. 5. Sylu. §. 5. Io. Tabien. verbo absolutū. 1. §. 20. Domin. Sotus in 4. distinct. 18. quæst. 4. art. 2. qui communiter asserunt re-
7 ligiosum † non posse audire confessionem aliquam, nisi ad hoc a prælato suo fuerit tanquam idoneus expositus, etiam si pęnitens alias ex priuilegio summi Pontificis posset quēcunque sacerdotem siue secularem, siue regularem eligere, si quidem religiosus non habet velle, nec nolle, cap. nullus, cap. quorundam, d. cap. si religiosus, de elect. in 6. cap. fin. de sepult. in 6. cap. non dicatis, 12. quæstio. 1. Abbas in cap. omnis, de pœnitent. & remiss. Archid. in cap. perlectis, dist. 25. vnde in d. cap. si religiosus habetur quod licentia concessa religioso consentiendi electioni, debet dari ab illo tantum, cuius imperio se subiecit per professionem, & non ab episcopo, 16. quæst. 1. cap. 1. ex quo etiam tex. colligitur, quod religiosus non potest consentire electioni de se factę ad quoduis officiū, & munus sine sui Abbatis licentia, seu superioris, & consequenter non potest consentire electioni de se factę per episcopum, vt illum audiat sine sui Abbatis licentia. Quarto ge-
8 neralitas non debet includere † illicita, l. si procurator, de cond. indeb. l. Paulus, §. pen. ff. ad municip. cap. 1. de iur. in 6. & ibi per Archid. cap. quod quis, 31. quæst. 9. & 22. q. 4. ca. 2. sic generalis locutio restringitur ad permissa, l. vt gradatim, §. sed si lege, ff. de mu. & hono. l. lex vectigalis, ff. de pignor. l. si cui, de seruit. sicuti concessio facultatis generalis refertur ad ea, quæ erant in facultate, l. 2. C. de pedan. iudic. & concessa facultate testandi filio familias in-
9 telligitur † secundum terminos iuris circa ea, quæ possunt filij familias disponere non de bonis paternis cōtra illius voluntatem, & solemnitatibus iuris: quare ex his concludendum videtur quod priuilegium generale episcopis concessum restringi debet, sic modo confessor ab episcopo electus sit approbatus a suo prælato regulari, alias tale priuilegium esset præiudiciale. quinto priuilegium ita debet intelligi, ut sit

fun-

fundatum in ratione, facit text. in l. si is, qui animo, ff. de acquir. possess. facit dictum Dom. Anton. de Butr. nume. 2. cap. ad vestram de iureiur. & euitetur absurdum, vnde Ioan. de Imol. in cap. pro illorum, nume. 26. de præben. dixit quod ad euitandum absurdum verba sunt obliquanda,
10 † ad idem Decius in cap. cum inter, num. 15. de excep. sed modo si episcopus potestatem haberet eligendi religiosos exemptos non approbatos ab eorum ordinarijs, maximũ sequeretur absurdum, ut episcopi ignoranter eligerent nonnunquam confessorem aliquem non discretũ, neq; idoneum, quem suus prælatus merito iure noluisset ad hoc licentiare defectu non solum scientiæ, sed bonitatis contra mentem eiusdem summi Pontificij in d. cap. fin. & cõtra tex. in cap. omnis, de pœnit. & remiss. cap. qui vult, de pœnit. distin. 6. Vltimo episcopus vigore cap. fin. de pœnitent. & remiss. hoc videtur velle in effectu, scilicet prorogare iurisdictionem proprij iudicis fauore
11 non personæ, sed sacramenti pęnitentiæ ibi Dum dicitur, [ne pro dilatione pœnitentiæ periculum immineat animarum] & paulo post [vt etiam præter sui superioris licentiam prouidum, & discretum sibi possint eligere confessorem] vnde cum solum disponat de potestate, & iurisdictione iudicis ad quem, videtur dispositioni iuris communis remittere, & prorogare iudicem, aliud non est, nisi de vna iurisdictione ad aliam accedere: ergo sequitur iudicem prorogatum oportere iurisdictioně habere, cum de iure illum oporteat habere, vt eam valeat in episcopum exercere: quia verum est iudicem talem prorogatum non exercere iurisdictionem iure alieno, sed proprio; cum ex dicto text. non percipiatur per hanc concessionem tribui iurisdictionem confessori, sed tantam potestatem episcopo eligendi, Etenim hæ duæ iurisdictiones sunt diuersę, & nec vna pendet ab altera: nam & si concessionem habeant a iure episcopi, ut possint confiteri sacerdoti non proprio, ille tamen sacerdos nõ habet id, ob quod ualeat tales pœnitentes audire, sicut a simili dicimus de illis personis, quæ a iure ẽt consequuntur facultatem eligendi alienum sacerdotem ex defectu proprij, vel alia de causa. Non tamen ex hoc possunt alienum sacerdotem adire, qui non sit approbatus. Ex quibus puto hanc sententiã defendi posse, quã ẽt DD. cõiter secuti sunt, vt inter alios Abbas in d. cap. fin. in finalibus verbis, dum cõcludit, quod talis sacerdos eligendus ab episcopo debet habere potestatẽ
12 ligandi, & soluendi non solum in habitu, sed etiam in actu, quod dicit esse notandum, ita etiam tenet Palud. in 4. dist. 17. quæst. 3. art. 5. Sotus ibidem, distinct. 18. quæst. 4. art. 2. Di. Anto. in 3. par. sum. tit. 17. in c. 7. ubi etiam extendit ad priuilegiũ, quod habet eligens, ut possit eligere quemcunque religiosum: nam intelligitur de idoneo dicto modo. Idem secuti sunt Angel. in verbo confessio 3. §. 4. Sylu. in verbo confessor 1. §. 5. Io. Tabi in verbo Absolutio 1. §. 20. Nos in 1. par. decis. lib. 4. cap. 15. nume. 11. Prosper Aug. in addit. ad Stephanum Quaranta in verbo Archiepiscopi auctoritas ibi verba declaratoria in summa Bullarij, qui sic:
13 ait S. D. N. audita relatione † cõgregationis declarauit episcopos vigore priuilegij, de quo in cap. fin. de pęniten. & remiss. non posse sibi eligere confessorem non subditum, qui a proprio ordinario nõ fuerit adhuc ad formam huius decreti concilij admissus, & approbatus ad audiendas cõfessiones, sed confessor non subditus dicitur, vel sacerdos secularis, qui non est de diœcesi ipsius episcopi eli-

pi eli-

pi eligentis,arg.text.in c.2.de const. in 6.aut religiosus exemptus,qui immediatè subest summo Pontifici, 16. quæst. 1. cap. frater noster,de suppl. negli.præla.cap. sicut nobis, §.fin.ergo. Et hanc quidem sententiam nos qui supra cap.15.numer.11. extendimus etiam in omnibus indulgentijs & Iubilæis exigentibus confes-
14 sionem,quæ facultatem concedunt eligendi confessorem simpliciter: nam intelliguntur modo confessores sint approbati iux.Conc.ne tertio præiudicium fiat,sicut in simili nos diximus vol.1.cons.de pœnit.& remission. cons.1. in dubio 2. libr.5. immo etiam nos lib.1.cap 13.in nostris decis. nume.87. extendimus ad peccata venialia:vt religiosus nec ab illis absoluere ualeat, si nó fuit a suo prælato ad audiendas cõfessiones:licet approbatus bene valeat absolutio. sed religiosus puniri posset a suo prælato vt dixit Sotus in 4. sentent. distinct.18. quæst.4. artic. 3. colum. antepenult. Quare ex his concluditur nihil posse facere religiosum sine licentia sui prælati. Hinc nec potest confiteri sacerdoti alterius ordi-
15 nis † quamuis sit approbatus per concilium, sine licentia sui prælati: quia concilium loquitur de subditis suo epo,ita diximus in nostris decis. in r.p. li.1.c.13. nu.55.& li.3.cap.5. num. 107. sic nec potest vti gratijs, & indulgentijs concessis a summo Pontifice,scribendo se in aliqua cõ-
16 fraternitate, † sine licentia sui prælati, ita adest priuilegium concessum ab Innocent. VIII. fratribus Sancti Augustini,quod per communicationem extenditur ad alios religiosos,nos in append.libro 1.capitulo 7.num.71.pariter neque potest religiosus exemptus approbatus ab or-
17 dinario † scio,seu inuito suo prælato ad audiendas confessiones secularium,illas audire, atque absoluere, verum si fuerit impensa absolutio, illa tenet: vnde non est iterãda, sed posset huiusmodi talis grauiter puniri tanquam inobediens, maximè, quando inuito prælato fit, vt nos in d.cap.13 n.88.& in alleg.cons.1. n. 10. & 11 Cum talis religiosus faciat contra canones mandantes deberi approbari ab ordinario de consensu prælati sui,cap.adijudicamus,§.ecce 16.quæst.1.& per extrauag.quæ incipit Cathedram. Quare tenendo hãc opinionem ut uerissimam, non obstant quę in contrarium adduximus & primo,& secũdo,quod episcopus talem eligendo uidetur idoneum iudicare:quia respondetur hoc nó procedere in religiosis exemptis, qui tunc iudicantur idonei, quando fuerunt ab eorum prælatis approbati ad audiendas confessiones, ut supra diximus: vel tunc dicuntur idonei, quando fuerunt approbati iuxta Cõcil.sess.23.c.quãuis.& ita resp.ad tertium: quia contrarium intelligitur de sacerdotibus secularibus episcopo subditis:quia eo ipso,quod uni eorum confitetur, iudicat illum idoneum quo ad suam personam, non autem de religiosis,qui carent velle, & nolle, & ideo necessaria est licentia suorum prælatorum. Nec ẽt obstat quartum, quod priuilegium nó debet esse frustratorium: vnde cum fuerit epis concessum eligendi sibi confessarium, debet aliquid operari vltra ius cóe,scilicet quod possint sibi eligere religiosum quemcunque sacerdotem: quia respondetur, prætermittendo illud Panorm.in cap certificari,de sepult.& Decij in cap.1. numer.16.de rescrip. quod quando pri-
18 uilegium † habet causam limitatam principalem motiuam ipsius, ob quam fuit concessum priuilegiũ, non debet alios operari effectus,maximè in præiudicium tertij,sed tunc limitatum debet producere effectũ. Vnde etiam dixit Decius in capitul. cum accessissent,n.15.de const.quod pri-

priuilegia debent regulari secundũ
19 suam causam motiuam tacitã, † vel expressam, c. suggestum, de deci. l. generaliter, C. de episc. & cler. sed causa motiua principalis huius confessionis alia non fuit, nisi ne episcopi retardentur ad accipiendum saluberrimum sacramentum pœnitentiæ: quia cum de iure communi nullus prælatus quamuis præcipuus poterat sibi confessorem eligere, cum nemo possit ligari, vel absolui nisi a suo iudice, c. omnis, ca. quod autem de pœnit. & remiss. Ideoque oportebat tunc episcopos pro dicto sacramento accedere ad Archiepiscopos tanquam eorum superiores, sicut Archiepiscopus ad Patriarcham, & Patriarcha ad Papam, vt habetur per Host. in §. cui confiteri, in summ. de pœnit. & remiss. Vnde cum huiusmodi superiores in partibus longè essent, merito tale sacramentum facillime impediebatur in animarum perniciem, ad quod euitandum Roman. Pontifex in d. ca. fin. concessit, vt episcopi sibi confessarios eligere valeant vice suorum ordinariorũ, vt declarat optimè Abb. in d. ca. fin. sed sic est, quod si episcopus eligeret sibi confessarium approbatum, seu licentiatum a suo prælato, dictũ priuilegium vltra ius commune suum operaretur effectum, propter quem fuit institutum: ergo ad aliud extendi non debet, cum si plus extenderetur, esset in præiudicium tertij, quod esse non debet, c. ex tuarum, de auctor. & vsu pall. Quare ex his remanet firma sententia episcopum non posse sine licentia sui prælati eligere sibi confessorem religiosum exemptum ad hoc non licentiatum. An
20 vero eligendo, † & ille audiendo confessionem peccet mortaliter: Credimus, quod non: Etenim dum interpellat religiosum sacerdotem, vt suam audiat confessionem, non tenetur interrogare, an sit approbatus: sed confessor debet interpellanti respondere, se non esse approbatum: Vnde non respondendo potest verisimiliter episcopus credere illi posse confiteri, nisi certo scit illum non esse approbatum. Verum quid dicendum de religioso, qui scit se nõ esse approbatum, an audiendo peccet mortaliter. Credimus neque pec
21 care mortaliter † si putaret vigore tex. in d. c. fin. de pœniten. & remiss. posse illum audire, & absoluere; nã videtur esse in ignorantia iuris dubij: imo prima fronte clari, vt ibi videtur patere, quod si religiosus dubius esset an possit audire, tunc si reiecta dubitatione audiret, non credimus peccare mortaliter, secus tamen si cum consciẽtia erronea: quia omne, quod non est ex fide, peccatũ est, c. vnic. de scrutin. in ord. faci. c. p tuas, 2. de simon. sed dubium vertitur; Confessor ab episcopo electus an habeat facultatem absoluendi ab
22 omnibus † casibus, & censuris, a quibus ipse poterit. Panorm. in cap. significasti, num. 11. de foro competen. dicit, quod vigore illius cap. fin. electi per exemptos nequeunt absoluere ab excommunicatione, & nec ab alijs casibus episcopis reseruatis. Contrarium tamen est verius, facit quod habetur per Doct. in c. venerabilem, qui fili. sint legit. qui dicunt principem posse legitimare filios suos, non tanquam pater, sed vt princeps, & ita gaudet priuilegio, quo & cæteri. præterea, quod prælatus possit absolui a quocunque peccato, etiam censura pro qua non esset consulenda Sedes Apostolica a quocunque ab ipso electo, determinauit post Petr. de Anch. S. Anto. 3. par. tit. 17. c. 2. §. 2. & in sum. de fecerunt, ca. 2. verbo Patriarchæ, Angel. verbo Confessio, 3. §. 7. Sylu. in verbo Confessor, §. 9 Federic. de Senis: consi. 95. Armilla verbo Absolutio, §. 14. Ioã. Tabi eo verbo, §. 17. & D.

Tho.

Tho. dist. 18. quæst. 4. art. 3. quæst. 2. & hæc opinio est rationabilior, & propterea amplectenda, cum constitutio c. fin. de pœniten. & remiss. sit gratiosa, ideo non debet restringi, sed potius ampliari. Et quod diximus de episcopo, idem dicendum
23 de Abbate, vt Abbas nõ possit † cõfiteri sacerdoti religioso, qui non sit approbatus a suo prælato ad audiendas confessiones subditorum suorũ, quamuis talis religiosus esset approbatus ab episcopo: quia illa approbatio intelligitur de subditis episcopo. Sic enim intelligitur Concil. Trid. sess. 23. c. quamuis. Et hæc salua &c. Sed vt breuiter hæc omnia perstringamus, diximus num. 4. Episcopum
24 non posse eligere † quemquam exẽptum religiosum absque licentia sui prælati, & nec religiosus debet huiusmodi electionem acceptare, cum non habeat velle, aut nolle, vt num. seq. quod vt nu. seq. procedit etiam si pœnitens alias ex priuilegio summi Pontificis haberet, vt posset eligere quemcunque sacerdotem: nã debet eligere eum, qui est confessor habitu, & actu, vt nume. 12. Quod procedit etiam si pęnitens hanc facultatẽ haberet vigore alicuius gratiæ, vel Iubilęi, vt nume. 14. quia nihil potest sine licentia sui prælati: vnde nec scribere se potest in aliqua confraternitate, vt num. 16. si tamẽ religiosus non approbatus audiret confessionem episcopi, vtique peccaret, & posset puniri: sed absolutio esset valida, & confessio non iteranda, vt nume. 17. Non tamen credimus peccare mortaliter, si crederet bona fide hoc posse facere, vt num. 21. Rite tamen electus omnia in eum potest, de quibus esset Sedes Apostolica consulenda, vt n. 22. & quod diximus de episcopo idem extende ad Abbatem, qui eligit sacerdotem religiosum sibi non subditum.

D. Iacobus de Grassijs a Capua.

DE SENTENTIA EXcommunicationis.

Thema Consil. I.

Rusticus quidam annorum 20. baculo minatus est religiosum sacerdotem erga eius oculos inuehens, & tangens, non tamen percutiens, exasperato verbo. Nisi religiosus esses, oculum tibi eruerem, & hoc contingit in domo ipsius rustici coram patre, fratre, & sorore sua, ex eo, quod de quadam controuersia rixati fuerant adinuicem.

Consilium præsens tribus difficultatibus absoluetur.

I. An rusticus iste excommunicatione sit innodatus.

II. Posito, quod sic, an vigore declarationis Decreti, quo prohibetur absolutio a casibus reseruatis editi die 26. mensis Nouẽbris 1602. Vbi inter cætera reseruatur Papę casus inijcientium manus violentas in clericum, iuxta Canonem si quis suadente diabolo, possit ab alio, quam a summo Pontifice absolui.

III. An iste absoluendus sit, priusquã passo satisfaciat, & quomodo, aut quibus sit satisfaciendum.

PRIMA DIFFICVLTAS.

SVMMARIVM.

1 *Punitur quandoque cogitatio, aliquando nisus, quandoque attentatio, & nonnunquam conatus.*

2 *Actus inchoatus, sed non perfectus ob defectum voluntatis non punitur, num. 4. &c.*

3 *Pœna ipso facto ob delictum non incurritur, nisi illud sit consummatum.*

Vo-

5 *Vocari intelligitur cum effectu.*
6 *Effectus consideratur in pœnis spiritualibus infligendis, qualiter intelligatur.*
8 *Punitur affectus non secuto effectu.*
9 *Per manuum iniectionem intelligitur percussio in persona, & tactus in vestibus.*
10 *Baculi signatio facta in personam significat animum iniuriandi.*
11 *Excommunicatio Canonis si quis suadente tria requirit, vt incurratur.*
12 *Pœna ex gestione actus non incurritur, nisi actus sit consummatus, non procedit quo ad Deum.*
13 *Pœna clem. 1. de reb. eccl. non alien. non habet locum in prælato faciente omnem conatum.*
14 *Casus, in quibus sola voluntas punitur.*
15 *Emittens ictum scopleti, si nec ipsum, nec vestes tangit, non est excommunicatus.*

CIRCA præsentem difficultatem inuocato prius Diuino nomine, & Gloriosæ Dominæ implorato suffragio, pro eius intelligentia præmitto, quod interdum reperitur nuda cogitatio,
1 quæ punitur, † 47. distinct. ca. quoniam multi: Deus enim non ex operibus iudicat, sed ex cogitationibus, 22. quæst. vlt. c. qui peierare, 14. quæst. 5. c. si quid, 32. quæst. 3. ca. qui viderit. Quandoque punitur solus nisus, vel ausus, de pœnit. dist. 1. ca. si quis pulsatus. Interdum sola attentatio, l. si quis non dicam rapere, C. de episc. & cleric. interdum solus conatus, 14. quæst. 4. c. quoniam multi. Quandoque sola expectatio, 14. quæst. 3. Nonnunquam sola intentio, C. de sicar. l. is, qui. Quandoque scientia maleficij per alium committendi, ff. de parricid. l. verum, & l. seq. & quandoque sola aggressio, C. de sicar. l. penult. Quo præmisso, quod iste non sit excommunicatus, primo facit: quia vbi imponitur pœna pro opere actus, nemo eam in-
2 currit † dato quod initiet actum, si postea non sequatur perfectio eius, vide glossam in verbo Extorsit, in c. 1. de eo, quod metus causa, notat Geminia. in ca. perpetuo, de elect. in 6. num. 2. quia verba sunt cum effectu intelligenda, ff. ne quis eum, qui in ius vocau. vi exi. l. penult. §. edoceri, cap. relatum, de cleric. non resident. pro quo facit dictum notabile Panormitani in c. cum in cunctis, §. clerici, de elect. qui dicit, quod vbi pœna apponitur a iure ipso facto pro-
3 pter aliquod delictum, † nunquam incurritur, nisi delictum sit consummatum, licet fuerit inchoatum, quamuis posset extraordinariè puniri: quia delictum attentauit, probatur in d. §. clerici, & cap. perpetuo, sed iste quamuis peruenit ad principium actus, tangens oculum, non tamen venit ad perfectionem; quia baculo non percussit: ergo non est excommunicatus. Secundo, qui cogitat, & agit, sed non perficit, tunc si ille actus fuit imperfectus propter
4 defectum voluntatis: quia forte pœnituit, & bene potuisset ad effectũ perducere, si voluisset, illo casu non punitur: vt ff. ad l. Cornel. de fals. l. qui falsa. Vbi qui incepit fabricare falsam monetam, sed pœnitentia ductus eam non perfecit, non punitur, & ita est casus, quando conatus cum actu propinquo non venit ad consummationem, vt quia agens non impeditus impedimento facti destitit agere: nam iste non punitur, vt etiam est textus, in l. qui ea mente, & ibi glossa, ff. de furtis, & notat Domini. de S. Gemin. in cap. gratia in vlt. colum. 1. quæst. 1. Hoc etiam patet de eo, qui vocauit clericum ad forum seculare, pęnituitque ante litem contestatam: nam quamuis cogitauerit, & egerit: quia non perfecit, non patitur pœnam illorũ capitulorum, extra de foro compet.

cap. si diligenti, & ad hoc. C. de iurisdict. omn. iudic. l. in criminali: nam vocari intelligitur cum effectu, vt
5 ff. de in ius vocan. l. quamuis, & ff. rem rat. habe. l. amplius, ad hoc, ff. de inoffic. testamen. l. Papinianus, §. meminisse, sic qui cogitauit corrumpere monialem, eique allocutus est, sed non perfecit: quia noluit, cum bene potuisset, si voluisset, eo quod mulier sibi consentiebat, tunc non punitur. Sic ad propositum nostræ quæstionis, quamuis iste deuenerit ad actum exteriorem tangendo oculum: quia tamen actum non perfecit, cum potuisset; & hoc ex defectu voluntatis; vnde subiunxit. Nisi religiosus esses, vellem tibi oculum eruere: ergo non incidit in pœnam excommunicationis. Tertio in pœnis spiritualibus infligendis si pœ-
6 na imponitur a Canone, † tunc effectus consideratur, ita notatur per Archidiac. in c. qui bona, in col. pen. 17. q. 1. Sic pœna irregularitatis non infligitur, nisi actu fuerit subsequutum homicidium, extra de homic. ca. si aliquis, & homo animatus fuerit interfectus, eod. tit. ca. sicut: ergo cum excommunicatio sit pœna pœnarum spiritualis, 24. q. 3. cap. corripiantur, & dicitur mucro episcopi, 16. q. 1. c. visis, fit, vt quis in illam nõ impingat, nisi fuerit sequutus effectus, scilicet percussionis, & nõ simplex tactus absque percussione: quia
7 ad excommunicationem, † aliasque censuras incurrendas requiritur factum consummatum, secundũ Cardin. in c. præterea requisiuisti, de appellat. vnde si quis conatur percutere clericum, quamuis faciat quantũ in se est, non tamen est excommunicatus, si non percussit, glos. 3. in c. in audientia, de sent. excommun. glo. 1. in c. si vero lo. 2. eod. tit. Card. in clemen. 1. §. si quis in 2. quæst. de rebus ecclesi. non alien. per illum textum in verbo fecerit. At ex aduerso, quod iste sit excommunicatus, primo facit: quia punitur affectus non secuto effectu: nã si aliquis eleuauit manum cum pugno, vel cum ense, vt a-
8 liquem percuteret, & tamen non tetigit, neque percussit, tamen ex secũda admenatione tenetur actione iniuriarum, & sic non secuto effectu punitur propter talem affectum, ita probat text. multum notabilis in l. item apud Labeonem, §. si quis pulsatus, ff. de iniur. qui textus est singularis in hoc casu, vt ibi per Bartolũ, immo dixit Hyppol. de Marsil. in d. l. qui falsam, nume. 3. quod tali casu si quis viderit talem admenãtem ensem contra se, licet non percutiat, quod si interficit, dicitur occidisse ad suam defensionem, & excusatur a pœna mortis, ita Bartolus in l. si ex plagijs in §. tabernarijs, ff. ad leg. Aquil. facit, quia verbum iniecerit, quod necessarium est ad incurrendam excommunicationem, iuxta c. si quis suadente, 17. quæst. 4. in materia illius capituli non solum intelligitur de percussione reali, sed etiam de tactu circa adhærentia personæ, vt notat Syluester in verbo Excommunicatio 6. §. 1. vnde glossa in cap. si quis pulsatus 1. de pœnit. distinctio. 1. notat per manuum iniectionem intelligi quemcunque effe-
9 ctum violentum † in personam, vel in adhærentia personæ, vt si quis puluerem, aut aquam proijciat, vel conspuat per modum iniuriæ, ita tamen, vt tangat personas, aut vestes, argum. tex. in c. quisquis, versic. inferendo, 17. q. 4. nam res ecclesiæ cohærens eius gaudet priuilegio, d. ca. quisquis, ff. de iniur. l. sed est quæstionis, ita summa Astens. lib. 7. tit. 3. artic. 2. de Canone si quis suadẽte. Vbi dicit, quod ad incurrendam excommunicationem hanc nihil refert, an quis tangat personam, vel rem ei cohærentem, si hoc facit violenter, vel incuriosè, aut temerariè, ita Ioann. Andr.

Andr.in ca.in audientia, tit. nostro, igitur si tangendo vestes Clerici eo modo, quo supra quis incidit in excō municationem, vt per glossam in d. c.si quis pulsatus,& est cōmunis opinio, vt per Maria. Soc.in c.peruenit, nu.177.tit.nostro, multo magis si p̄sonam, cum persona sit dignior rebus, argu.tex in auth. multo magis, C.de sacr.san.eccl. Tum etiam: quia
10 signatio baculi facta in oculo † designat animum iniuriandi, tū ex parte corporis, tum ex parte rustici, ex parte quidem corporis: quia facta fuit in facie. Vnde dixit Hostien. in summ.tit. nostro, verbo Quid si aliquid,n.10. quod non est minima iniuria, si facies, quæ ad similitudinem cælestis est facta, siue figurata, maculetur, 33.q.5.c.hæc imago. Et ita dicit de facto euenisse Viennæ, & se assistente iudicatum fuisse, idem tenet Abbas in c.1.tit.nostro. Tum etiam: quia hoc ausus fuit facere rusticus in sacerdotem, qui aliquādo dicitur Deus, & aliquando Angelus vocatur, c.sacerdotibus, 11.q.1.quandoq; lumen mundi, c.sacerdotes, dist.93. omniumque pater, & magister, cap. quis dubitet dist. 93. Cuius mysterio, & nō alterius corpus Christi cō secratur, dist.95.c.ecce ego, c.1.§.firmiter, extra de summa Trin. & fide cathol. quare merito reputanda erit grauis iniuria. Accedat etiam: quia
11 adsunt omnia tria requisita,† quę videtur requirere Canon.si quis suadēte, scilicet iniectio manuum, ex verbo iniecerit, d.c.si quis; nam iste oculum baculo signauit tangendo, item violentia, dum dicit violentas: quia manus violenta, & iniuriosa contra sacerdotem inuexit. Item suadente diabolo: quia dum potuit retinere ictum non tangendo, sed tantum signando, videtur hoc fecisse animo irato, & deliberato, & ita iniuriādi, ac suadente diabolo. Limito tamen, quod si iste rusticus non habuit animum iniuriandi, apud Deum non videbitur excommunicatus, cū voluntas, & propositum distinguunt maleficia, c.cum voluntate, titu. nostro, tamen in foro exteriori, quod procedit secundum extrinsecas actiones, c.quod interrogasti, dist.27. excommunicatus præsumitur. Et tenendo hanc opinionem non obstāt in contrarium adducta, & primo, quod vbi imponitur pœna ex opera
12 tione actus, † non incurrit pœnam nisi sequatur perfectio eius, quę quidem regula secundum Domin. de S.Gemin. ibi non procedit quo ad Deum: quia bene punitur, sed quo ad pœnam legis positiuæ: nā ad incurrendam pœnam, quę imponitur ipso iure, non sufficit conatus qualis cunque fuerit, vt probatur in c.cum in cunctis, §.pen.de elect. Hinc pœna clem.1.de rebus eccle.non alien. non habet locum in prælato facien-
13 te † omnem conatum, vt alienet cō tra formam, vt ibi, cum imponatur pœna ipso iure. Respondetur in casu nostro esse perfectionem actus, iuxta id, quod necessarium est ad incurrendam excommunicationem, scilicet tactum in personam sacerdotis: ergo erit excommunicatus, pariter nec obstat secundum, quod qui cogitat, & agit, sed perficere voluntarie destitit, non punitur: quia præterquam quod sint casus, in quibus sola voluntas habetur pro facto,
14 † vt in matrimonio, vt si quis dicat Bertæ volo te in vxorem: nā secundum Card.in clem.1.20.q.de cōsangu. & affinit. ex hoc solo incurritur pœna, de qua ibi: quia contrahitur matrimonium. Rursum in foro conscientiæ, in qua si voluntas progreditur ad cōsensum, de re leui, erit peccatum veniale, at si plene consentit de peccato mortali, erit peccatum mortale, vt notat Gemin.in ca. gratia, 1.q.1.per tex.in ca. sed pensandū dist.6.& c.nunquid, & ca.præterea,

& c.super criminibus, de pœnit. distinct. 1. Item, quando pęna imponitur in genere, sicut est, quando Canon suspendit clericum pro peccato mortali, ca.fin.de tempor.ordin. tamen in casu nostro contrarium procedit in pœnis corporalibus infligẽdis in foro exteriori: nam non punitur affectus, nisi sequatur effectus, fallit tamen in 7.casibus, qui ponuntur per Hyppol. de Marsilijs in l. qui falsam, ff.de fals. Non tamẽ hoc procedit in excommunicatione. Quod si quis obijciat tertium argumentum., quod in pœnis spiritualibus infligendis requiritur actus consummatus, & non inchoatus. Respondeo, hoc verum esse, modo non sit tactura, vt in casu nostro, (verbi gratia) si quis solum modo insulta-
25 uit, sed non tetigit, vel si emisit ictũ scopleti, & nec ipsum, nec vestes tetigit, non est excommunicatus, vel si eum varijs esset prosecutus iniurijs, & conuitijs modo eum non tetigerit, vt habetur in nostris decis. in 1.par.lib.2.c.49. n.16.in vlt.edit.

Secvnda Difficvltas.

An vigore Declarationis Decreti, quo prohibetur Absolutio a casibus reseruatis editi die 26. Nouembris 1602. Vbi reseruatur Papæ casus inijcientium manus violentas in clericum, iux. Canonem si quis suadente, possit ab alio, quam a Ro. Pontifice absolui.

SVMMARIVM.

1 *Absolutio quo ad percussionem leuem pertinet ad episcopum.*
2 *Absoluere qui potest ab excommunicatione, quando possit delegare.*
3 *Facultatem habens absoluendi a casibus episcopalibus, & censuris, an absoluere possit a percussione leui.*
4 *Abbates an possint suos monachos ab huiusmodi excommunicatione absoluere.*
5 *Regulares an absoluant inijcientes manus in clericum.*

IRCA hanc difficultatem, an vigore decreti Romani Pontificis prohibentis absolutionem casu, quo quis inijcit manus violentas in clericum, iuxta Canonem si quis suadente absolui possit, ab alio quam a summo Pontifice. Dico, quod quamuis text. in d. cap. si quis suadente, videatur debere intelligi de quocunque inijciente manus violentas in clericum, vt, Casus iste sit summo Pontifici reseruatus ex dispositione iuris dict.cap.si quis. Tamen obiter dicimus, vt talis iniectio manuum non extendatur ad læsionem leuem: Cum talis absolutio ob percussionem leuem pertineat ad episcopum † per tex. in cap. 1
peruenit, titu.nostro, quæ decretalis continet ius commune, vt suo iure episcopi hoc possint, ita Vincẽt. Phi. Tan.& Goff. Barto. Brix. 2. quæst. 1. cap.in primis, & Abbas, & sic interpretatur istam decretalem consuetudo, quæ est optima legum interpres, vt dixit Anchar. in d.cap.peruenit. Ita etiam tenet Hentic. Boic ibi, & est communis opinio, vt habetur per Marian. Socin. numero 4. Quare cum sit ius commune omnibus episcopis ab iniuria leui absoluere omnes percutientes, siue clericos communiter viuentes, iuxta text.in cap.quoniam, de vita, & honest. cleric. siue mulieres, senes, & pueros, aliosque similes, vt in capit. ea noscitur, eodem titul. siue omnes cuiuscunque generis, fit, quod eis competat ratione ordinariæ potestatis, iuxta glossam solemnem communiter receptam in capit.final. de offic.ordin. Vbi omnes, qui possunt absol-

2 absoluere, † vel dispensare virtute iurisdictionis delegatę a Principe, aut concessæ in perpetuum priuilegium ratione dignitatis, aut officij, aut virtute alicuius ordinariæ potestatis, possunt alijs delegare. Hinc fit, quod cum absolutio a leui percussione ex ordinaria potestate ptineat ad episcopos, possunt alijs delegare. Vnde cum signatio baculi fit iniuria leuis, vt colligitur ex extrauag. Ioann. xxij. perlectis, recte fit, quod potest casus iste delegari. Sed an cōfessarius habens facultatem absoluēdi ab omnibus casibus episcopalib. habentibus etiam censuram anne-
3 xam, possit absoluere ab excommunicatione lata a Canone si quis suadente, si læsio esset enormis, sed occulta, videtur quod sic. Cū hoc possint episcopi ex Conc. Trid. sess. 14. c. liceat, sed Concilium Tridētinum facit ius commune: ergo cum videntur hoc episcopi facere de iure cōi, videtur etiam, quod alijs possint cōmittere; Tamen contrarium arbitramur, nempe quod inferiores episcopis hoc nō possint, sed ministerium absolutionis exercere possint ad mādatum episcoporum: possunt tamē sacerdotes sua auctoritate, quam habent a Deo absoluere in necessitate, extra de raptor. ca. in literis, ita Inn. in ca. de cætero, tit. nostro. Abbas in d. c. si quis suadente, nu. 10. An vero Abbates possint ab huiusmodi excō-
4 municatione absoluere, dic quod sic, quando inuicem, monachi se percutiunt, quod quidem fuit singulariter concessum, ne monachi habeant materiam euagādi, vt habetur per tex. ibi & Panor. in ca. monachi eod. tit. Non tamen hoc est trahendū in cōsequentiam, vt possit generaliter absoluere ab excommunicatione a Canone inflicta, nisi esset talis Abbas, vel superior habēs iura episcopalia, argum. ex not. in glossa in clem. 1. de reb. eccl. non alien. Sed an possint re-

5 gulares hodie absoluere † inijciētes manus violentas in clericum, Resp. quod ex quadam declaratione decreti editi a sacta Congregatione S. R. E. Cardinalium, quę incipit sacra cōgregatio, & desinit, Datum Romæ die 9. mensis Ianuarij Anno 1601. Nec non ex interpretatione facta illius decreti ab eadem congregatione die 26. Nouembris 1602. quæ incipit, cum autem dubia quædam, habetur, quod S. D. N Clemens VIII. derogando omnibus priuilegijs, prohibet quibuscunque confessarijs secularibus, & regularibus, ne vigore ipsorum priuilegiorum absoluāt in multis casibus, de quibus ibi. & in casu inijcientium manus violentas in clericos, iuxta Canonem si quis suadente, ac iuris dispositionem, nisi habeant licentiam nouam specialē a Sede Apostolica. Et hoc procedit in prædicto casu, ac etiā in quatuor alijs, videlicet violationis immunitatis ecclesię in terminis cōstit. Greg. 14. Violationis clausuræ Monialiū ad malum finem, Prouocantium, & pugnantium in duello in terminis Concilij, & Constitutionis Gregorij 13. Simoniæ realis scienter cōtractæ, & confidentiæ beneficialis, quāuis dicti regulares habent priuilegia ante dictum decretum, quæ essent vsu recepta. Præter tamen præfatos casus, ac contentos in bulla die Cęnæ clarè, vel dubiè, & quos ordinarij sibi reseruant, poterint absoluere, dum tamen priuilegia sint vsu recepta, vel non reuocata, & pœna quo ad confitentes est Nullitas absolutionis, quo ad confessarios excommunicationis, Priuationis officiorum, Dignitatum, Beneficiorū, Inhabilitatis ad ea in posterum obtinenda, & ipso facto incurrunt absque vlla declaratione, & a nullo dispensari, habilitari, vel absolui possunt, nisi a Sede Apostolica, præterquam in mortis articulo.

TERTIA DIFFICULTAS.

An sit absoluendus priusquam iniuriam passo satisfaciat, & quomodo, aut qualiter.

SUMMARIUM.

1 *Percutiens clericum non absoluendus, nisi prius satisfaciat, & quid per illã intelligatur nu. 6. & quid si offensus nolit illam acceptare, nu. 7.*
2 *Monachus an possit agere pro iniuria sibi illata.*
3 *Excommunicatus an desinat esse habens remissionem iniuria.*
4 *Remissio iniuria facta ad quid prosit, sub num. 3.*
5 *Clericus non potest agere contra clericum sibi inferentem iniuriam sine licentia.*
6 *Condemnatus ad fustigandum non dimittendus, nisi prius satisfaciat, sic incendiarius nu. seq.*
8 *Epilogus eorum, qua dicta sunt.*

CIRCA tertiam, an sit absoluendus, priusquam passo satisfaciat, & quomodo, aut qualiter. Dico, quod qui iniuriã facit religioso, committit sacrilegiũ, per tex. in l. si quis in hoc genus, C. de episc. & cleric. & confessor peccat mortaliter absoluẽdo, nisi prius offensor parti læsæ satisfaciat, peten-
1 do veniam, iuxta tex. in c. porro, † c. parochianus, c. venerabili, ca. ea noscitur, c. quamuis tit. nostro. Nauarr. in Manua. c. 26. num. 7. in fine, vide glossam in extrauag. Ioan. 22. verbo minime, in extrauag. fin. de electio. Immo si deuenerit offensa in notitiam superioris ipsius monasterij, etiam ab ipso est petenda venia, argu. men. tex. 12. q. 1. c. non dicatis, ff. pro socio, l. si inter fratres, §. vltim. glossa in d. cap. parochianos, sed nunquid monachus poterit agere pro iniu-
2 ria † sibi illata, glo. in d. c. parochianos dicit, quod non. Sicut nec seruus de iniuria sibi facta, quod est verum sine licentia Abbatis: nam cũ licentia, potest, etiam si generalis sit, & tacita, vt si est in studio, vel lõge abest, ff. de iudic. l. si longius, extra de accusat. cap. ex parte, & quod ibi not. extra de sepult. ca. fin. lib. 6. Sed nunquid remittendo cum licentia, desinat percutiens esse excom-
3 municatus, † Dic quod non, secundum Innoc. titu. nostro, c. contingit 1. Sed prodest illa remissio quo ad.
4 actionem sibi competentem, † non autem quoad illam, quæ competit monasterio, aut ecclesiæ, si est clericus, cui facta est iniuria: quia non potest remitti nisi a monasterio, vel ecclesia, 23. q. 4. ca. si is, qui; quod Innoc. in ca. contingit 1. tit. nostro intelligit, si offendatur clericus in iniuriam ecclesiæ, vel nisi abducatur a diuino officio, item si iniuria irrogetur in Consistorio episcopi, vel Iudicis: nam in istis casibus: quia videtur offendi dignitas ecclesiæ, & iudicis, agere poterit ecclesia, l. 1. § 1. ff. de iniur. Vbi vero simplex iniuria inferatur clerico, non in contemptũ ecclesiæ, non competit actio iniuriarum ecclesiæ cum sit libera persona. Et licet Hostiensis simpliciter intelligat glossam illam in d. cap. contingit, non posse clericum iniuriam, quatenus tangit ecclesiam, remittere, tamen Anchar. tenet opinionem Innocent. dicens, quod quando iniuria irrogatur clerico in cõtemptum ecclesiæ, tunc clericus non potest remittere iniuriam in præiudicium ecclesiæ, l. 1. §. vsque adeo, ff. de iniur. & episcopus potest agere nomine ipsius ecclesiæ: at si per clericum offensum iniuria non irrogatur ecclesiæ, tunc (licet episcopus possit agere) tamen clericus potest remittere iniuriam, & remittendo episcopum impedire in exercitio actionis,

&

& hunc Anchar. in dict. cap. contingit. numero 8. Credit fuisse intellectum Innocentij. Hinc fit, (quod cum in omni euentu episcopus possit agere) non potest clericus ex Cōcilio Prouinc. Neapolitano de vita, & honest. cleric. cap. 22. agere contra laicum inferentem sibi iniuriā, vel contra interfectorem fratris,
5 vel filij, † iuxta dictum Nauarr. de iniur. lib. 5. consil. 3. nisi obtenta licentia in scriptis, & cum protestatione, iuxta text. in cap. prælatis, de homic. in 6. quæ non est ullo modo deneganda, sed tantum debet peti. Et hoc tum: quia episcopus debet scire iniurias illatas clericis suis, vt possit contra offensores agere. Tum, etiam ne clerici sub prætextu defendendi causas proprias, vel alienas in casibus a iure permissis, agerent causas alienas: quare debet peti ad cognoscendum, an illa sit concedenda. Verum quia diximus offendentem non debere absolui, nisi prius offenso clerico satisfaciat. Ideo videndum erit, quid per hanc satisfactionem intelligatur. Vnde dico,
6 quod præter petitionem veniæ, † genua flectendo iniuriato, & vltra damna, & interesse, & expensas, æstimanda veniet iniuria in pecunia, ita Abbas in cap. ea noscitur, tit. noscitur, Card. & Imola in clem. 1. de pœnis, & probatur in cap. olim, de iniur. & in d. cap. ea noscitur, & cap. quamuis. Et hanc taxationem faciet iudex secundum qualitatem, & quātitatem iniuriæ, & personæ iniuriatæ, Cardin. in d. clemen. 1. de pœnis.
7 Sed quid si laicus petat veniam, & offerat satisfactionem, & clericus nolit ei reconciliari, an possit absolui. Respondeo, quod sic: cum per laicum non steterit, immo clericus peccat non ostendendo signa dilectionis particularis, & non gratè recipiendo petentem sibi veniam, D. Thomas 2. 2. quæst. 53. art. 8. Immo videtur posse compelli per pœnas spirituales ad faciendam pacem, vt habetur in ca. Dilectissimi præcipimus dist. 90. Felinus in c. 1. de treuga, & pace. Rursum & Confessarius non debet absoluere in foro consciētiæ, nisi prius præcedat satisfactio:
8 sic condemnato fure † ad fustigandum non est dimittendus a carcere, nisi prius sit satisfactum fisco, & parti, per tex. in l. interdum, §. qui furem, ff. de furtis, idem videtur tenere Baldus in l. ea quidem in vlt. col. C. de accusat. idem Bartolus in l. 1. §. hoc edictū, ff. de vi bono. rap. Quod si Iudex per negligentiam non faciat restitui furtum parti, vel damnum, tenebitur in solidum. Aufrerius ad decis. Tholos. 22. nu. 3. & 4. sic incendiarius prohibetur ab excōmunicatione absolui, nisi prius damnum sarciat, quod per incendiū intulit, & iuret insuper de cætero ignē non apponere, 23. q. 8. ca. pessimam. Sed modo breuiter hæc reassumendo diximus num. 9. quod ad incurrē-
9 dam excommunicationem si quis suadente, sufficit, vt quis per mediū iniuriæ tangat personam clerici, vel adhærentia ipsius, vt vestes, non tamen equum, & ita rusticus iste signando baculo clericum in oculo, censebitur excommunicatus, modo hoc faciat iniuriosè, violenter, & temerarie. Hæc tamen percussio cum sit leuis, vt in secunda difficult. num. 2. non comprehenditur sub decreto clem. 8. cuius vigore, nec habentes priuilegia iuste obtenta possunt absoluere ab hac excommunicatione Canonis si quis, sed bene ab episcopo, qui iure suo hoc potest, vt nu. 1. vel ab alio de mandato ipsius, vt nu. 2. Dixi de mandato: quia alias sub generali facultate confessoribus cōcessa ab omnibus casibus episcopalibus etiam habentibus censuram annexam, hæc non comprehenditur, vt num. 4 potest tamen Abbas

habens iura episcopalia ab hac absoluere, vt dicto num. 4. Hic tamen rusticus non potest absolui absque peccato mortali, nisi prius parti læsæ satisfaciat, vt in 3. difficult. vltima. sic de incendiario, vt nu. 8. Monachus vero tunc demum pro hac iniuria sibi illata poterit agere, si habebit licentiam expressam a superiore, vel generalem, & tacitam, vt si est in studio, vel multum absens, quod idem dic de clerico, remittendo tamen monachus cum licentia, percutiens remanet excommunicatus, prodest tamen remissio quoad actionem sibi competentem, non tamen quo ad illam, quæ competit monasterio, vel ecclesiæ, vt num. 3. Cætera vide nume. 4. 6. & 7. Et hæc salua &c.

D. Iacobus de Grassijs a Cap.

DE SENTENTIA EXcommunicationis.

Thema Consil. II.

Adest excommunicatio Synodalis contra surripientes bona in ecclesia: vnde cum fuisset a sacristia pallium subtractum cuiusdam ordinādi, dum sacerdos ordinabatur, Ordinarius illius loci de hoc habita notitia furem denunciauit excommunicatum. Nec non excommunicauit quoscunque scientes, & non reuelātes præmissa trina monitione, quo peracto vnus ex complicibus ob fulminationem excommunicationis perterritus accessit ad amicum, dixitque illi se fuisse vnum ex complicibus, qui furatus est, nominauitque complices, & pallium dedit amico, vt restitueret domino illius, quod & factum est Nunc

Difficultates tres oriuntur.

I. An sub hac excommunicatione cōprehendatur principalis fur, ita quod incidat in excōicationem.

II. An amicus iste includatur in excōmunicatione, sub verbo scientes, si furem non manifestauerit.

III. An si amicus manifestauerit personam furis monacho exempto, teneatur ille reuelare sub pœna excommunicationis.

PRIMA DIFFICVLTAS.

SVMMARIVM.

1 *Delicta grauia non debent clausis oculis præteriri.*
2 *Excommunicati sunt qui cum effractione ecclesias spoliant.*
3 *Excommunicandus est publicè denūciandus, & quare.*
4 *Forma seruanda in istis monitorijs.*
5 *Sub excommunicatione non comprehēditur principalis: nam nemo tenetur prodere seipsum.*
6 *Excommunicationes synodales sunt excommunicationes iuris.*
7 *Curia Archiepiscopalis Neapolitana non decernit monitoria contra principales non reuelantes.*

CIRCA præsentem difficultatem Diuino prius inuocato nomine, & Beatissimæ Virginis implorato suffragio pro intelligentia præmitto, quod furtum graue est peccatum, quod eo magis augetur, quando mixtum est cū sacrilegio, vt in præsenti quæstione auferendo non sacrum de sacro, c. quisquis 17. q. 4. Quare bene fecit episcopus hoc sacrilegiū reseruare, cum sit graue delictum, non præterire clausis oculis, iuxta tex. in c. cōquesti, tit. nostro. Leuia. n. qnque prudēs est cō-
1 silium dissimulare, at grauia † nō debent dissimulatione pręteriri. Mari. Soc. ibi n. 5. Secundo sciendum est, iuxta text. in d. c. conquesti, qd fures rerum ecclesiasticarum tunc sunt ipso facto excommunicati, quando cū
2 furto adest violenta † confractio, &

& ita nota, quod quando sacrilegiũ committitur in personam, ipso iure quis incurrit sententiam excommunicationis cap. si quis suadente, 17. quæst. 4. quando sacrilegium committitur in re ecclesiæ, tunc si quidem cum effractione, vel incendio, idem erit, d.cap.conquesti.11.quæst. 3.cap.canonica.vbi de hoc.quandoque sine effractione, vel incendio, & non est excommunicatus ipso iure. sed excommunicandus per sententiam, cap. fin. extra de furt. de foro compet.cap.conquestus.verum, quãdo quis est ipso iure excommunicatus, tunc debet publice nunciari,
3 † ut sic efficiatur notorium, nec super ipso vitando ignorantia allegari: facit quod notatur in cap. pia, de except.lib.6.cap.curę,11.quæst.3.quod enim publicè nunciatur, præsumitur ad omnium notitiam deuenire. vnde dicit tex.in extrau.vnica communi Ioan.22. de furtis, quæ ponit optimam practicam monendi malefactores, vt intra certum terminum satisfaciant, alias excommunicationem incurrant. Item modum excõmunicationis publicandæ, quod monitio debet scribi in chartis, quæ debet affigi in ecclesiæ ostijs, seu super liminaribus, postquam fuerit publicata in ecclesia singulis diebus dominicis, & festiuis pulsatis campanis, vt sic nulla possit excusatio prætendi, quod talis monitio ad aures omnium non peruenerit, vel quod ignorauerit eandem. Cum non sit verisimile remanere incognitum, & occultum, quod tam patenter omnibus publicatur. Sed modo deueniendo ad præsentem difficultatem, an sub excommunicatione comprehendatur principalis.
5 † Respõdeo quod sic: nam licet sub excommunicatione nõ comprehendatur principalis, cũ nemo teneatur prodere seipsum 5.quæst.1.cap.quidam, de pœnit. di stinct.1.cap.quis aliquando, D.Thomas 2.2.quæst.69.art.1.tamen præter expositionem a nobis datam in 1.par.decis.lib.4.in vltim.edit.1600. capit.8.numer.18 illud intelligitur, quando de nouo fertur excommunicatio comminatoria contra fures, & contra omnes scientes res furtiuas, non tamen, quando de nouo præcesserit excommunicatio iuris, vt sunt
6 omnes excommunicationes Synodales, cap. 2. de constit.in 6.clem.1. §. verũ, de hæret. nam eo ipso, quod quis contra fecerit, statim est excommunicatus, cap.a nobis, 1.titul.nostro, sed modo præcesserat excommunicatio Synodalis: ergo iste excõmunicatione est irretitus cum declaratio excommunicationis nihil addit, sed quod factum est, denunciat, ut not. extra de appell. cap. nouit.d.cap curæ, extra de testibus cogen.cap. præterea. Verum: quia multæ sunt opiniones an in monitorijs comprehendatur principalis, Hoc est an principalis teneatur reuela-
7 re, † ideo ad tollendos hos scrupulos curia Archiepiscopalis Neapolitana, ut refert Marcus Antonius hodie dignissimus episcopus Montis Marani in sua praxi cap.2.nu.1.nunquã decernit monitoria cõtra principales non reuelantes, sed solum contra non restituentes, & contra scientes, & non reuelantes.

SECVNDA DIFFICVLTAS.

An amicus iste includatur in excommunicatione sub verbo scientes, si furem non manifestauerit.

SVMMARIVM.

1 *Scire aliquid quando quis proprie dicatur.*

2 *Proditor est crimen manifestans quod probare non potest, & de vndecim generibus proditionum.*

IRCA hanc difficultatem, Respódeo quod cum ordinarius excõmunicet scientes, & non reuelantes, ideo nosse oportet quid per scire intelligatur: vnde notandum est, quod tunc proprie quis dicitur aliquid scire,
1 cum quid sensu visus percipit. † Et hæc debet testis cum interrogatur de causa scientiæ dicere se vidisse, & non audiuisse. Nam si testis interrogatus an percussit seium, dicat quod percussit, & de causa scientię interrogatus dicat se audiuisse, inutile est testimoniũ eius: quia deponit ea, quæ sunt impossibilia secundum naturã: nam ea proprie scire dicimur, quæ sensu uisus percipimus, ad hoc, ff. de interrog actio, l. si is fine. vnde Isid. 11. Ety. cap. 1. dicit vnicuique sensui propria natura est data. Nam qđ uidendum est, oculis capitur, quod audiendum est, auribus, Mollia, & dura tactu æstimantur, sapor gustu, odor naribus ducitur. Hoc autem pręiacto fundamento dico, quod amicus non reuelando non incidit, tum quia sciens a parte principali secreto, quæ solum dixit sibi, & non alijs, non dicitur scire ad finem ut reuelare teneatur, ut dixit Soc. consil. 102. Tum: quia manifestando crimen, quod probare non potest, esset
2 proditor, † vt dixit Lucas de Pen. C. de delator. lib. 10. qui ponit 11. casus, quando quis dicatur proditor, & inter illos connumeratur iste. Tũ: quia regula est, quod nemo tenetur reuelare id, quod probare non potest, cap. plerunque 2. quęst. 7. cap. si peccauerit 2. quæst. 1. cap. placuit, 6. quæst. 2. glossa in cap. sacerdos, de pęnit. dist. 6. Modo veniat per viam reuelationis, seu denunciationis, non autem si per viam testificationis. id est si veniret ad deponendum, ut testis: quia tunc tenebitur testificari, quamuis probare non possit, etiam si iurasset id non reuelare, cap. intimauit ubi Ripa. num. 128. de testibus. Tum etiam: quia finis excommunicationis est mederi, 11. quęstio. 3. cap. audi, tit. nostro in 6. cap. 1. hoc est vt restituat, ut ille resipiscat. Sed modo amicus hoc sciuit a principali, qui confidens de amico pallium ei dedit, ut Domino restituat, & iam restituit: ergo non includitur.

TERTIA DIFFICVLTAS.

An exemptus, qui hoc sciuit ab amico, teneatur reuelare sub pœna excommunicationis.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio non extenditur ad non subditum.*
2 *Epilogus eorum quæ dicta sunt.*

IRCA hanc tertiam respondeo quod non: quia excommunicatio non ex
1 tenditur ad non † subditum, immo tali casu si extenderetur excommunicatio esset nulla, ut nos diximus in 1. par. nost r. decis. libr. 4. cap 3. nu. 7. cum feratur a non suo iudice: nam cum monachus sit exẽptus a iurisdictione ordinarij, & immediate subiectus summo Pontifici, 16. quæstio. 1. cap. frater noster, de suppl. neglig. pręlat. cap. sicut nobis, §. fin. non reuelando non est excommunicatus: nisi episcopus excommunicaret auctoritate Apostolica: quia tunc etiam exemptos comprehendit, ut habetur in Conc. Triden. sess. 25. cap. Bonifacij, sed modo hæc omnia breuiter reassumendo diximus primo episcopum bene fecisse, cum habuerit notitiam rei furtiuæ,
2 † fecisse monitorias: nam grauia delicta non sunt clausis oculis prætermittenda, ut num. 1. Secundo, quod episcopus poterit declarare excommunicatos, quãdo cum furto adest

nio-

violenta effractio, uel si adest excõmunicatio Synodalis contra fures, alias poterit trina monitione præmissa excommunicare. vt a numero 2. vsque 5. Verum sub his monitorijs contra scientes non comprehẽditur amicus, qui hoc intellexit a principali hoc fine, vt rem furtiuam domino restituat. ut in secunda difficultate. Et nec tenetur exemptus reuelare, si furtum sciuerit ab amico, vt in tertia difficultate. Et hæc &c.

D. Iacob. de Graffijs à Cap.

DE SENTENTIA EXcommunicationis.

Consilium III.

Dum quidam sexagenarius maletractaretur a nuncio Curiæ Archiepiscopalis non incedente in habitu, & tonsura, sub prætextu cuiusdã mulctæ exigendæ propter venditionem mercium die dominico, quam senex negabat, casu super aduenit filius, qui cum patrem vidisset maletractari a nuncio, & ad sui petitionem noluisset illum dimittere, manu repulit nuncium, sed ille gladio euaginato tres contra illum ictus emisit, non tamen tetigit: vnde iterũ filius coram populo in platea contra eum manum iniecit prope guttur, illumque fecit parum retrocedere.

Hoc Consilium duabus difficultatibus absoluetur.

I. An filius huiusmodi sit excõicatus.
II. Posito, quod sic, an huiusmodi absolutio spectet ad episcopũ, vel Papã.

PRIMAE DIFFICVLTATIS

SVMMARIVM.

1 *Ignorantia probabilis excusat ab excommunicatione, & quæ ad præsens.*
2 *Sacramento alicuius statur de his, quæ dependent ab illius conscientia.*
3 *Vim ui repellere vnicuique ratione naturali permissum est.*
4 *Iniuria facta vni de cognatione videtur facta omnibus de illa.*
5 *Frater potest esse testis pro fratre nisi ageretur de iniuria facta fratri.*
6 *Iniuria facta consanguineo meo uidetur facta mihi.*
7 *Pater & filius una caro sunt, unaque pene persona.*
8 *Filius potest pro iniuria facta patri agere actione iniuriarum.*
9 *Clericus potest agere iniuriarum actione contra interfectorem fratris.*
10 *Consanguinei pro iniuria illata consanguineo concitantur ad iram, & furorem.*

CIRCA hanc difficultatem innocato prius Dei nomine, & Beatissimæ Virginis implorato suffragio pro ingenioli mei tenuitate, uidetur pro parte negatiua, quod iste non sit excommunicatus, & primo facit: quia filius ignorabat nuncium esse clericum, eratque in probabili ignoran-
1 tia, quæ excusat, † cap. Apostolicæ, de cleric. excom. ministr. cap. si vis, de cognat. spirit. nam talis quis præsumitur, in quali habitu reperitur, l. item apud Labeonem, §. si quis uirginem, ff. de iniur. Archid. in ca. qualis, distinct. 25. cap. ne quisquam 24. quæst. 3. notatur in cap. si iudex laicus tit. nostro in 6. vbi virgo deprehensa in habitu meretricali ut meretrix præsumitur: vnde percutiendo talem, non est excommunicatus, textus est in terminis in c. si vero 2. titul. nostro. Non enim contemnit disciplinam, qui militem ignorauit, ff. locati, l. si ignorans, & de hoc quando est dubium de scientia, vel ignoran-

rantia, tunc ignorantia probatur per
2 iuramentum eius,† concordat de electi.cap.1.cap.ut circa lib 6.notatur in d. cap. si vero, cum sit dependens a conscientia eius, vt est glo.singularis, in cap.significasti, de homic. secundo facit: quia licitum est vim ui repellere; hoc enim naturali ratione
3 vnicuique permissum est, l.vt vim, ff de iustit.& iur.quare filius impingendo nuncio manum, qui nolebat relinquere patrem tenentem eum per pectus, videtur hoc fecisse ad repellendam vim, facit glossa in clemen.si furiosus, de homic. vbi non peccat, qui aggressorem patris, aut matris, aut fratris, alteriusue cognati occiderit: modo hoc faciat cũ moderamine inculpatæ tutelæ, hanc glossam sequitur Abbas in cap. si vero, 1.tit.nostro & est communis, ut refert Couarr.in d.clem.si furiosus, nume.3.& ratio est: quia iniuria fa-
4 cta vni de cognatione, † videtur facta omnibus de illa, cognatione, l. lex Cornelia, ff.de iniur. in princip. cum ibi notatis. sic iniuria facta vni de familia, seu casata uidetur facta toti familiæ, & ideo nullus de familia potest testificari, vide Baldum per illum textum in l.1. C.si quacũque præditus potest in duobus locis Baldus in l.cum scimus C. de agric. & censit. lib.11. Hinc dixit Felinus in cap.literas, nume.4. & 8. de præsumpt. quod licet regulariter frater
5 possit esse testis pro fratre, † glossa in cap.insinuante, de offic. deleg. & glossa fin.in fine, vbi Archid. & Gemin.in cap.consanguinei 3.qu.5. & omnes post glossam in l. parentes, C.de testa. & Do. Ant. in c.cum oporteat, de accus. tamen limitatur, nisi ageretur causa de iniuria facta
6 fratri: quia iniuria † facta vni de domo, censetur facta omnibus, uide omnino Alex.in l.si finita §.si de vectigalibus, de damno infecto, plene Socin.cons.228.incipiente in causa Gabrielis in 2.par. Imo. Bar.in l.3.§. si tutor, de suspect. tuto. inquit, quod iniuria facta consanguineo meo censetur facta mihi ipsi. sic Bald.in l. raptores, in 2.column. C. de episco.& cleric.& in l.vt uim, ff.de iusti.& iu. dixit, quod si aliquis facit iniuriam cum armis contra consanguineum, uel affinem meum, licitum est mihi illum insultantem impunè occidere. Rursus pater, & filius una caro
7 sunt, † 35.q.3. §. hac auctoritate, & vna penè persona, C. de impub. & alijs substit.l.fin.in fine.vnum quippe cum parentibus sumus. vnde dedecus est patri, si filius ducat ignominiosam vxorem, Lucas de Penna in l. cum scimus, C.de agric.& censi.lib.11.col.3.item filius est pars patris, vt dicitur 5. Ethicorum.sanguis enim eius est, ff.de inoffic.testam. l. non enim, & vox patris est tanquam vox filij, & econtra, instit.de inutil. stipulat.§.ei, qui sic filius est pars viscerum matris, ff. de ventre inspic.l. 1.§.ex hoc rescripto.& ideo commota sunt viscera matris in filio, extra de præsumpt.cap.afferte. Et Simeõ dixit Gloriosissimæ Virgini. Tuam ipsius animam pertransibit gladius, vt dicit Lucas capit.2. Quare cum hęc ita sint, potest filius agere iniuriarum actione pro iniuria illata pa-
8 tri,† ff.de liber.caus. l. 1. in fi. immo etiam suo proprio nomine, ff.quando appell.sit, l.2.§.penult.in fine, & de appel.l.non tantum, & de iniur.l. cum possit: fit enim iniuria domui, argum.ff.de legat.3.l.nutu.in fi. argum.32.q.7.cap.afferebat: item dicitur fieri dedecus cognationi, in authen.de incest.nupt.in princip.item Eccl.12.dicitur.ne glorieris in contumelia patris tui, non est tibi gloria, sed cõfusio. gloria.n.hominis ex honore patris sui, & dedecus filij pater sine honore: ex quibus patet posse filium agere actione iniuriatũ pro iniuria patri illata: sic Frãcus in capi

capitulo prælatis, de homicid. in 6. dixit, quod potest clericus agere in iudicio seculari contra interfectorem non solum serui, & ancillæ, qui ueniunt appellatione bonorum, pro quorum recuperatione licet agere cum protestatione, sed etiam contra
9 interfectorem fratris † præmissa protestatione: Et hoc ideo: quia iniuria facta uni censetur facta toti familiæ, & ita licet agere pro morte fratris pro iniuria sibi illata, idem tenet Nauar. de iniu. cons. 3. posse patrem clericum cum protestatione agere contra interfectorem filij. idem Couar. in clemen. si furiosus. §. 5. numer. 4. cum malefactores propinquorum dicuntur eius malefactores. Et alibi Ancharan. in cap. Petrus, de homic.
10 numero 1. dicit, quod pro iniuria illata consanguineo cæteri consanguinei concitantur ad iram, & odium. igitur ex his uidetur quod non fuerit excommunicatus filius repellendo iniuriam patris: quia sic uidetur repulisse iniuriam suam, quod naturali ratione permissum est. His tamen non obstantibus tutiorem partem amplectimur, & sic posito quod inciderit in excommunicationem, est

SECVNDA DIFFICVLTAS.

An huiusmodi absolutio spectet ad episcopum, uel ad Romanum Pontificem.

SVMMARIVM.

1 *Leuis percussio qua dicatur.*
2 *Læsio aliqua ut sit scandalosa, quæ requirantur. nu 4. & 6.*
3 *Excommunicatus ob percussionem enormem non potest hodie absolui ab habentibus casus papales.*
4 *Læsio enormis dicitur ex qualitate personæ, ut si,*
5 *Percutiatur episcopus, aut Abbas.*
7 *Iniectio manuum facta officiali non illi, sed ei sit quem repræsentat.*
8 *Iniectio manuum facta die festo an sit enormis.*
9 *Læsio quare potius est iudicanda grauis quam leuis.*
10 *Ignorantia, quæ non est probabilis, æquiparatur scientiæ in pœnis.*
11 *Læsio enormis an iudicetur ex sola manuum iniectione.*
12 *Nauarri opinio est probabilis.*
13 *Nuncio iniuste exercenti officium an licitum sit resistere nu. seq.*
14 *Resistentia proprie consistit in facto.*
15 *Epilogus eorum, quæ dicta sunt.*

IRCA hanc præsentem difficultatem quod huiusmodi absolutio spectet ad episcopum, patet: quia episcopus iure suo potest absoluere ab excommunicatione prouenientè ex læsione leui, textus est in capitulo peruenit, de sentent. excommun. sed huiusmodi iniectio manus facta nuncio propeguttur faciens illum paululum retrocedere a filio ex iniuria facta patri videtur esse leuis, ut probatur per extrauag. Ioã. 22. per lectis. ubi si leuis percussio censetur esse pugni, palmę,
1 pedis, digiti, aut baculi, † vel lapidis, quæ nullam maculam, aut sugillationem carnium relinquit, & per eã dixit Lapus allegat. 76. posse episcopum, aut eius vicarium habentem ad hoc speciale mandatum ab episcopo absoluere clericum percutientem manu vacua, & unica sine sanguinis effusione in ecclesia, multo magis in casu nostro. licet in regno Neapolitano grauiter puniatur percutiens manu vacua, cum dicatur enormis, ut dixit Afflictus in constit. regni priusquam 1. part. numero 5. Secundo nec dici potest huiusmodi iniectio manus læsio enormis: quia fuit scandalosa: nam ut sit enormis
2 † duo requiruntur secundum Naua. in suo Manu. cap. 27. numero 92. vt sit

scandalosa, hoc est facta in loco publico, & quod percussio sit in se notabilis, quæ non est in præsenti quæstione, ut probatur in d. c. perlectis. At pro parte affirmatiua, quod sit enormis, & ita quod sit absoluendus solum a Romano Pontifice: vnde nec ab habentibus priuilegia vsu re-
3 cepta † ante decretum, quo prohibetur absolutio a casibus Papalibus editum a sacra Congregatione S. R. E. Cardinalium anno 1602. die 26. Nouembris. facit: quia licet talis iniectio uideatur leuis, cum enormis di-
4 ci non possit ex qualitate actus, † cũ nec oculus sit effossus, distin. 60. c. si euangelica, aut aliquod membrum paruum, aut magnum sit ablatum, vel inutile redditum, & nec fuit vulneratus in theatro, aut in ecclesia, vel in cœmeterio, aut in platea, vel in loco publico, vel in dormitorio, argum. tex. in c. cum pro causa tit. nostro. 17. q. 4. c. quisquis, §. qui habent, & nec potest dici enormis respectu qualitatis personæ: quia erat vilis nũcius: nam solum Doctores in d. c. cũ illorum. titu. nostro exemplificant, quando excessus fuerit commissus in
5 episcopum, † vel Abbatem, aut priorem uicem gerentem Abbatis, arg. cap. cum in ecclesijs, de maior. & obed. vel si subditus in dominum, vel in iudicem ecclesiasticum. Pariter nec enormis censeri potest: quia nullum vulnus fuit illatum, quod desideraret remedium chirurgiæ, vel aliorum medicinalium, tamẽ potest dici enormis huiusmodi iniectio ex his causis, primo: quia ex hac manus iniectione scandalum fuit ortum:
6 † vnde sequitur, quod iniuria est cẽsenda enormis, ita Zaba. in d. c. cum illorum. summa Astens. vbi supra. Quod autem scandalum sit ortum: patet: quia fuit facta in loco publico, hoc est in platea in conspectu populi: nam sic ratione loci iniuria leuis efficitur e normis, instit. de iniur. §. atrox, d. c. cum pro causa, & c. quisquis, § qui autem. Rursum fuit iniecta manus nuncio curiæ Archiepiscopalis exercenti officium suum. vnde vĩ facta non ex odio particulari, aut propter speciales inimicitias, sed contemplatione exercitij, & in contemptum Archiepiscopi, vt dixit afflictus in constit. Regni, quæ incipit vt participatio. numer. 7. Rursum, quando iniectio manuum fit officia-
7 li, dum exercet officium, videtur facta non ipsi personæ particulari, sed ei, quem repræsentat, sic Cynus, C. de iniur. l. si non conuicij, videtur sentire, quod omnis iniuria illata officiali regis gerẽti officium, uidetur facta regi. Hinc Lucas de Penna in l. nihil, C. de Palatinis sacrarum largitionum li. 12. dixit, ꝙ pari pœna puniuntur, qui commiserunt in principem, & in consiliarios eius, qui suis consilijs, & consistorio intersunt. l. pen. in princ. ff. ad l. Iuliam Maiest. sic & Christum crucifigũt, qui eum in suis sacerdotibus prosequuntur, c. nulli in fi. 3. q. 1. sic qui sacerdotes Christi spernit aut recipit, Christũ spernit, aut recipit, dist. 21 c. in nouo 8. q. 1 c. qui uos. Et ita qui iniecit manum in nuncium Archiepiscopi, uidetur iniecisse in ipsum episcopum: sed talis læsio est enormis, ut nu. 5. ergo. Præterea huiusmodi iniectio
8 fuit facta die festo, & celebri, † ut in die dominico, qui præfertur cunctis diebus festiuis, cum multa gloriosa, & miranda die illo sit operatus Dominus Deus, vt late diximus in 1. parte nostrarum decis. lib. 2. capitulo 34. numero 4. vnde dixit Marian. Soc. in capitulo licet, extra de pœn. quod eadem specie delicti grauius puniendus est, qui die veneris sancti delinqueret, quam die carnis priuij, facit text. in capitulo in nonnullis, extra de Iudæis, & quod traditur, de ferijs per totum. præterea facit dicta extrauagan. perlectis, vbi

dicit,

dicit, quod quia conditio negotij nō patitur integram determinationem negocij, relinquimus arbitrio tuo, dixit Rom. Pontifex episcopo, vt declares, quæ sit leuis, aut enormis
9 iniuria admonentes, † vt potius declares in dubio esse percussionem grauem, & ab ea non posse absoluere, quam declarando leuem esse, occasionem præbeas lædendi statum ecclesiasticum, quod idem dixit Abbas in c. cum illorum, nu. 11. Quod in arbitranda qualitate, & quantitate iniuriæ, vel enormis, non est recurrendum ad Papam, sed episcopus, vel Abbas arbitrari potest; quia ex quo eis conceditur certis casibus absolutio, possunt ipsi cognoscere, an eorum sit iurisdictio, argumen. tex. in ca. super literis, extra de rescript. l. si quis aliena, ff. de iudic. sed caueant sibi, ne dicant leuem, vbi est enormis, hæc ibi: & ratio est: quia in dubio debemus tenere tutiorem partem, quæ illa dicitur, quæ est durior, c. iuuenis, de sponsal. cap. ad audientiam, extra de homicid. gloss. singul. in ca. vnico, de serut. in ordi. faci. Sic in dubio præsumitur quis excommunicatus, c. cum desideres, de sent. excommun. & tenendo hanc opinionem de facili potest responderi ad obiecta, & ad primū, quod percutiēs aliquem, quem ignoraret esse clericum, non est excommunicatus. Resp. illud procedere, quando probabiliter ignoraret, quod secus est in casu nostro, cum nuncius semper soleat esse clericus, & ideo talis ignorantia æquiparatur scien-
10 tiæ † in pœnis, glossa in c. hac Constitutione, §. 1. de officio deleg. in 6. glossa in clem. 1. verbo scienter, de consang. & affinit. sic etiam nec secundum obstat, quod vim vi repellere licet, c. significasti, de homicid. l. vt vim, & ita cum hoc fecerit pro tuitione patris, videtur fecisse pro defensione sua: nam respondetur argumentum nihil probare ad casum nostrum, cum hic non fuerit moderamen inculpatæ tutelæ, ex quo videtur facta non causa tuitionis, sed vltionis, inijciendo manus in gutture, propter euaginationem cultri cōtra ipsum: item dicta iniectio non fuit incontinenti facta non aliter valens vitare mortem, sed postquam nuncius destitit ab ictibus cultri. Sic non obstat, quod dicta iniectio fuerit leuis: quia respondetur, quod illa efficitur grauis, & enormis, quando est scandalum, vt in casu nostro, cum fuerit facta coram populo in die festo. Quod si quis obijciat dictum Nauarri, quod est quartū dubium, nempe, quod vt sit enormis, requiruntur duo. Primum, vt manuum iniectio in se sit grauis. Secūdum, vt scandalum generet. Respondeo, quod licet dictum Nauarr. satis sit probabile, contraria tamen opinio est communior, & in conscien-
11 tia tutior, † vt satis sit ad iudicandas enormes læsiones, cum est scandalosa tantum. & ita ex his videtur posse firmari hæc secunda opinio. Ego tamen ex consideratione quarundam circunstantiarum, quæ colliguntur ex serie facti potius in alteram inclino, vt possit episcopus ab hac excommunicatione absoluere,
12 tum, quia est pro me † opinio Nauarri Doctoris celeberrimi, quæ (vt supra diximus) probabilis opinio est, cum diu Romæ fuerit versatus, tum etiam: quia causa huius iniectionis fuit pater, qui iniustè detinebatur, & male tractabatur a nuncio, vt in serie facti præsupponitur, & ideo fuit in iusto dolore, qui minuit pœnam, argum. text. in l. Gracchus, C. de adulter. Vnde prima iniectio fuit facta pro defensione patris: nā & socij iniuria propulsanda est, arg. tex. in ca. non est inferenda, 23. q. 3. multo magis ipsius patris, vt dixit Panormit. in c. olim, i. de restit. spo-

liat.

liat. immo dixit Bart. in l. prohibitũ, C. de iure fisci lib. 10. not. 2. & 3. qđ licitum est etiam de facto legitimè, & non effrçnatè tali nuncio pignoranti, 13 † terminosque iustitiæ excedenti resistere, per text. in l. contra nostra præcepta, C. de exactoribus, & executoribus lib. 12. etiam de iure Canonico, vt dixit Speculator, titul. de citatione, §. seq. versic. sed nũquid. Quæ quidem resistentia potest fieri etiam cum percussione, vt notat Bar. in l. deuotum, C. de Metatis lib. 12. Quod intellige, quando nuncius veniret ad factum: quia proprie 14 resistentia consistit in facto, C. de desertor. lib. 12. l. 2. & excederet officium intromittendo se de alio ad se non pertinente, & ita intelligitur tex. in d. l. prohibitum, & l. deuotũ: quia sic excederet in officio, tunc resisti non potest, sed est obediendum cum protestatione, quæ est animi declaratiua, alias non parens puniẽdus est, de regu. iur. l. non potest videri, & de re iudic. l. contumacia, §. fin. nam tunc esset resistere non nũcio, sed loci ordinario: quare cum in hoc casu excesserit in officio, non debebat ei resisti: verum cum huiusmodi resistentia subito fuerit facta, postquam nuncius ad petitionem filij noluit eum dimittere, videtur excusandus, cum ipsa manuum iniectio adeo fuerit subitanea propter affectum paternum, & dolorem; quia pater male a nuncio tractabatur: quod nec se vindicare, aut inferre iniuriam intendebat, sed solum patrem a manibus nuncij eripere, facit dictum Syluestri in verbo excommunicatio 6. nu. 6. casu primo. Nauar. c. 27. num. 80. & licet secunda videatur facta potius ad vindictam, quam ad defensionem, tamen cum sit facta calore iracundiæ, videtur alleuianda pœna, ita vt possit ab episcopo absolui; tum etiam, quia si recte consideramus huiusmodi scãdalum, videtur potius contingere non ex parte filij, sed nuncij, tum, quia voluit exequi pœnam in eum, qui non vendebat die festo, vt ipse fullo asserebat, tum etiam: quia sic proteruè senem retinebat sexagenarium, cuius quidem ætatis ratio habenda est in consideratione, argum. tex. in c. tanta dist. 86. & ibi glos. distinct. 34. c. fraternitatis. Tum, quia euaginauit gladium volens vsque ad tertiam vicem eum verberare, quod tamen non potuit; vnde filius iusto iracundiæ calore motus in eũ irruit. Quare ex his omnibus saluo semper meliori iudicio arbitror huiusmodi hominem ab episcopo, vel eius vicario ad hoc specialiter depu-
15 tato absolui posse, sed modo reassumendo hæc omnia diximus, quod filius, qui ob iniectionem manuũ manu factam nuncio, qui male tractabat patrem, non sit excommunicatus ob multas rationes in 1. difficultate a nume. 1. vsque 10. sed posito, quod sit excommunicatus, diximus a num. 6. vsque ad 11. talem excommunicationem esse Domino Papæ reseruatam: Nos tamen a nume. 12. vsque in finem arbitrati sumus fuisse absolutionem episcopalem, quæ quidem opinio confirmari potest a numero 1. vsque ad 11. Et hæc salua &c.

D. Iacobus de Graffijs a Capua.

DE SENTENTIA EXCOMMUNICATIONIS.

Thema. Consilij IV.

Prælatus quibusdam sibi subditis fecit multa, præcepta sub pœna excommunicationis latæ sententię: vnde ipsi nunciauerunt ad se non posse illa præcepta exequi, ideo rogabant, vt illa tolleret, sed prælato nõ acquiescenti iterum miserunt nuncium, qui referret eidem, quod nullatenus

latenus poterant illa obseruare, neque volebant.

Consilium præsens quatuor difficultatibus absoluetur.

I. An reprehensibiles sint prælati, qui præcepta suis subditis multiplicant sub pœna excommunicationis.

II. An possit statuere leges obligantes suos subditos sub peccato mortali cum excommunicatione ipso facto incurrenda.

III. An prælatus aduertens, immo sciens præcepta talia non obseruari, sed contemni, debeat illa tollere.

IV. An excusentur subditi a contrauentione; quia præcepta illa non acceptauerint sciente prælato.

PRIMAE DIFFICVLTATIS

SVMMARIVM.

1 *Prælati debent a præceptorum multitudine cohibere.*

2 *Excommunicationis gladius sobriè est exercendus.*

3 *Iuramentum cum sit bonum, quare prohibetur.*

4 *Iniungendum non est, quod verisimiliter non est obseruaturum.*

5 *Prælati quali modo retrahere debent suos subditos a malis.*

IRCA hanc quæstionem, breuiter dico, quod male faciunt, sed debent se a tanta
1 † præceptorum multitudine cohibere, exemplo Legislatoris Dei, qui primis parentibus duo tantum præcepta seruanda imposuit, Gene. c. 2. Ex omni ligno paradisi comede: De ligno autem scientiæ boni, & mali ne comedas, & tamen vnum eorum transgressi sunt, de quo loquitur textus in c. quid ergo 11. q. 3. Multo ergo magis periculum erit transgressionis, si plura præcepta multiplicabuntur sub excommunicatione latæ sententiæ. Hinc Conc. Trident. sess. 25. c. quamuis, vult, vt excommunicationis gladius, qui neruus est ecclesiasticæ disciplinæ, & ad continẽdos in officio populos valde salutaris, sobrie magnaque circunspectio-
2 ne exerceatur, & non nisi ex iusto, grauique causa, eaque diligenter, & magna cum maturitate examinata ab episcopo, vel eo absente ab eius vicario, & rationem affert superius, Dicens cum experientia doceat, si temere, aut leuibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quam formidari, & perniciem potius parere, quam salutem. Rursum licet excommunicatio sit medicinalis, & bono fine introducta, c. 1. tit. nostro in 6 ca. multi, 2. q. 1. c. audi, 11. q. 3. tamen prælati abstinere debent a multiplicitate præceptorum cum excommunicatione, quemadmodum quis abstinere debet a iuramento, quod ex se bonum est, cum sit confirmatio veritatis, sed ideo prohibetur: quia ex in-
3 cauta, & frequenti iuratione periurium sæpè contingit; sicut in ecclesiastico legitur. Vir multum iurans replebitur iniquitate, & non discedet a domo eius plaga. Accedat etiã textus in c. ita ergo, 22. q. 1. Vbi habetur, quod ita præcepisse Dominũ intelligitur ne iuretur, ne quisquam sicut bonum appetat iusiurandum, & assiduitate iurandi ad periurium per cõsuetudinem prolabatur. Rursum facit glossa in verbo Reuertentes in c. clericos, de cohab. cleric. vbi colligitur argumentum ex illa litera, quod non est iniungendum alicui per iuramẽtum, quod verisimili-
4 ter sit illud non obseruaturum, † argum. tex. in d. c. ita ergo. Quid ergo faciet prælatus, qui occurrere debet futuris casibus, ne eueniant, c. in nomine Domini, distin. 23. dico, quod

primum debet suos subditos allicere salutaribus monitis, & deinde si
1 illa non iuua[illegible]etrahere † a malo additione alicuius pœnæ pecuniariæ, vel corporalis, quæ solent apponi, atque carceris, expressim insinuãdo se per appositionem harum pœnarum, siue sint leues, siue sint graues, nolle obligare transgressores ad mortalem culpam, Sotus de iust. & iure, lib. 1. q. 6. art. 4. col. 4.

Secunda Difficultas.

An possit statuerè leges obligantes subditos sub peccato mortali cũ excommunicatione ipso facto incurrenda suas leges transgredientes.

Summarium:

1 *Discrimen inter ecclesiasticam potestatem, & ciuilem circa condendas leges.*
2 *Legis transgressio quando mortalem labem transgressori impingat.*
3 *Signum quo dignoscendum sit, quanã lex obliget ad mortale.*

Circa præsentem difficultatem respondeo secũdum Sotum de iust. & iur. lib. 1. q. 6. art. 4. col. 4. quod sic, qui ponens discrimen inter ecclesiasticam pote-
1 statem, † & ciuilem, ita ait. Ecclesiastici enim prælati: quia spiritualium iudices sunt, possunt leges condere, non solum constituendo opera in specie certa virtutis, aut vitij, verum etiam discernendo inter veniale, & mortale, atque adeo decernendo transgressionem suæ legis esse mortale crimen. Seculares autem principes id nequeunt definire, scilicet, vt leges suæ sub culpa veniali, aut mortali seruentur, sed duntaxat constituunt opera in specie virtutis, aut vitij. An vero transgressio, vel omissio mortalem labem transgres-
2 sori impingat, † ex rerum natura examinandum est. Dicamus (exempli gratia) præcipit rex tempore famis frumentum non asportari a regno, aut tempore instantis belli arma indui, constituit illa opera in specie obedientiæ, & secundum speciatim in virtute fortitudinis; & quia magni referunt, mortale est tunc non obtemperare: præcipit autem, aut non equitare mulas, aut sericis non indui: quia parui referunt, erit inobedientia non grauior, quam venialis. Signum tamen, quo dignoscendum sit, quænam lex obliget
3 ad culpam, † quę vero minime, ex operis natura, & grauitate perpendendum est. quo circa fidissima regula est, omnis lex, quæ absolutè fertur, hoc est, quæ contrarium non explicat, obligat ad culpam, vel venialem, vel mortalem secundum pretium operis; & ratio est liquida, quoniam lex secum affert obedientiæ pręceptum: obedientia autem per se est virtus, & inobedientia peccatum: quare ex his habetur posse prælatũ suos subditos obligare ad mortale, & ad censuras, si transgrediuntur leges obligantes ad illud.

Tertia Difficultas.

An prelatus aduertens, immo sciens præcepta imposita non obseruari, debeat illa tollere.

Summarium.

1 *Prælatus aduertens per præcepta imposita, subditum effici deteriorem, debet discrete tollere: modo sit spes de correctione nu seq.*
3 *Prælatus aduertens excommunicationem non fore medicinalem, debet supersedere.*
4 *Excommunicatio quo fine est fulminanda.*

AD

D præsentem quæstionem respondeo, quod aut prælatus fecit præcepta sub pœna excommunicationis, aut non fecit, & vult facere, sed aduertit illa non proficere, sed con-
1 temni. in primo casu, si aduerit † q̃ per hæc præcepta subditus non efficiatur deterior, & videt illa non proficere, sed uilipendi, & tunc dẽt ille discretè tollere, & vti alio remedio secundum D. Thomam in 4 senten. distinct. 18. art. fin. in solutione argumenti. 1. dubij: quem ita refert, & sequitur Ioan. Andr. in cap. 1. in princ. & ibi Gemin. in 1. col. de sent. excom. in 6. Do. Abbas in cap. ab excommunicato in pen. col. ext. de rescript. in cap. ad reprimendum, ext. de off. ord. in c. quoniam frequenter, §. fi. in 29. col. vt lite non contest. in c. clericos, extra de cohabit. cleric. & mulie. & in cap. significasti, ad finem de eo, qui dux. in matr. quam poll. per adult. Adde etiam bonum tex. in c. de illis presbyteris, verbo Miseratio, 11. q. 3. in c. presbyter, circa medium 81. dist. ibi ne indurescat, & fiat particeps corporis, & sanguinis Christi, quod tamen ego intelligo, modo sit spes de correctione
2 aliquo remedio † addito sublata excommunicatione: quia siue plectendo, siue indulgendo hoc solum bene agitur, ut uita hominis corrigatur, vt dicit tex. in c. prodest, 23. q. 5. Et enim si sublata excommunicatione nulla esset spes correctionis ex alio remedio, & tunc non est tollenda excommunicatio: quia ex quo nõ vult obedire ecclesiæ, debet haberi, vt ethnicus, & publicanus, id est gentilis, & infidelis, c. nouit, extra de iud. & ita concordando has opiniones D. Thomæ, ac Calderici diximus in 1 par. decis. lib. 4. cap. 1 nu. 31. in vltima editione 1600. At in secundo casu si non fecit præcepta, & aduertit, quod si illa facit, essent inutilia, & in vilipendium, atq; animabus damnum inducerent, mortem, atque desperationem, tunc debet ab illis desi-
3 stere, † ita Hostien. in cap. Romana, vbi Ioan. Andr. de sent. excom. in 6. vnde inuehit Hostiensis contra quẽdam legatum Papæ, qui exercitibus armatis, & uolentibus iam congredi, præcepit sub pœna excommunicationis latæ sententiæ, ne congrederentur: nam spreto eius mandato multorum corpora, & animæ perierunt, Debet enim prælatus esse pius animarum pater, & excommunicare eo fine, ut spiritus saluus fiat, & non illam fulminare in laqueum, & destructionem animarum: nam gladius ecclesiæ uiuificat, & non occidit, c. inter hæc, 24. q. 2. glo. in c. ex literis el 2. de sponsal.

QVARTA DIFFICVLTAS.

An excusentur subditi a contrauentione: quia præcepta illa non acceptauerint prælato sciente.

SVMMARIVM.

1 *Tolerantia prælati quando excuset a peccato circa ea, quæ communiter non recipiuntur.*
2 *Prælati quando possunt subditos inuitos obligare ad obseruantiam legis.*
3 *Populo datur facultas supplicandi, quando non vult acceptare legem, quod intellige nu. seq.*
4 *Præcepta iniuncta a summo Pontifice etiam importabilia sunt adimplenda.*
5 *Epilogus eorum, quæ dicta sunt.*


Espondeo hoc dupliciter posse contingere, vel prælato sciente, & tolerante, aut sciente, & non tolerãte: si primum. Tolerãtia prælati circa ea, quæ a principio communiter non recipiuntur ipso sciente, & tole

1 rante excusat a peccato,† facit gloss. in c.istis,§.leges,dist.4.glossa in c.1. de treuga, & pace, vbi Z.bar. in 3. oppositione. Vnde subditi non acceptantes præcepta, nec obseruantes legislatore sciente, & tacente, & nõ insistente non peccant: & ita intelligitur illud Augustini quod leges obligant:cum vtentium moribus cõprobantur: ergo secus si non comprobantur: At si superiores sciunt leges non acceptari, seu non obseruari, & non tolerant, tunc possunt tam ecclesiastici, quam seculares
2 subditos inuitos † suis præceptis, iustisque legibus obligare: alioquin si in libera potestate subditorum esset legem illis datam,vel præcepta acceptare, vel ne eorum ex consequenti esset se a superiorum subiectione eximere,& eisdem resistere, cõtra dictum Apostoli ad Romanos c. 13. qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit. Igitur in hoc casu datur
3 facultas populo † supplicandi: vnde & audiẽdi ueniunt, si forte causam sufficiẽtem afferant, quo minus lex illa,vel præceptum non imponatur: attamen si nullam causam afferunt per principem possunt ad obseruantiam astringi.ita Doctissimus Ioan. a Medina,C.de restit.q.37.ad quintum. Quod autem dixi hoc non referas ad illa præcepta iniuncta a summo Pontifice:quia & si grauiora, & importabilia iniungantur,
4 † sunt adimplenda, quando de eius pręcisa voluntate constat,cap.in memoriam,distinct.19. Et si facere nõ possumus, tunc humiliter nos excusare debemus, cap. si quando,extra de rescrip.reddendo rationem,& expectando secundam iussionem, in auth. de mand. princip. §. deinde competens: sed modo reassumendo hæc omnia diximus num.1.circa primam difficultatem,prælatos esse reprehensibiles,qui multiplicant prę-
5 cepta suis subditis, † maxime apponentes illis censuras, si tamen faciunt, possunt cum obligatione peccati mortalis, & incidendi in censuram in casu transgressionis, vt numero primo in secunda difficultate: si tamen superior aduerteret præcepta imposita non obseruari,tunc discrete debet ea tollere, modo spes sit remedio aliquo addito de correctione, vt habetur in tertia difficultate. An vero excusentur a peccato subditi contrauenientes, si illa ab initio non acceptauerint, diximus, quod sic: Dummodo legislatore sciente, & tacente, & non amplius insistente, alias secus, ut numero secundo cum sequen. Et hæc salua &c.

D.Iacobus de Graffijs a Cap.

DE SENTENTIA EXcommunicationis.

Thema Consil. VI.

Verberauit Ludi magister clericum scholarem suum, magno motus iracundiæ æstu, ac contra eum suspicionis conceptu, & proinde nullo rationis intuitu caput, faciemque percussit. Dumque ille tunc secessisset,ut daret locum iræ, & post paululũ redijsset,Magister amplius excitus in furorem arrepto clauo fere sequispalmo inuehit contra illum, quasi pugionem tenentem clanculum,prouocabatque accedere, qui asserens nil tale se ferre, totus a magistro adhuc dubio perquiritur, Admoto interim pectori clauo. Cumque inermem reperisset, dimisit eum. Euomensque iram dixit,si gladium habuissem, vtique vulnerassem,causa tãti furoris fuit, quod clericus dixerit coram alijs condiscipulis, de quodam puero iocando Eccine filius nostri præceptoris.

Con-

Consilium præsens duabus difficultatibus absoluetur.

I. An Magister vigore priuilegij sibi a iure concesso verberandi scholares, possit etiam verberare clericos.

II. Qualis debeat esse percussio, vt sic non incurrat in excommunicationem.

PRIMAE DIFFICVLTATIS.

SVMMARIVM.

1 *Verberare propriè, & impropriè quis dicatur.*
2 *Verberatio quandoque solet dici percussio, quæ duplex est.*
3 *Manus quadruplex, violenta, charitatiua, temeraria, & iniuriosa.*
4 *Coertio moderata quandoque fit sine iuris ordine, & quandoque iuris ordine seruato, & qui moderate possint corrigere, nu. 5. & 7.*
6 *Manus temeraria, & non iniuriosa, quæ dicatur.*
8 *In verberibus clericis illatis tria sunt consideranda.*
9 *Magister potest sine metu excommunicationis verberare clericos Scholares etiam in sacris, nu. seq.*
11 *Clerici in sacris non sunt verberandi, nisi pro maioribus excessibus, fallit in regularibus.*

CIRCA præsentem difficultatem sunt a nobis aliqua prænotanda, & primum, quod is proprie di-
1 citur verberare, † qui cum vinculis verberat, l. veluti, ff. de pęnis, & hoc ideo quia vinculati fustibus cędun-tur, vel cum flagellis, ff. ad l. Aquil. l. si ex plagis, §. 1. secundum Hugonē, vel cum virgis, 23. q. 5. cap. 1. & ff. de parric. l. pen. improprie autem, seu abusiue, q pugnis cędit, ff. de iniur. l. item apud, §. vnde quæritur, & hæc verberatio solet quandoque vocari
2 percussio, † quæ corporaliter fit, manu percutiendo, vel verberando. Dixi corporaliter: quia est alia percussio spiritualis, cum scilicet indiscretus prælatus sermone inutili corda percutit infirmorum, quæ cuiq; prælato semper est illicita, dist. 45. c. vlt. Turrecr. in summa eiusdem quæst. Et notandum, quod differt verberare, & pulsare: quia verberare est cū dolore cędere, sed pulsare sine dolore, ff. de iniur. l. lex Cornelia, §. 1. Archidiac. Gemin. & Præpos. in c. cum beatus, dist. 45. Secundo notandum est esse quadruplicem manum, scili-
3 cet charitatiuam, violentam, † iniuriosam, & temerariam. Charitatiua est, quando ille, qui ad hoc habet au-ctoritatem percutit non animo vindicandi, vel odio, sed intuitu disciplinę, & correctionis, & talis potius a fine debet vocari corrector, quam percussor: quia semper res a meliori denominanda est, & concordat glossa super illud ad Titum 1. Oportet episcopum non percussorem esse, quæ ita dicit. Non ferocem, non crudelem. Hæc glossa. Non ergo prohibet corrigere peccantes, sed esse crudelem, & ferocem, id est excessiue, & immoderate excedentem, & hæc manus charitatiua vocatur etiā violenta hoc respectu: quia inferuntur verbera nolenti, & reluctanti, licet sint salutifera, ca. paratus, 23. q. 1. & q. 4. c. ea vindicta, quam quidem manum charitatiuam possunt exercere omnes, de quibus loquitur tex. in c. cum volūtate, §. fi. tit. nostro, c. sicut la 2. 6. q. 1. l. 1. C. de emend. propinq. ca. sicut beatus, dist. 47. sed aliter, & alio modo, secundum Archid. in ca. duo, 23. q. 4. nā pater, & maritus, & præceptor habent coerctionem ver-
4 berum moderatam sine iuris ordine, l. 1. in fi. C. de emend. propinq. 33. q. 2. c. placuit, glossa in ca. Cum bea-

tus dist.45.& in d.c.sicut, episcopus vero, & iudex, & rex seruato ordine, ca.si quis potestatem, 23.q.4. ita Archid.in d.ca.duo, 23.q.4. Et omnes isti debent moderate corrigere: quia correctio excessiua culpæ, & de
5 licti † potius est inductiua obstinationis, quam emendationis, est etiã manus iniuriosa, hoc est, quãdo quis verberat animo iniuriandi, & hoc, quando fit suadente diabolo. Per talem manum incurritur excommunicatio, d.c.si quis suadẽte. Est vltimo alia manus temeraria, & nõ iniuriosa, quæ exercita in clericum facit incurrere in excommunicationem, vt notat glossa in c.tua, de sent.excom. eod.tit.c.vniuersitatis, & ca.contingit, vt est illa, quæ in clericum etiam
6 volentem adhibetur. † Sic verberãs filium constitutum in sacris incurrit in excommunicationem, ita Hostien.in c.cum voluntate, §.fi. tit.nostro, glossa 23.q.5. cap.1. idem sentit glossa in d.c.cum voluntate. Et hanc opinionem Præpos.in d.c. cum beatus, credit veram: nam habemus regulam generalem, quod verberans clericum incurrit excommunicationem, d.c.si quis suadente, ab ista regula excipitur pater, qui verberat filium in minoribus, d.c.cum voluntate, § fi. Vltimo sciendum est, quod
7 sunt multæ personæ, quæ habent coercitionem verberum, quas vide per glossam in d.ca.cum beatus, verbo grauioribus, & d.c.sicut, quæ quidem verberatio potest fieri per seipsos, & per alium. Solus autem episcopus debet verberare manibus alienis, & non suis, 86.dist.ca.non liceat, 5.q.5. cap.illi, qui Doctores in summa distin.45. Et si verberandus est clericus, non est verberandus per laicum, Alias tam episcopus, quam laicus incidunt in excommunicationem, tit.nostro, ca.vniuersitatis, nisi clericus adeo esset incorrigibilis, vt per clericos capi, & corrigi non posset, eod.tit.c.vt famæ. Sic quod diximus episcopum non posse verberare per semetipsum, verum est, si habet clericum, qui verberet: quia si non haberet, tunc posset per seipsũ verberare. Ita Archid. Geminia. & Præpos.in sum. dist.45. Vltimo notandum, quod in castigatione verberum clericis illatorum tria sunt con
8 sideranda † scilicet persona verberãtis, persona verberati, item offensa verberandi: in persona verberantis tria requirenda sunt, scilicet dignitas verberantis, animus verberandi, an scilicet ex charitate, & animo corrigendi, vel causa regularis disciplinæ, aut calore vindictæ, & odij: item potestas coercendi, vt habeat potestatem in verberatum, quemadmodum maritus, paterfamilias, mater, Dominus, & magister. Similiter in verberato tria, maxime considerantur, scilicet qualitas criminis, facilitas emendandi, & pertinacia resistendi: etenim tunc sunt verberandi, quando spernunt, nec per verba, nec alio modo se emendant. Et si quis verberat clericum non seruata ista distinctione secundum Hugo. & Lau. incurrit sententiam excommunicationis, ita Gemin.dist.45.in summa. Versiculo similiter. Quibus sic præmissis, Respondeo affirmatiuè, quod magister vigore priui-
9 legij verberando scholares, † potest etiam verberare clericos, tum, quia omnes illi possunt verberare, qui habent coercitionem verberum, sed magister computatur inter istos, glossa in d.c.cum beatus, & ibi Turrecr. ergo. Tum etiam auctoritate, tex.in d.c.cum voluntate, §.fin. verbo Magisterij, tit.nostro, vbi glossa dicit, quod modica, & eius castigatio permissa est Doctori, l.sed & si quemcunque, ff. ad l.Aquil.in fine. Non autem nimia sæuitia, quæ culpæ annumeratur, l.præcipimus, eod. tit. Quod quidem priuilegium adeo exten-

extenditur, vt possit etiam verbera-
10 re, & castigare clericum in † sacris sine metu excommunicationis, ita glossa in d.ca. cum voluntate, glossa 23.q.1.ca.1. Quod non est sic in patre, vt diximus num.6. quod priuilegium extenditur etiam ad correctorem, hoc est illum, qui gerit vicem magistri in docendo: nam licet magister ille præceperit ne percutiat, & ille percutit, non videtur incidere in excommunicationem: quia nō potest principalis magister auferre priuilegium iuris, per quod conceditur corrigere posse quem docet. Turrecr. in c. si quis suadente, num.6. 17. q.4. Extenditur etiam hoc priuilegium ad prælatum, qui potest per alium verberare, si est episcopus, vel si est regularis etiam per se, si est in sacris, sed in hoc differunt episcopi
11 a prælatis regularibus: quia constituti in sacris clerici non sunt verberandi ab episcopo nisi pro maioribus, vel enormibus criminibus, d.c. cum beatus, dist.35.ca. ante omnia, de quibus excessibus habetur tit. nostro, ca. cum illorum, sed qui sunt in minoribus licite verberantur etiam pro minoribus criminibus, glossa in sum. dist.45. Regulares vero subijciuntur verberibus secundum regulam ipsorum etiam pro leuibus culpis. Igitur ex his omnibus patet posse magistrum vigore priuilegij concessi verberare scholares etiam clericos, quamuis in sacris absque metu excommunicationis.

SECVNDA DIFFICVLTAS.

Qualis debeat esse percussio, vt sic non incurrit in excommunicationem.

SVMMARIVM.

1 *Percussio a magistro facta clerico debet fieri intuitu disciplinæ, & correctionis, & debet esse moderata, numero seq.*

3 *Percussio immoderata facit incurrere in excommunicationem.*

4 *Excommunicatus in dubio quis debet præsumi.*

5 *Epilogus eorum quæ dicta sunt.*

AD hanc quæstionem respōdeo, quod debet esse intuitu disciplinæ, & correctio
1 nis, † quo casu etiam si excedant modum, non incidunt in excommunicationem Canonis, si quis suadente: qui solum dolum prosequitur, vt colligitur ex verbis ipsius Canonis, ibi manus violentas iniecerunt. violentia enim proprie non cōmittitur sine dolo. Licet improprie possit etiam dici manus illa, quæ fit causa correctionis, & ideo est salutifera, sed improprie dicitur violenta, quatenus infertur nolenti, & reluctanti, Anchar. in c. ex tenore, tit. nostro. Quare cum percussio, quæ fit a magistro, videatur intuitu correctionis, non dicitur dolosa, sed charitatiua, quamuis fortuito casu excesserit modum in disciplina: glossa in d.ca. cum voluntate, §.fin. versic. inferiorum, tit. nostro: quia non attēditur id, quod venit accessorie, sed quod fit principaliter, d.c. cum voluntate, l. si quis nec causam, ff. si cert. pet. se-
2 cundo debet esse modica, & temperata correctio, l.3. in fi. ff. ad l. Aquil. vnde dicit tex. quod doctrina magistri debet esse humilis, c. humilis, de maior. & obed. 23.q.1.cap.1. in fine. vbi vide tex. not. Leuis enim castigatio reuerentiam exhibet castiganti, nimia vero asperitas, nec correctionem recipit, nec salutem, vt est text. notabilis dist.43.c. cum beatus; vnde dixit textus in l. preceptoris, ff. ad l. Aquil. quod nimia seueritas culpæ cōparatur: ideo si quis excesserit modum ex proposito animo irato incidit in excommunicationem, ex glos-

sa in d.c.cum voluntate, verbo inferiorum. Sed modo in præsenti casu colligitur magistrum excessisse modũ correctionis ex proposito, & appensatè; ergo. Quod colligitur ex multis. & primo: quia non verberauit animo docendi, quod probatur ex Bartolo, qui consulendo dixit, qd tunc præsumitur factum animo do
3 cendi, eo ipso, ac reperitur, quod tẽpore, quo eum percussit, monebat, vel docebat, vt discipulũ, facit quod notatur in l.3. ff. de donat. int. uir. & uxor. vbi dicit, quod illud, quod fit tempore ludi præsumitur factũ causa ludi, facit tex. in l. magister, ff. ad l. Aquil. quod nota pro modo, & practica probandi, quod animo corrigẽdi fecerit: nam qualitas illa non percipitur aliquo sensu corporeo, sed tãtum probatur eo ipso, quod eũ tunc docebat, vt discipulum, & ita consuluit Bart. quod nota perpetuo, vt dixit Mari. Soc. in c. ad audientiã, nu.
9. de homic. quod cum non fuerit in præsenti casu: quia eum nõ docebat, quando verberauit: ergo, videtur fecisse animo doloso: secundo colligitur ex genere instrumenti, cum quo quis castigat, & ex parte corporis: quia si cum baculo verberasset manum, dando palmatam, non diceretur excessisse modum debitũ, quamuis excessisset: quia non possunt verbera semper suspendi in statera, Syluest. in verbo excommunicatio 6. casu 8. in fi. & Turrecr. in d. ca. si quis suadente, nu. 7. sed iste vt ex verbis assertionis apparet verberabat cum baculo caput, & faciem, quæ quidẽ percussio dicitur grauis, vt notabiliter dixit Mar. Soc. in d. c. ad audientiam, nu. 6. & 7. propter qualitatem instrumenti, & partem corporis: nã leuis esset, si cum ferula in manu, vel cum molli cingulo, licet aliquando possit dici grauis, quamuis leuiter fuerit facta, quando in personã pueri, qui non esset robustus, sed tener, vel infirmus Archid. in c. 1. num. 4. 23. q. 1. Tertio, dum abeunte clerico, & iterum redeunte reuocauit eundem quasi ad pugnam, & ipse accepto Clauo fere sesquipalmo eo pectori clerici admoto inquirebat an pugionem deferret, & tanta ira cõmotus dixit, si gladium habuissem, vtique vulnerassem. Igitur ex his verbis quis dubitet, quod magister manus iniecerit in clericũ ex odio, & ex proposito animo irato, & ita incurrisse in excommunicationem; sed posito quod esset hoc sub dubio, tamen in dubio quis præsumitur †excommunicatus. glossa in ca. vnico, de scrutin. in ord. faci. c. facit text. in c. ad audientiam, extra de homic. c. iuuenis, de sponsal. sed modo reassumendo hæc omnia post multa præmissa circa primam difficultatem a num. 1. vsque 8. diximus magistrum ex priuilegio iuris posse verberare scholarem clericum, etiam in sacris, vt nu. 10. quod etiam extenditur ad submagistrum, quamuis præceperit magister, ne verberet. Moderatè tamen, vt nu. 1. in secunda difficultate, & intuitu disciplinæ, verum cum in casu nostro percusserit magister ex odio, & excesserit modum, vt probauimus numero 3. diximus incidisse in excommunicationem. Et hæc salua &c.

D. Iacobus de Grassijs a Cap.

DE SENTENTIA EXcommunicationis.

Thema Consil. VII.

Delegatus quidã mãdatũ habuit a Rom. Pontifice faciendi quẽdan actum possessiuum super quodam beneficio, cum facultate, vt si habuerit sibi resistentes, possit eos excommunicare, & interdicere, atque excommunicatos, & interdictos denunciare, canonica tamẽ monitione

præ-

pręcedente: accidit, quod dum vellet exequi quod in mandatis habuit, & fuisset sibi per possessores, & alios illius loci clericos aliqualis resistentia facta, nolentes ei dare possessionem beneficij prædicti, secessit a loco, & die sequenti in loco publico fuerunt inuēti cedulones affixi, vbi in specie excommunicabantur aliquæ personæ, & in genere omnes, qui directe, vel indirectè præstiterunt auxilium, vel fauorem. Item interdicebat seminarium clericorum, quod prætendebat iuridice possidere beneficium.

Hoc Consilium duabus difficultatibus absoluetur.

I. An qui in mandatis habuit, ut non non possit excommunicare nisi trina monitione præmissa, uel una pro tribus inobedientes, ualide possit excommunicare absque monitione.

II. Posito quod excommunicauerit, & excommunicatio sit nulla, an ordinatius loci imminente euidenti animarum detrimento possit illam declarare nullam, ut quia vere omnes sacerdotes in excommunicatione includuntur, & nō est qui celebret.

PRIMAE DIFFICVLTATIS SVMMARIVM.

1 *Excommunicatio absq; monitione ualet, quando pronunciat non ut iudex sed ut pars exequens officium suum. nume. 9.*

2 *Monitio excluditur in excommunicatione lata pro contumacia notoria.*

3 *Ordinarius, nec delegatus debent procedere ad excommunicationem, nisi prauia monitione, si tamen excommunicat, tenet nu. seq. sed est iniusta. nume. 5.*

6 *Excommunicatio lata a delegato, qui in mandatis habuit, ut illam ferat monitione præmissa, nulla est ea omissa.*

7 *Fines mandati sunt diligenter obseruandi.*

8 *Forma data obseruanda est, & si quid de ea omittatur, nihil agitur.*

10 *Intellectus ad textum in capitulo 11. quæst. 3.*

11 *Executoris processus est ipso iure nullus quando uenit contra formam mandati.*

12 *Excommunicatio nulla nullo modo est timenda.*

13 *Sententiam nullam incurrit, qui sententiam, quæ nulla est, non custodit.*

14 *Excommunicatus nulliter si celebrat, non est irregularis.*

15 *Excommunicatus nulliter quid faciet, vt absque peccato possit celebrare.*

16 *Excommunicatio nulla est pronuncianda, non tamen est petenda absolutio ad cautelam, nisi in dubio.*

IRCA præsentem quęstionem Diuino prius inuocato nomine, & Beatissimæ Mariæ sēper Virginis implorato suffragio, quod huiusmodi excōmunicatio non sit nulla facit primo: quia quando excommunicator pro-
1 cedit non ut iudex,† sed vt pars exequens, & defendens officium suum, si absque alia monitione excommunicat, excommunicatio non est nulla, & excusatur, cum per hoc probetur contumacia expressa nō admittētis, ita Innoc. quem sequitur Do. An. in c. venerabili, de censib. Et ita pro excommunicatione lata pro contumacia notoria excluditur monitio,
2 †sic limitatur quod dicitur in c. sacro de sent. excom. excōicationem fieri non posse nisi competenti monitione præmissa secundum Doctores communiter in cap. 1. de iudic. ut refert Decius ibi in 1. lect. n. 291. in fine cum duobus sequentibus. Igitur excommunicatio huius delegati uidetur

detur esse ualida, cum iubens exequi officium suum excommunicauerit sibi resistentes. Secundo ex traditis per Innoc. in c. illud, extra de cler. excom. minist. vbi habetur, quod nec ordinarius, nec delegatus dēt proce
3 dere ad excommunicationem † nisi monitione præmissa, 24. quæst. 3. capit. de illicita, d. c. sacro, sed tamen lata tenet, iuxta illud 11. quæst. 3. capit. 1. quod sententia excommunicationis, siue iusta, siue iniusta est timenda ob rationes, quas nos adduximus in 1. par. nostrarum decis. lib. 4. cap. 3. num. 15. Zabar. in fine cap. fin. num. 5. de præben. vbi post recensitas nonnullas opiniones dicit. Dic verius, quod immo tenet excommunicatio lata contra formam traditam. Nec procedit illa differentia, an sit lata ab ordinario, uel delegato, propter hoc, quod notat Innoc. in d. cap. illud, ubi dicit, quod nec delegatus, nec ordinarius debet excommunicare nisi monitione præmissa, sed tamen si excommunicat, ualet,
4 † & infra dicit, quod quamuis mandans intelligatur mandare, quod iuste procedatur, hoc tamen debet intelligi, pro ut est iuris, scilicet quod si iniustè, non stabitur sententiæ, sed uacuabitur cum iure propter appellationem. Et ita uidetur excommunicationem istam licet iniustam, tamen timendam, & irritandam per appellationem. His tamen non obstantibus contrariam sentētiam credimus veriorem esse: nam licet excōmunicatio lata non pręmissa canonica, & trina monitione ipso quidem iure ualeat, sed iniusta censenda sit, non tamen nulla, vt est glossa communiter recepta in cap. Romana,
5 verbo iniustas, tit. nostro in 6. glossa in cap. sacro, eod. tit. & ibi Panorm. & alij. idem in cap. qua fronte, in ca. reprehensibilis, nu. 13. ca. ad audientiam, de appellat. glossa in ca. 1. verbo cautum, tit. nostro in 6. quæ ad finem scribit excommunicationem latam contra formam illius constitutionis inualidam esse, non tamen nullam, etiam si iudex puniendus sit pœnis ibidem statutis, tamen si fue-
6 rit lata excommunicatio ab eo † qui in mandatis habuit, vt excommunicationem ferat præuia monitione pręmissa, & is excommunicauerit omissa monitione, excommunicatio dicitur nulla, quasi in hac specie lata sit cōtra formam mandati, ita Archid. in cap. 1. in fine, de offic. deleg. in 6. Innocen. & Anton. in c. illud, de cleric. excomm. minist. Gemi, & Francus in cap. Romana, §. sed nec, titul. nostro in 6. vbi Gemin. nume. 3. quærit an sit uerum indistinctè, quod sententia excommunicationis sine monitione lata non sit nulla, sed iniusta, & respondet quod aut fertur ab ordinario, & est iniusta, vt d. §. sed nec. Aut fertur per delegatum, & tunc est nulla, quod est verum, quando delegatus proferret contra formam mandati, secus si non proferret cōtra dictam formam, & hoc per tex. in cap. uenerabilibus, de offic. deleg. in c. fin. verbo irritum, de restitut. spoliat. vbi dicit glossa, nota quod dicit irritum. Et ita patet, quod iudex, quando non seruat formam mandati, ipso iure irritum est, quod facit, capitulo cum dilecta, de rescriptis. Villagut de extens. legum titu. de extensione cuiuscunque dispositionis non seruata forma, numero 9. & ratio est: quia fines mandati sunt
7 diligenter † obseruandi, arg. ff. mandat. l. diligenter, & Panor. ibi numero 4. & in d. cap. fi. dixit, quod si alias habenti potestatem excommunicandi, mandetur a superiore, vt excommunicet certa forma data, quod ea non seruata non tenebit excommunicatio, quod procedit, ut saltem requiratur vna, & specialis monitio, quāuis periculum graue immineret, puta: quia omnes habent gladios extra

ctos,

ctos,& multa(nisi occurratur)homicidia sunt patrata,argumen.tex.in l. æquissimum,ff.de vsufr.ff.de damn. infect.l.1.ita Hosti.in d.cap.Romana,nu. 2.sic in cap.1.extra de baptis. dicit quod forma data seruanda est,
8 & si quid de ipsa † omittatur, nihil agitur:ab ipsa ergo recedendum nõ est,ff.ad munic.l.constitutionibus, & l.2.§.fina.& de censib.l.forma,extra de re rescript.cap.cum dilecta in fine,de offic.præfe.prçto.l.forma.ff. de admini. tut.l. Diuus, cum simil. vnde formæ quis astrictus est, ne faciat aliter,ff.de appellat.l.aliter in fine,quæ mutari non debet, immo ea neglecta quod actum est infirmabitur,de præd.curiali.li.10 l.1.quin ẽt est ipso iure irritum, ut supra diximus,extra de restit.spoliat.cap. fina. forma nanque dat esse rei, & ea mutata,& c.ff.ad exhib.l.Iulianus,§.sed si quis,notat Innoc.extra de consec. eccle.in rub.etiam si mutetur in melius,ff.de verbo. signific.l.mulieris, §.1. cum ibi not. nam paria sunt aliquid facere contra legem, vel contra formam,C.de sacro sanct.eccles. auth.quæ res,cum ibi not.sed modo non obstant in contrarium adducta & primo,quod quando quis nõ procedit vt iudex, sed ut pars volens exequi officium suum, tunc si excommunicat absque aliqua monitione, excommunicatio nõ est nulla: quia respondeo quod Innocentius in d.c. loquitur,quando episcopus exequẽs
9 officium suum uisitandi † non admissus excommunicaret absque alia admonitione:nam cum per hoc probetur contumacia expressa non admittentis, poterit excommunicare: nam tali casu quamuis postea apparebit de iniusta excommunicatione reuocabitur sententia, tamen non puniretur episcopus propter eam. Igitur quando procedit ut pars, quæ iura sua defendit,potest excommunicare absque cognitione,& admonitione,facit text.in cap.dilecto.tit. nostro in 6. At hic non procedit ut pars, quæ iura sua velit defendere mucrone suo spirituali, sed vt delegatus,qui cum habeat in commissis, ut possit excommunicare canonica admonitione præmissa, & non obseruauerit fines mandati dicimus excommunicationem esse nullam. Pariter neque obstat,quod nec ordinarius, ne delegatus debet procedere nisi canonica monitione præmissa, vt patet 11. quæst.3 capitulo 1.quia illud procedit, quando non proferret contra formam mandati: quia quando contra illam, tunc esset etiam nulla per text.in cap.cum dilecta, de rescriptis. vnde non obstat tex.in capitulo 1.11.quæst.3.vbi sententia pastoris siue iusta, siue iniusta
10 timenda est:† quia ibi Gregorius Papa loquitur de excommunicatione lata ab ordinario sine monitione: quia illa erat iniusta, sed si a delegato,illa erit nulla,ut dixit Arch. in d. c1.in fi.de off.deleg.in 6.Tũ ẽt: quia
11 delegatus dr̃ † executor, Abb.in c.si quis,contra,n.4.& in repet.n.51. de foro cõp.sed vt executoris processus est ipso iure nullus, qñ uenit contra formam mandati, Dom.Ant.in capitulo fina.num.2.extra de præben. sic & excommunicatio lata contra formam mandati: Quare in hoc casu,quando est nulla, ut dixit Sy. & Gabr.in 4.sent.& nos adnotauimus in 1.parte nostrarum decis. lib.4.capitulo 3.num.13.cum nulla præces-
12 serit monitio, † non oportet eam timere,nec se pro excommunicatis habere, uitando communionem sacramentorum, & hominum,quoniam quod non est, non oportet timere, sed dum sententia est nulla, iam nõ est excõicatio nec quoad Deum,nec quo ad ecclesiam: ergo nec quo ad Deum, nec quo ad ecclesiã est timẽda:quia sc̃dm ueritatem nullã sñĩam
13 incurrit,qui eã,quæ nulla est † nõ custodit.

stodit. Hostien. in summa eodem titul. §. quis sit eius effectus, versicul. Hæc vera, qui dicit si sententia nulla est ipso iure, nec timenda est, nec tenenda. Timendum tamen est nõ de sententia, sed de scandalo proximi ignari nescientis sententiam esse nullam, & quo ad illud seruanda est in publico, quousque scandalum rationabiliter sedatum fuerit, licet si quis cum scandalo celebrauerit,
14 aut se diuinis † immiscuerit; non erit irrigularis: quia nunquam fuit excommunicatus, atque irregularitatis pœna ideo non ligatur, cum ea hac in specie non ratione scandali, sed excommunicationis inflicta fuerit: Arbitror tamen peccare grauiter, & quidem mortaliter, qui cum scandalo coram ipsis, qui excommunicationem nullam fuisse prorsus ignorabant, celebrauerint, aut diuinis immiscuerint, ita post Palu. in 4. sentent. distinct. 18. quæst. prima, column. 3. affirmat Couar. in capitulo alma mater, prima par. §. 3. uersicul. cæterum, de sentent. excommun. in 6. Quare ad sedandum scandalum si aliquis publice excommunicatur, & denũciať, & ex aduerso publicet
15 sufficienter & ipse causam, † propter quam sententia est irrita, quo facto potest non parere sententiæ. Et tunc si aliquis scandalizatur non est scandalum pusillorum, sed pharisæorũ, attamen non tenetur eam seruare in occulto ante scandali sedationem sed neque in publico coram sapientibus, quibus nota est nullitas sententiæ, ita Gabr. in 4. sentent. distin. 18. quæst. 11. columm. antepenult. An
16 uero sit pronuncianda nulla, Gem. in cap. solet, §. 1. num. 12. titu. nostro in 6. dicit, quod ubi constat eam esse nullam, pronuncianda est talis, ita quoque Philippus Francus in eod. cap. num. 9. Addens non debere dari absolutionẽ ad cautelã, cum constet esse nullam, sed tunc solum peti potest, quando dubitatur de nullitate. Et hæc quo ad primam difficultatem.

SECVNDA DIFFICVLTAS.

Posito quod excommunicatio lata a delegato excedente fines mandati sit nulla, an ordinarius loci imminente euidenti animarum damno possit illam declarare nullam, ut quia fere omnes sacerdotes includuntur, & non est qui celebret.

SVMMARIVM.

1 *Excommunicationem nullam pronunciare ad quem pertineat, numero sequen.*
3 *Appellatio non defendit in notorijs male gestis.*
4 *Delegatus Papæ si grauat partem, & hoc est notorium, poterit de hoc haberi recursus, ad loci ordinarium.*
5 *Epilogus eorum, quæ dicta sunt.*

CIRCA præsentem quęstionem respondeo, q licet uideatur ad eum pertinere pronunciare excommunicationem nullam, ad quem pertinet absolutio, & ita ad superiorem eius,
1 † qui excommunicauit, uel ad proferentem iuxta notata per Domin. de S. Gemin. in d. cap. solet, §. 1. num. 6. & per Franc. numero 13. tamen credimus posse ordinarium illius loci, in quo fuerunt affixi cedulones, illã
2 posse pronunciare nullam, † ad finem, ut sui clerici possint celebrare, argumen. text. in cap. sollicitudinẽ, de appellat. vbi habetur ibi, quod licet sit appellatum ad Romanum Põtificem a sententia alicuius ordinarij, tamen si aliquid innouat, quod sit notorie iniustum, potest adiri proximus superior, ut declaret talem actum nullum, non obstante appellatione

tione ad Papā interposita, facit text. in cap. consuluit, extra de appellat. bonus tex. in c. i § notoria, de censibus in 6. vbi in notorijs male gestis
3 appellatio non defendit, † & nec adimit appellantem a iurisdictione iudicis, a quo & similiter nō eximit iudicem iniuste pronunciantem a iurisdictione proximi superioris, & ita est argumentum, & sic videtur casus noster: quod si delegatus Papę grauet partem iniuste, & hoc est no
4 torium, poterit de hoc haberi recursus ad ordinarium loci, ut quod notorie male gessit delegatus, corrigat, & reformet, quod dic, ut per Cynū in auth. qua in prouincia, C. vbi de crim. agi opor. ita notabiliter dixit Anch. in d. cap. sollicitudinem, nu. 5. uers. Tertio nota. & nu. 6. sed modo reassumēdo hæc omnia diximus in prima difficultate, numero sexto, quod delegatus, qui in mandatis ha
5 buit, † ut non possit excommunicare nisi trina monitione pręmissa, uel vna pro tribus inobedientes, tunc si is excommunicauerit omissa monitione, talis excommunicatio dicitur nulla, quasi in hac specie lata sit contra mandati formam, quæ diligenter est obseruanda, ut a nume. 6. vsque 8. At quando fertur excommunicatio ab ordinario sine monitione, & tunc excommunicatio erit iniusta, vt numer. 6. quod etiam de delegato corroboratur, ut numer. 11. quare lata a delegato absque monitione non est timenda, cum non sit excommunicatus, vt numero 12. si tamen adesset scandalum, si celebrauerit, uel diuinis se immiscuerit cū scandalo, non erit irregularis, cum non sit excommunicatus, sed peccat mortaliter, nisi ex aduerso publice excommunicatus, vel denunciatus publicet causam, ob quam sententia est nulla, vt num. 14. & 15. at circa secundam difficultatem diximus ordinarium loci, in quo fuerūt affixi cedulones posse pronunciare nullam ad finem, vt clerici possint celebrare vt a nu. 1. vsq; ad 5. Et hæc salua &c.

D. Iacobus de Grassijs a Capua.

DE SENTENTIA EX communicationis.

Thema. Consilij VIII.

Ex oblato mihi processu, & information capta contra R. D. A Canonicum ecclesię cathedralis Archidiaconum, & alium eiusdem ecclesiæ canonicum de iniuriosis verbis, actibus, & pugnis sibi inuicem dictis, & sequutis antę altare sanctissimi sacramenti in die veneris, cum ad decantandas vesperas cum alijs canonicis conuenissent, ijsdem inchoatis itidemque postea completis de iterato eorundem duello in sacrarij loco coram cæteris canonicis pro vt in actis. Quæsitum est a nobis consequenter de tribus, &

I. An episcopus possit illos absoluere ab huiusmodi excommunicatione.

II. An teneātur actione iniuriarum, duo qui inuicem sibi iniuriam dicunt.

III. An teneantur sibiipsi remittere iniuriā, & qualiter remitti possit.

Primae Difficvltatis

SVMMARIVM.

1 *Offensæ triplex genus, leuis, mediocris & enormis.*

2 *Episcopus in quibus casibus absoluere possit ab enormi.*

3 *Offensa an grauis sit, uel enormis ex coniecturis cognoscitur.*

4 *Offensa enormis, vel leuis in arbitranda qualitate, & quantitate non ad Papam sed ad ep̄um recurrēdū est.*

Ar-

5 *Arbitrio alicuius quando quid committitur, tunc arbitrari debet ut bonus vir.*
6 *Offensa in dubio declaranda est potius grauis quam leuis.*
7 *Offensa enormis an cognoscatur respectu loci. nume. 15.*
8 *Offensa an dicatur enormis ratione notorietatis, ut quia fit in iudicio, cum fit notorium iuris, & quare.*
9 *Offensa an censeatur enormis ratione scandali.*
10 *Et quid si sit in conspectu iudicis, & coram sanctissimo sacramento.*
11 *Iniuria an augeatur ratione temporis.*
12 *Offensam enormem ad constituendam duo requiruntur, percussio grauis, & scandalosa. nu. 14.*
13 *Statutum, quod grauiter verberant cum sanguinis effusione puniatur in tantum, non procedit in leuiter uerberante.*
15 *Percussio facta a duobus presbyteris in loco publico manibus, & pedibus, fuit iudicata leuis.*
16 *Leuis etiam per Lapum fuit indicata facta in ecclesia cathedrali in ecclesia collegiata.*
17 *Absoluere quando episcopus ab offensa mediocri possit.*
18 *Vicarius generalis episcopi an possit absoluere ab excommunicatione si quis suadente num. seq.*
Absolutio ab excommunicatione est iurisdictionis episcopalis & ideo potest uicarius sede uacãte absoluere.

CIRCA primam Redemptoris crucifixi inuocato auxilio, & Beatissimæ Mariæ meæ singularis patronæ implorato suffragio, antequam ad decisionẽ quæstionis deueniam, sunt a nobis aliqua prælibanda, & primum, quod habemus triplex genus offensæ, nẽ-
1 pe leuis, grauis, & mediocris, † inter quas sic distinguendum est, ut in leui epus oẽs indifferenter absoluat, cap. peruenit titul. nostro, quæ quidem decretalis loquitur de episcopo, ut patet ibi. Tuæ fraternitati, c. quam graui, extra de crim. falsi quæ continet ius commune. Idem tenet Hostiensis in sum. eod. titul. §. quis posset excommunicare, sub §. secunda regula, idem tenet gloss. 2. quæst. 1. cap. in primis. idem Ioan. Andreas in c. religioso, eod. tit. in 6. & idem tenet Ioan. Andr. in d. cap. peruenit, qui distinguit inter leuem, mediocrem, & enormem, ut in leui indifferenter absoluant omnes episcopi, in mediocri certas personas priuilegiatas, vt ostiarios, qui nostro uocabulo uocari possunt birruarij, aut apparitores, uel satellites, aut officiales, c. si uero, 1. tit. nostro, l. prohibitum, C. de iure fisci. lib 10. Item seruos, c. relatum, tit. nostro, clericos communiter viuentes, & religiosos professos, in enormi nullos, nisi in casibus, qui
2 bus Papam non possent adire, † qui numerantur, in c. quamuis, titu. nostro, (v. g.) imminente mortis articulo, c. non dubium, tit. nostro, infirmitate, inimicitia, c. de cætero, c. de his, eod. tit. aut inopia, facit tex. in cap. si quis testium, extra de testi. c. ea noscitur, de sent. excom. puerili, aut senili ætate, cap. 1. cap. fin. eod tit. fragilitate sexus, eod. tit. cap. mulieres, cap. de monialibus, seu alia corporis impotentia, ut quia mutilatus in pede, siue quolibet impedimento canonico, eod. tit. c. quod de his, quæ omnia impedimenta ponuntur in d. c. quamuis. Et ita interpretatur illam decretalem consuetudo, quę est optima legum interpres, ita Ioan. Andr. & Anchar. in d. c. peruenit. Secũdo sciendum est, quod cum cognoscatur iniuriam esse leuem, uel enor-
3 mem ex coniecturis, † instit. de iniur. §. atrox, extra de re iudic. c. cum te, & ibi notatur, fit, quod est recurrendum ad arbitrium episcopi, d. c. peruenit, ibi arbitrio, vel eius vica

rij generalis: quia hoc non est ordinis, sed iurisdictionis episcopalis, Zabarel. consf. 42. uel Abbatis, aut alterius, qui habet iurisdictionē in monachos, vel religiosos ad iudicandū an læsio sit leuis, enormis, aut medio cris, ita habetur ex Innoc. glossa, & Abbate antiquo in c. cum illorum, de sent. excomm. vnde Panorm. ibi num. 9. dixit. Nota quod in arbitranda, vel iudicanda qualitate, & quan-
4 titate iniuriæ enormis non est necesse recurrere ad Papā, sed episcopus, vel Abbas arbitrari potest: quia ex quo eis conceditur certis casibus absolutio, ipsi possunt cognoscere, an eorum sit iurisdictio, argum. tex. in c. super literis, de rescript. & in l. si quis ex aliena, ff. de iud. sed caueant ipsi, ne dicant leuem, vbi est enormis. Hæc Panormit. Quare ex his collige, quod quando aliquid cōmit
5 titur alicuius arbitrio, † tunc dēt arbitrari vt bonus uir, & si aliter arbitretur, potest ab illo appellari, ut dixit Mari. Soc. in cap. non inter, nu. 22. in fi. extra de purgat. canon. quod clare hoc apparet per Zabar. in d. c. peruenit in fine, qui dicit, quod si episcopus inique arbitraretur, præter peccatum mortale poterit ab eo appellari per eum, cuius interest, de dilat. c. 1. ubi per eundem Zabar. Tertio notādum est, quod potest cognosci iniuria qualis sit ex coniecturis, ut supra diximus, sed in dubio potius est declaranda percussio grauis,
6 † ita quod ab ea non possit absoluere nisi a leui episcopus, præbendi occasionem lædendi statum ecclesiasticum, ita habetur in extrau. Ioan. 22. perlectis. ibi admonentes. Quibus sic præmissis, quod percussiones istæ censendæ sint graues, faciunt hæc & primo. Cognoscitur iniuria
7 enormis respectu loci: nam honestus, celeber, aut publicus locus facit iniuriam grauiorem, & pœnam duriorem inferri, ut ff. de iniur. l. prætor, §. atrocem. cum concord. vnde in domo grauius peccatur, quam extra domum, & grauius in propria, quam in aliena. eod. titul. l. lex Cornelia in princ. & §. domū, de effractor, l. 1. §. expilatores: quare grauius punitur, si quis percutitur in theatro, uel foro coram multis personis, l. prætor edixit, §. vlti. l. sed & quæstionis. & l. lex Cornelia, §. lex itaq. ff. de iniur. instit. eod. §. atrox & multo fortius si in ecclesia, aut cœmiterio, vt præfati doctores nemine discrepante affirmant, ut in d. c. cum illorum, per tex. in cap. cum pro causa, eod. tit. 17. q. 4. cap. quisquis, & §. qui autem. Hinc fit, quod eadem subtractio ratione loci quandoque sacrilegium erit, ut si aufertur non sacrū de loco sacro, d. c. quisquis, quæ grauius est punienda, quam simplex furtum: quæ autem sint pœnæ sacrilegij, uidendus est Lucas de Penna in l. 1. C. ut dignitatum ordo seruetur, l. 1. sic grauius est puniendus, qui in loco iudicij, & coram iudice deliquit: nam videtur magis contemnere, facit ꝙ notatur in c. cum nonnulli, de rescr. nā uř esse locus iudicij locus insignis. Hinc quod committitur in iudicio, dicitur notorium iu-
8 ris: † quia ibi semper adsunt multi extra de excep. c. exceptionem, § fi. & ibi glossa 11. q. 7. cap. alieni 30. q. 5. c. incerta in fine. Hinc quod fit in iudicio, dicitur factum apud acta publica, & ideo qui ibi deliquit, punitur statim, & absque causæ cognitione fit condemnatio, & executio, Bartol. in l. scriptus, ff. de relig. & sumptib fune. Paris. consf. 147. nu. 11. & 12. lib. 4. Hyppol. de Marsil. singul. 549. Menoch de arbitr. iudic. lib 2. casu 263. numer. 23. quod intellige cum grano salis ut per Lucam de Penna, C. de dignit. li. 12. l. quoties, col. 6. quod potest poni exemplum in iniuria, quam litigantes, vel eorum aduocati uicissim sibi inferunt

in in-

in iudicio, l. quisquis, C. de postul. nam statim post illatam iniuriam possunt ut infames condemnari inferentes, ut ibi colligitur, prӕterquã quod grauius sit puniendum delictum, facit tex. in l. aut facta, §. fin. ff. de pœnis. igitur cum excessus dicatur enormis ratione notorietatis: quia clericus est percussus in platea, vel theatro, uel in ecclesia, aut simili loco publico, ut dixit in specie Abbas in d. c. cum illorum, numer. 9. & Mar. Socin num. 35. fit, ut cum prӕfati canonici se percusserint in ecclesia coram multitudine canonicorum circiter viginti astantium ad canendas vesperas, quod episcopus a talibus iniurijs absoluere non possit: quia non possunt dici leues, ex quo sunt notorię, d. §. atrox. Abb. in d. c. cum illorum, num. 9. secundo iniuria enormis dicitur, quando est
9 scandalosa,† Hosti. in d. c. cum illorum. Anto. de Butrio ibi num. 31. circa finem: quia nihil faciendum est cum scandalo, c. nihil, de pręscr. & omne delictum efficitur grauius propter scandalum, & populi notitiam, ad hoc 30. q. 1. cap. fina. extra de tempor. ordin. c. fin. facit text. in c. ex litteris, 1. extra de homic. ubi solum scandalum, & infamia delicti etiam non data culpa facit aliquem irregularem. Hinc Anchar. in d. c. cum illorum, n. 11. dicit, ꝙ ideo absolutio Papӕ reseruatur, quãdo monachus percutit clericum secularẽ propter scandalum uitandum: nam scandalizarentur clerici seculares, si ipsi percutientes monachos cogerẽtur ire Romam pro absolutione, & non e contra monachi verberantes eos, facit tex. in cap. religioso, tit. nostro, in 6. Et ita propter scandalum quӕ erat Abbatis, est Romani Pontificis, Anto. de Butrio nu. 9. igitur cum tales percussiones fuerint factę coram multitudine personarum, fit, quod fuerint notoriӕ, ut supra probauimus, si notoriӕ: ergo scandalosӕ, cum scandalum oriatur ex notitia populi ad hoc 30. q. 1. cap. fina. Tertio iniuria efficitur enormis, qñ
10 fit in conspectu iudicis,† d. §. atrox, Host. nu. 10. Io. Andr. eo. nu. Ancharan. nu. 7. Zabar. nu. 10. in d. c. cum illorum. est etiam tex. in l. prӕtor edixit, §. fina. ff. de iniur. & ratio est quam supra apposuimus: quia quӕ fiunt in iudicio, dicuntur acta publica: quia semper ibi multi assistũt, de custod. reorum. l. 1. quare si iniuria leuis iudicabitur enormis facta in conspectu iudicis terreni, multo magis, quando erit facta coram Deo altissimo. Hinc refert quidam insignis Modernus ĩ curia ecclesiastica Neapolitana fuisse iudicatam grauem percussionem duorum clericorum, qui adinuicem pugnis se percusserant sine sanguinis effusione, & sugillatione carnis coram sanctissimo sacramento. Quarto solet augeri iniuria ratione temporis: vnde eadem specie delicti grauius puniendus esset, qui die veneris sancti delin
11 queret,† quam die carnis priuij, & qui die feriato, quam qui die non feriato, facit text. in c. in nonnullis, extra de Iudӕis, & quod traditur, extra de ferijs per totũ. Quare cũ isti inuicem se percusserint die veneris tempore diurno, dum cantabantur vesperę coram multitudine canonicorum, fit, quod tali respectu iniuria leuis efficiatur enormis: igitur ex his omnibus uidetur episcopum nõ posse illum absoluere, sed quod oportet prӕfatos Canonicos personaliter debere se prӕsentare ad summum Pontificem, nec etiam posse absolui ab habentibus potestatem absoluendi a casibus summo Pontifici reseruatis, licet per ipsos fuerint priuilegia posita in usu: quia excipitur casus inijcientium manus uiolentas in clericum, iuxta tenorem canonis si quis suadente 17. q. 4 ut habe-

habetur per quandam declarationē
cuiusdam decreti Sacræ Congrega-
tionis Illustrissimorum Dom. Car-
dinalium habitam die 26. Nouem-
bris 1602. At pro contraria parte, ꝙ
talis iniuria sit iudicanda leuis, &
ita quod absolutio spectet ad episco
pum. primo facit, quod duo requirū
tur ad constituendam læsionem e-
12 normen, † grauis ictus, & magna
effusio sanguinis, non tamen proue
niens ex loco, vbi de facili exire so-
let, vt si quis percuteretur in nare,
maxime tempore æstatis, vt omnes
concludunt per glossam in c. cum il
lorum, tit. nostro, quæ secundū Do.
Antonium de Butrio, num. 33. facit
pro statutis dicentibus, quod enor-
miter verberans cum sanguinis ef-
fusione puniatur in tantum: nā non
est puniendus pœna statuti, qui le-
uiter percutiens in nare multum sā
guinis inde fluxerit. Quare cum in
casu nostro ex qualitate actus non
possint dici graues percussiones, cū
non fuerit peruentum ad grauem
effusionem sanguinis, ex graui ictu
prouenientem, (verbi gratia) gladij
ictus, vel fustis, aut alterius rei, quæ
armorum nomine valeat compre-
hendi, l. 1. §. armis, ff. de vi, & vi ar-
ma. Immo nec ad minimam, nec e-
tiam fuit peruentum ad magnam li
uorem, vel effractionem ossis sine
sanguinis effusione, arg. eorum, quę
dicuntur per glossam 3. in c. vnic. de
consec. eccl. vel alta. in 6. vel ad occi-
sionem, aut membri truncationem,
aut quia ex percussionibus remansit
cicatrix: ergo cum nihil horum fue
rit, censenda erit percussio leuis. Se-
cundo ex opinione Nauarr. in Ma-
nua. capit. 27. numero 92. quæ satis
probabilis est, quod ad iudicandam
enormen læsionem duo requirun-
14 tur, † vt percussio sit in se notabi-
lis, & scandalum magnum pariat,
hinc fit, quod non semper erit iudi-
canda percussio grauis illa, quæ fit
in foro, vt in loco publico, vel in ec-
clesia, nisi etiam sit percussio grauis.
Hinc consuluit Domin. Cardin. Za
bar. consil. 42. fuisse percussiones le-
ues factas a duobus presbyteris, qui
vnus vocabatur D. Iacobus, & alius
15 Vinciguerra † suppositi iurisdictio
ne episcopatus Adrien. qui venien-
tes a S. Petro de Adrio, dum essent
in itinere deuenerunt ad rixam, in
tantum quod alterutrum cum ma-
nibus, & pedibus se percusserunt si-
ne sanguinis effusione: quia attenta
societate, propter quam sæpe surgit
rixa, ad hoc de vita, & honest. cleric.
capit. quoniam, eiusmodi offensa iu
dicanda est leuis, tum etiam, quia li
cet facta fuerit in loco publico, non
tamen fuit grauis. pariter Lapus al
legat. sua 76. iudicauit leuem fuisse
percussionem duorum presbytero-
rum, quos proprio nomine, & fami-
lia vocat. qui cum alter esset paro-
chus, & alter Canonicus ecclesiæ
Aretinę dictus Plebanus perpetuus
Canonicum in maxilla dextra per-
16 cussit † sine sanguinis effusione a-
pud cathedralem ecclesiam Areti-
nam, & dicit episcopum posse ab
hac excommunicatione a iure lata
absoluere; & ratio est: quia dicta
percussio facta vacua manu, & sine
sanguinis effusione leuis dici po-
test. Idem etiam concludit Roma-
nus sing. 502. Lapum etiam sequun
tur Apostilla ad Abbatem in dicto
capitu. peruenit, & Felinus ibidem
in princip. idem etiam videtur con-
cludere Philip. Decius in cap. perue
nit, columna 3. versicul. & quod de
appellat. Et ita patet, quod conclu-
sio Lapi sit ab omnibus recepta, &
approbata. Immo etiam forsitan
posset dici, quod etiam si iniuria
fuisset mediocris, & non enormis,
dicta absolutio fieri potest ab epi-
17 scopo: † nam ipsi percussores ad in-
uicem erant in eadem ecclesia socij,
qui diebus singulis in eadem eccle-
sia

sia cathedrali ad officia, & alios actus conueniebant, & in ipsa ecclesia venerunt ad verba, & de verbis ad percussiones,& communio parit discordiam, & priuilegium videtur esse non solum religiosorum, sed etiam secularium clericorum communiter viuentium, vt absolui possint a diœcesano, dummodo non sit grauis, aut enormis; qualis non fuit ista. Et tenendo hanc opinioné non obstant in contrarium adducta. & primo, quod iniuria leuis efficitur enormis ratione loci, vel quãdo fit in conspectu Dei altissimi: quia vt supra per allegationem Lapi communiter approbatam per additionem Quinti Mandosij ad Lapum habetur, fuit declarata percussio leuis facta per presbyterum facta in ecclesia cathedrali, in qua erat Sanctissimum Sacramentum. Rursum nec obstat, quod percussio efficitur enormis propter notorietatem: quia iam per Zabar. in dicto consilio 42. habuistis percussionem factam in itinere per viam publicam fuisse declaratam leuem. Sic nec obstat, quod cum ista percussio fuerit facta die veneris: ergo ratione temporis debet iudicari enormis: nam respondeo illud esse intelligendum, quod sit iniungenda grauior pœnitentia in foro conscientiç, non autem, quod percussio leuis efficiatur enormis, cum ad illam constituendam duo requirantur, vt sit percussio grauis, & scandalosa, primum non fuit, at secundum licet fuerit respectu Canonicorum facile tamen illud potuit sedari per reconciliationem, & pœnitentiam.

18 An vero Vicarius episcopi † possit ab hac excommunicatione absoluere, Respondeo, quod non: nam in illis casibus, in quibus ex officio cõpetit absolutio præstita satisfactione, vt in cap. de cætero, tit. nostro, & in capit. in his, quibus, & vtrobique Canonistæ, de offic. ordin. & in cap. ea noscitur, vbi Abbas, de sentent. excommunicat. qualis est absolutio ab excommunicatione si quis suadente ob percussionem leuem non potest eius vicarius generalis absoluere, probat hoc glossa in cap. 2. verbo refutatur, de pœniten. & remiss. in 6. vbi Archidiac. Abbas in capit. nuper, numero 61. Felin. numero 1. columna 2. nisi adsit speciale man-

19 datum episcopi, † vt probatur in dicto cap. final. de offic. ordin. Felinus post Imolam, & Butrium in cap. ab excommunicato, de rescript. glossa in dicto cap. de cætero, verbo licet. Lancellot. in §. in his autem, instit. titu. nostro. Ita in proprijs terminis dixit Lapus vbi supra numero primo. Quo quidem casu cum speciale mandatum habeat, potest absoluere, cum absolutio ab excommuni-

20 catione non sit † ordinis, sed iurisdictionis episcopalis, Zabar. in dict. consilio 42. Hinc fit, quod poterit Vicarius sede vacante ab illa absoluere, cum succedat in iurisdictionalibus, vt habetur in capitu. vnic. de maio. & obedien. lib. 6. etiamsi excommunicatio sit lata a iure, modo alteri non sit reseruata. Nauarr. in Manu. cap. 27. numero 39. sic etiam poterit Vicarius excommunicare, cum qui possit vnum, possit & alterum, c. verbum de pœnit. dist. 1.

SECVNDA DIFFICVLTAS.

An teneantur actione iniuriarũ duo, qui sibi inuicem dicũt iniuriã.

SVMMARIVM.

1 *Iniuria quæ, & quis illam facere dicatur.*

2 *Iniuriam si tu mihi, & ego tibi dixi ambo iniuriarum actione tenentur.*

3 *Prouocans ad iniurias puniendus est: quia grauius deliquit.*

IN

1 IN hac quæstione prænotandum est, quod iniuria est omne, quod non iure fit, ff. de iniur. l. 1. in princ. vel quod fit contra iuris ordinem. Item iniuriam facere dicitur, qui aut pulsatione violat corpus, aut conuitio aures, aut turpitudine vitam alicuius, hoc sic prænotato dixit Lucas de Penna in l. etrat. C. de castr. pecul. mili. libro 12. quæstione 4. quod si tu
2 mihi, & ego tibi iniuriam † dixiam bo tenentur, argum. ff. de damn. infecto l. damni, §. si vicinus, C. de adult. l. quoniam cum glossa, versic. Sed cur non licet, & 22. quæstione 2. capit. si quis per. & nec admittitur compensatio, ff. de compensat. l. si ambo in princip. & §. quoties. Prouocans vero est grauius puniendus,
3 22. quæstione 5. capitu. ille, qui, quia grauius deliquit, argum. dist. 56. ca. fi. in fine, & patet, ff. si quadr. paup. fecis. dica. l. 1. §. cum arietes, versic. ideo.

TERTIA DIFFICVLTAS.

An teneantur sibi ipsi remittere iniuriam, & qualiter fiat remissio.

SVMMARIVM.

1 *Iniuriam remittere nullus tenetur sine satisfactione, immo quandoque bene facit nolenti satisfacere non remittere nu. seq & nu. 3.*
4 *Iniuria quando præsumatur remissa.*
5 *Filia nubens contra voluntatem parentum cum indigno potest exhæredari.*
Epilogus eorum, quæ dicta sunt.

AD quæstionem respōdeo, quod nullus tenetur remittere iniuriam absque
1 satisfactione, † nisi velit, sed rancorem statim remittere tenetur, c. fin. de pœnit. dist. 5. Quod intellige de rancore, qui est in voluntate: quia rancor, qui consistit in sensu ad libitum expelli non potest, sicut nec amor, sicut nos diximus in nostris decis. lib. 1. par. 2. ca. 72. nu. 5. At quando quis non vult satisfacere, non teneatur remittere, immo
2 bene facit † quandoque quis, vt agat actione iniuriarum, non solum ciuiliter, quæ quidem actio iniuriarum in quibus consistat, late dixi Robertus Maranta de ordine iud. in 4. parte in 1. distinct. iudiciorum, sed etiam criminaliter, vt reus pœnis a iure statutis puniatur; nam & si vitiosa sit ipsa vlciscendi libido, non tamen, quam lex statuit, est iniqua, 23. q. 3. c. sex differentiæ, immo bene facit quandoque quis agendo
3 actione iniuriarum, † ne crimina remaneant impunita, c. vt famæ, de sent. excommun. 43. dist. c. & qui emendat, 23. q. 5. c. de occidendis. Et hoc zelo iustitiæ ad comprimēdam malitiam, vel pro pace aliorum, vel pro emendatione peccatoris ad cohibendum eum ab alijs iniurijs, vt nos diximus in nostris decis. lib. 2. c. De odio in 1. par. Hæc autem remissio iniuriæ fieri potest non solum expresse, sed etiā tacite, etenim tunc
4 remissa præsumitur † iniuria, quando iniuriatus visit, lusit, vel comedit cum iniuriante, hinc refert Camillus Salernus in consuet. si qua mulier, de alimen. præstandis, versic. in omnibus casibus in fine, ibi ad id autem, quod si filia in vita parentū contra eorum voluntatem contraxit matrimonium cum indigno,
5 † ita quod causam exhæredationis incurrit, per amicitiam, & conuersationem præsumatur remissa, vt diximus in 2. parte nostrarum decis. lib. 2. capitulo 17. numero 21. Sed modo reassumendo hæc omnia in prima difficultate diximus in præambulis, numero primo in leui offensa indifferenter episcopum ab-

soluere omnes, in mediocri priuilegiatos, in enormi nullos, nisi in casibus a iure expressis, numero 2. At quæ sit leuis, mediocris, aut enormis, remittitur arbitranda episcopo, vt bono viro, vt numero 3. & 4. sed in dubio potius est iudicanda grauis, vt numero 6. sed in casu, de quo quæritur arbitrati sumus posse episcopum absoluere ab excommunicatione ob proiectionem pilei, & candelabri ante Sanctissimum Sacramentum dum celebrabantur diuina factam die veneris a duobus canonicis tangentium ipsos, ut a numero 12. vsque 18. respondendo obiectis a numero 7. vsque 12. Rursum posse Vicarium episcopi ab hac absoluere, si habuerit ad hoc speciale mandatum, vel sede vacante, vt a numero 18. vsque in finem. Verum isti, qui sibi inuicem iniuriam fecerunt, possunt agere actione iniuriarum, & si grauius sit puniendus prouocans, vt in 2. difficultate. Qui tenentur illam remittere præmissa satisfactione, alias secus, semper tamen rancorem, qui in voluntate consistit: remitti etiam præsumitur iniuria tacite, vt in 3. difficultate, numero 4. & 5. Et hæc salua &c.

D. Iacob. de Graff. a Cap.

DE SENTENTIA EXcommunicationis.

Thema Consil. IX.

Dum homicidium occultum esset commissum, nullusque ibi interfuisset, nisi clericus, vocatus fuit de mandato iudicis laici facto sine scriptis ministro iustitiæ, vt veniret ad proferendum testimonium, qui adueniens dixit se non posse testificari; timebat enim se puniendum ab ordinario, si eo inscio fecisset. Ad quod iudex hortatus fuit eum, vt testificaretur: quia dum actus occultus esset, non poterat deuenire ad cognitionem ordinarij, & ita dicto iudicis acquiescens sponte examinatus fuit iudice absente.

Præsens consilium duabus difficultatibus absoluetur.

I. An clerici possint testimonium ferre coram iudice laico in causa criminali sine licentia ordinarij.

II. An Iudex incidat in excommunicationem bullæ cœnæ Domini cap. 15. contra trahentes personas ecclesiasticas ad eorum tribunal.

PRIMAE DIFFICVLTATIS.

SVMMARIVM.

1 Clerici quare non possunt testificari in causa criminali coram iudice laico, immo nec de licentia suorum superiorum, vbi mors, vel membri detruncatio possit euenire, nu. 2.

3 Clericus potest testificari cõtra laicum coram ecclesiastico de crimine ecclesiastico.

4 Dicta clerici, vel monachi an valeant, si testificantur absque licentia.

5 Clerici an possint cogi ad testificandum de licentia suorum superiorum.

6 Nominatus ad deponendum cogitur ad testificandum.

8 Clerici debent honorificè deponere, & qualiter intelligatur.

9 Clerici, & religiosi possunt esse testes in testamentis, & in contractibus sine licentia, non tamen in iudicio, & quare, num. seq.

AD præsentem quæstionẽ respondendo præmitto multa. & primum, quod clerici maxime deseruientes ecclesiæ,

iuxta Conc. Trident. de reform. sess. 23. cap. 6. non possunt ferre testimonium coram iudice laico in causa cri-
1 minali, † & hoc, ut seruetur æqualitas: hinc uide quia laicus contra clericum in causa criminali contra clericum non recipitur, extra de testibus, cap. de cætero. æqualitas enim seruanda est, cap. nouit, de iudic. Tũ etiam ne clericus sic testificans in causa criminali fiat irregularis, si mors accusati, aut membri mutilatio sequeretur. Turrecrem. in capitulo testimonium 11. quæst. 1. secundo dico, quod nec in causa criminali, vbi mors, vel membri mutilatio posset sequi, clerici vel religiosi
2 de licentia suorum superiorum, † ut episcopi, si est clericus, vel Abbatis si est religiosus, possunt compelli ad testificandum, si agitur criminaliter, ut per Dom. Goffred. in summa de testibus cogend. per textum in c. dilectorum, ubi Innocen. in princ. de testibus cogend. additio ad Guidonem Papam decis. 65. verbo sine licentia, quod intellige etiam, si protestatio, de qua in capitul. 2. de homic. in 6. eo, quod talis protestatio est contraria facto, cum agatur de causa criminali criminaliter mota, quod secus esset, si ageretur ciuiliter: nam tunc licet iudex ad ciuilem denunciationem, uel accusationem puniret grauius accusatum, vel puniret ad perpetuum carcerem, iuxta Archidiac. in dicto capitulo testimonium tamen non fieret irregularis accusator, extra de homicid. capitu. postulasti, argumen. 23. quæstio. 5. cap. unum solum, in fine, Innoc. in c. cum nos, in fine de homic. Felin. in cap. de cætero, nu. 1. de testi. Præpositus in d. cap. testimonium. Pariter cum ecclesiastico de crimine ecclesiastico clericus contra laicũ potest testificari, & ipsum accusare, vt 6. q. 2. cap. 1. sic in causa ciuili, 14. q. 2. c. super prudentia, Doct. in d. c. testimonium. Tertio dico, quod licet clericus, & præsertim monachus non possint testificari absque licentia superioris, cum monachus non habeat velle, aut nolle, c. si religiosus, de elect. in 6. 12. q. 1. cap. non dicatis, tamen si de facto testificantur sine li-
4 centia, videntur valere eorum dicta, licet male fecerint, ita Abbas in c. 1. num. 17. extra de iuram. calun. licet Francis. Aret. consil. 160. versic. venio ad octauum, contrarium teneat in religioso, & allegat Angelum cõsil. 332. vide Guid. Papam decis. 65. loquẽtem de clericis, qui dicit, quod depositiones eorum non reprobantur, nec inualidantur defectu auctoritatis eorum superioris, sed tanta fides eorum depositionibus adhibetur, ac si auctoritatem, & licentiam ab eorum superiore habuissét. Quarto dico, ꝙ si tales clerici, vel monaci nolunt deponere corã iudice laico
5 † si agitur de causa criminali criminaliter mota, vbi posset sequi mors, uel membri mutilatio, nec de licentia superiorum possunt cogi, ut supra diximus a iudice laico, sed si producantur in causa mere ciuili, nec cogi possunt, vt habetur in cap. statutum, in glossa fin. 2. q. 6. nisi in defectum probationum, quando aliter veritas haberi non potest, vt est glossa fin. in verbo occultetur, in cap. fi. 14. quæst. 2. ne veritas occultetur, & quia mortaliter peccant, qui ueritatem occultant, 11. quæstio. 3. cap. quisquis, ita glossa singularis in. d. c. dilectorum. uerbo super criminib. Et ita licet regula sit, quod licet quilibet eo ipso quod nominatus sit ad
6 deponendum, † cogi possit ad testificandum, quamuis per alios possit haberi veritas, tamen clerici, qui sunt priuilegiati, ita demum coguntur, si per alium veritas haberi non potest, Gemin. in d. cap. testimonium, gl. in d. c. dilectorum. igitur sunt cogendi per suum iudicẽ ecclesiasticũ.

Quinto licet clerici debeant honorifice deponere iuxta text. in capitulo
8 fin. 14. quæstio. 2. † tamen illud uerbum honorifice debet intelligi citra iniuriam quæstionum, Archid. in dicto cap. fin. Debent tamen iurare tactis sanctis Dei euangelijs, & non iurare ad pectus, alias non valeret eius testimonium, ita Abbas in dicto capitulo primo, numero 21. & Additio in litera B. & C. per text. in capitulo nuper, de testibus, ita Guido Papæ decisio. 65. numero secundo. Quod tamen secus est in episcopo, qui deponendo ut testis, debet uidere euangelium sacrum, sed non tangere, ita glossa in authent. sed iudex, C. de episcop. & cleric. Afflictus in constitut. Regni puritatem. numero quinto. in testamentis autem, & contractibus possunt clerici, & religiosi esse ut te-
9 stes † sine auctoritate, & licentia superioris, ut dixit Innocent. in capitulo primo, de iuram. calum. numero secundo. Et ita se habet communis obseruantia, ut dixit Guido Papæ decis. 517. & 615. per glossam ordinariam in authen. si dicatur, C. de testibus, & plenius in auth. de monachis, §. cogitandum, in glossa super verbo testes, coll. prima, & quando dicitur monachum similem esse mortuo, intelligitur quo ad matrimonium, ut ibidem dicit glossa. Et si dicas: quare licitum est clericis iurare coram laicis in contractibus sine auctoritate superioris, & non in iudicio. Respond. quia in iudicio sæpe quis concitatus ab aduersario
10 falsum iuraret, & ideo fit cum maiori deliberatione, & tarditate, & ne ad secularia iudicia assuescant, in quibus non possunt aliquatenus conueniri, vndecima quæstio. prima, cap. continua, & capitulo nullus, sed in contractibus, & testamentis, sola uoluntate quis ducitur, secus. ita Innocen. in d. capit. 1. numero secundo, Ancharan. & Abbas. Et ita ex his est resoluta præsens quæstio.

Secunda Difficultas.

An iudex incidat in excommunicationem Bullæ cœnæ Domini capitulo decimo quinto contra trahentes personas ecclesiasticas ad eorum Tribunal.

SUMMARIUM.

1 *Excommunicatio in bulla cœnæ c. xv. ligat trahentes.*

2 *Excommunicationes omnes sunt pœnarum maxima, at præcipuè quæ sunt in cœna Domini.*

3 *Inuitus multipliciter dicitur.*

4 *Preces superioris quod habeantur pro iussu, qualiter intelligatur.*

5 *Excommunicatione multi non innodātur, etsi faciant actum prohibitum sub tali pœna.*

6 *Audeo uerbum & præsumo idem notant scilicet temeritatem.*

7 *Dicto alicuius, quando agitur de anima, statur in foro conscientiæ.*

8 *Iudex laicus, & ministri inducentes amicabiliter clericum, ut suo iudicio se submittat, an sit excommunicatus.*

Circa præsentem difficultatem quod non sit excommunicatus iudex laicus, qui hortatus est clericum, ut testimonium diceret absque licentia episcopi secuta depositione, facit primo: quia excommu-
1 nicatio in bulla cœnæ cap. xv. † ligat solum trahere facientes clericos ante tribunal iudicis secularis, sed verbum trahere, de quo loquitur textus in cap. clericum, & capitulo continua xv. quæst. prima sonat inuitum, capitulo peruenit, ead. quæstio. ff. de verb. oblig. l. inter stipulantem §. 1.

§.1. Archid.in d.cap.continua; ergo cum clericus iste fuerit uocatus per apparitores, seu satellites a iudice seculari, absque citatione, quæ semper in causis criminalibus, & maioribus negotijs necessaria est, ut dixit glossa in cap. si quis cum clerico, in uerbo sine scriptura 11.quæst.1. non dicitur tractus inuitus nec inuitus examinatus, sed solum ad hoc a iudice seculari persuasus: igitur non incidit in excommunicationem, cum excommunicatio sit maxima pœnarum, 11.quæst.3.cap nihil, 24.quæst. 3.capitulo corripiantur, & præcipue illa, quæ est in bulla cœnæ Domini, a qua nullus præter mortis articulum iuxta ea, quæ diximus in 1. part.nostrarum decis.libro 1.capitulo 13.circa finem, potest absoluere, & qui absoluit, præter quã ꝙ absolutio esset nulla, & peccaret mortaliter, esset excommunicatus, clemen. religiosi, de priuileg. vnde verba in proprio significatu accipienda sunt, quod si quis obijciat iudicem incidisse ob illa verba. Trahunt, vel trahi faciunt, vel procurant directe, vel indirecte quouis quæsito colore, Respondeo verba illa ita esse intelligẽda modo quouis quæsito colore trahunt, vel trahi faciant. igitur semper stãdum proprietati verbi ipsius, Trahunt scilicet inuito clerico. Inuitus vero multipliciter dicitur: † nam præter ea, quę habentur in l.in uitus, ff.de seruit.vrba.prædi.appellatur inuitus, uel quando quis fecit quod potuit, vt non traheretur, uel is, cui infertur uis, aut fraus, uel qui improbis verbis, aut importunis precibus consentit, quorum nihil est in casu nostro. Quod si quis obijciat fuisse huiusmodi clericum inuitum attractum: nam preces superioris habentur pro iussu, † respondetur hoc verum esse data legitima superioritate, sed iste non est superior clerico: ergo inuitus trahi non est dicendus. Secundo in excommunicationem non incidit, qui actum prohibitum sub pœna excommunicationis ipso facto incurrenda fecit bona fide, & simplicitate, † atque inaduertentia, D.Thomas 1.2.quæstio.6. art.8. vbi Caiet. Doctores in capitulo Apostolicæ, de cleric.excom. ministr. Zabar.in clemen.1. quæst.39. de priuileg. Hinc iura, quæ prohibẽt clericos esse trahendos ad iudicem secularem, loquuntur per verbum præsumat, vt est text.in cap. nullus clericum 11. quæstio 1. sic textus in capitulo nullus episcopus, ead. quæstio. loquendo de magistratu dicit. Magistratus, qui hoc iubere ausus fuerit quod quidem verbum denotat temeritatem † quod idem significat verbum pręsumpserint, ita probat textus in clem. prima, uerbo accedat, coniunctis verbis, quæ sequuntur. qui autem præsumpserit, cap tu lo monasteria, de uita, & honest.cleric. sic Innocen.in capitulo primo, de senten. excommunic. libro 6. dixit quod uerbum audacia sonat in malum. Sed magistratus iste nullo pacto hoc fecisset, & suasisset, si cogitasset se incurrere in excommunicationem, ut ipse dixit, cui standum est in foro conscientiæ, † cum agatur de eius anima, capit. si vero, de sentent.excommun. la 2. nam quilibet præsumitur bonus, nisi probetur contrarium, gloss. in capitulo vnico, de scrut.in ordi. faci. & immemor salutis suæ, 1.quæst 7.cap.sancimus: ergo. Tertio hoc videtur dixisse Gregorius Sarrus Monachus Cassin.& meus familiarissimus, uir summa scientia, optimisque moribus ornatus in tract.de censu.lib.3.cap.19. Vbi ait, quod nec ipse iudex Laicus, nec eius ministri si amicabiliter partes inducerent, vt eorum iudicio se submitterent † pœnam huius canonis in bulla cœnæ incurrerent, cum nullo pacto sit trahere, vt verbum

Margin numbers (in order): 3 (beside "Inuitus vero multipliciter dicitur"), 4 (beside "habentur pro iussu"), 5 (beside "bona fide"), 6 (beside "denotat temeritatem"), 7 (beside "est in foro conscientiæ"), 8 (beside "submitterent").

ipsum sonare uidetur, cum trahere significet per uim ducere. Trahimur enim inuiti, ducimur uolentes. At pro contraria parte, quod iste sit excommunicatus, persuadent eadem verba bullæ. Trahunt, uel trahi faciunt. Magistratus enim fuit causa, ut minister iustitiæ traheret clericum ad testificandum, ob cuius testimonium prolatum dicitur clericus tractus ad tribunal laici, iuxta tex. in capitulo testimonium, 11. quæstio. prima: ergo ipse traxisse uidetur, iuxta regulam iuris. Qui causam damni dat, ipse damnum dedisse videtur.

D. Iacobus de Grassijs a Capua.

DE SENTENTIA EXcommunicationis.

Thema. Consilij X.

Clementissimum Deum, & saluatorem nostrum Iesum Christum ex corde, & animo huic consultationi inuoco, ut sua solita clementia meritis, & precibus virginis virginum veritatem ponat in ore meo Amen. frequentabat sacerdos quandam domum mulieris coniugatæ cum consensu tamen mariti sui, cunque inde scandalum, ac praua præsumptio oriretur, tum maxime: quia pugionis armatura in eadem domo reperta eiusdem sacerdotis esse probatũ fuit. Ordinarius facto processu cum exilio ad biennium condemnauit, in quo sex mensibus commoratus supplicauit pro gratia reliqui temporis, cui episcopus gratiose annuẽs nouo decreto restituit sub cautione iuratoria de nõ accedendo amplius ad domum prædictam, neque alibi ubi eam mulierem reperire potuisset, sub pœna suspensionis, ipso facto incurrendæ, & duplicati exilij in casu contrauentionis, sicque iurauit in manibus ordinarij, & cæt. ex quo facto plura quæruntur. & ita

Consilium hoc quinque difficultatibus absoluetur.

I. Vtrum prohibitus sub pœna, ne ad talem domum accedat, prohibitioni contraueniat si ad domum accesserat, vbi erat mulier, & ingressus est, sed non pernoctauit.

II. Posito quod sic. An incurrerit suspensionem, cum fuerit prohibitus accessus sub pœna suspensionis ipso facto incurrendæ.

III. Quid ueniat sub nomine sub pœna suspensionis.

IIII. Posito quod veniat irregularitas si contrauenerit, an durante suspensione celebrans sit effectus irregularis, cum præsupponatur in facto, quod si sciuisset se fieri irregularem ex celebratione nunquam celebrasset.

V. An ordinarius possit ab hac suspensione absoluere.

PRIMAE DIFFICVLTATIS SVMMARIVM.

1 *Verba sunt acipienda cum effectu.*

2 *Vocatus ad residendum si ipse absentauit, habetur ac si non uenisset.*

3 *Accedere ad domum prohibitus facit contra prohibitionem, si solum accedit.*

4 *Casus fortuitus non nocet se obliganti ad casum.*

5 *Consanguinitas & parentela non excusant a suspicione mala.*

6 *Visitatio importuna quandoque est infamatiua.*

7 *Iuramentum an sit præstandum, quando uerisimiliter dubitatur de transgressione, remissiue.*

Ad

D primam, licet prædictæ quæstiones rectè intuenti dubiæ non uideantur, tamen ut petentibus satisfaciam, & dubia clarius elucescant arguam ad vtranque partem, & deinde concludam quod iuris esse putauero. Igitur quod accedens ad domũ, si nõ pernoctauerit, non veniat contra prohibitionem, facit primo: quia uerba sunt accipienda cum effectu,
1 † cap. relatum, de cleri. non residen. Soc. consi. 154. incipiens pulchra, & subtilis, Legisſę in l. fideiussor, §. meminisse, ff. de lega. 1. Felinus in cap. Rodulphus, num. 5. de rescrip. unde dicit tex. in l. aliud est capere, ff. de verbor. significat. quod peruenisse dicitur id, quod mansurum est, sed modo iste accessit, sed non permansit: quia non pernoctauit: ergo non dicitur venisse contra prohibitionem: quia modicum pro nihilo reputatur, cap. unum orarium, dist. 25. cap. & si quæstiones, extra de simonia. Hinc uocatus ad residendũ
2 si postea se in cõtinenti absentauit, perinde est, ac si non uenisset, argu. tex. in l. 3. ff. de diuort. vbi dicit tex. quod per calorem misso repudio si breui reuersa est vxor, nec diuertisse videtur. Hoc tamen non obstante contrarium tanquam verum est tenendum, ut sufficiat accessisse ad locum, & eum ingressum fuisse, vbi erat mulier. Hoc. n. notat uerbum ac
3 cedens, † ut accedat ad mulierem, ita probatur in c. accedens, de procurat. ibi accedens ad sedem Apostolicam. Ad idem etiam tex. in c. accedens 2. vt lite non contest. c. accedẽs de concess. præb. c. accedens, de accusat. c. accedens, de rapt. c. accedẽs, de purgat. canon. c. accedentibus, de excess. prælat. c. accesserunt, de consecr. dist. 2. Quod etiam patet ex uerbis ipsius sententiæ, in quibus habetur. Nec etiam in aliquo loco, ubi eam de persona reperire potuerit. ex quibus verbis colligitur prudentia iudicis ecclesiastici, qui voluit prouidere futuris casibus, ne euenirent, & præcauere recidiuam conuersationem mulieris coniugatę, facit textus in capitulo in nomine Domini distinct. uigesima tertia, licet per præfata verba sententiæ non negamus, ꝗ si casu fortuito, & nõ dedita opera accesserit, nõ dicatur prohibitioni contraire, argum. textus in l. fistulas, §. fina. cum glossa in verbo immoderate, ff. de contrah. empt. vbi casus fortuitus non nocet se obli-
4 ganti ad casum, † Barto. in l. Seio, §. medico, ff. de annu. lega. & ita iuramentum de obseruando contenta in sententia non se extendit ad casum fortuitum. Tum etiam: quia hoc satis colligitur ex mente ipsius iudicis, qui relaxando exilium hac lege ne accederet, fuit: quia dicta mulier erat de adulterio suspecta cum sacerdote. Hinc non debet solus accedere ad domum eius, capitulo clericus solus, distinct. 81. capitulo Hospitiolum, distinct. 3p. quamuis fuisset commater, cum nec consanguinitas, nec parentela excuset
5 a suspitione, † ut dixit Petrus de Ancharan. in capitulo inhibendum, de cohabit. cleric. & muli. Eo magis: quia hic præcessit monitio non accedendi, & sacerdos iuramento promisit non accessurum: quare contra ueniendo notatur frequentia: cum illa inducatur per duas uices, capitulo monasteria, de uita, & honest. cleric. l. licet, Cod. de episcop. audiend. quæ quidem frequentia apud iura est exosa, ut non solum clericis sit prohibitum uisitare moniales, sed etiam loca earum dicto c. monasteria, quamuis visitarent causa consanguinitatis, dicto capitulo inhibendum. Cum talis uisitatio infamet, quando est importu-
6 na: † vnde prohibetur non solum

in

in monialibus, sed etiam in commatribus, ut erat in casu nostro, de quibus habetur 18. quæstio secunda, capitulo peruenit, capitulo pernitiosum, & dicto capitulo hospitiolum, & licet nihil sit mali operis, tamen cauendum est non solum a malo, sed etiam ab omni specie mali. Ex frequentia etiam secundum communem vsum loquendi iuxta text. in l. prima, ff. de flumin. homines incipiunt loqui, & obloqui, sed modo adeo increbuit fama, quod fuit prælatus coactus recipere iuramentum de non accedendo: quare cum accedendo, & non pernoctando possit sacerdos habere consortium carnale cum illa, fit, quod abstinendum est ab illo sacerdote, cum (ut diximus) ex illo accessu possit malum sequi. facit extra de iureiur. cap. & si Christus. Et tenendo hanc opinionem non obstat contrarium, cum satis colligatur etiam modicum accessum fuisse prohibitum, non quia ille ex se sit malus, sed quia sequi potest, dicto capitulo & si Christus. at in iuribus cõtrarijs ut l. diuortium, satis colligitur ex illo text. & alijs requiri perseuerantiam: sed dubium vertitur, an licite potuerit ordinarius huic sacerdoti, qui (ut presupponitur) male olebat de conuersatione cum hac muliere, astringere
7 † vt cum iuramento promittat se non accessurum, si verisimiliter credere poterat illum non obseruaturum iuramentum: remitto me ad ea, quæ diximus volumine primo consilio. de sentent. excommu. libro quinto, consilio primo, numero 17. cum sequen.

SECVNDA ET TERTIA Difficultas.

An incurrerit suspensionem, cum fuerit prohibitus accessus sub pœna suspensionis ipso facto incurrẽdę, & quid veniat sub hoc nomine sub pœna suspensionis.

SVMMARIVM.

1 *Suspensus simpliciter a iudice intelligitur de officio.*

2 *Officij appellatione comprehenditur missa, vespera & matutinum.*

3 *Pœna ipso facto an incurratur ante sententiam. num. 4 & seq.*

6 *Suspensio est pœna, quæ nullum requirit actum iudicis.*

7 *Pœnarum quædam sunt pecuniariæ, & quædam corporis afflictiua, & aliæ dicuntur conditiones, uel modi num. seq.*

8 *Pœnas, quas in foro conscientiæ tenetur aliquis peragere num. seq.*

10 *Prohibitio sub pœna excommunicationis est comminatoria.*

11 *Excommunicatio, interdictum, & suspensio sunt synonyma: unde quod dicitur de uno extenditur ad aliud.*

CIRCA secundam, priusquam deueniam ad decisionem huius quæstionis, vnum est præmittendum, nempe, quod quando iudex aliquem simpliciter suspendit, † intelligitur illum suspendere ab officio, glossa in clemen. 1. de priuileg. Nam cum duplex sit suspensio a beneficio, & officio, & maior sit illa ab officio, quã a beneficio, fit, ut intelligatur de maiori, & non de minori, argumen. tex. in cap. si quem titul. nostro, vbi verbum excommunico simpliciter prolatum intelligitur de maiori, & non minori. Appellatione uero offi-
2 cij intelligitur missa, uesperę, † & matutinum, quod nota: quia suspensus ab officio celebrans in altero istorum exercendo aliquem actum ordini suo specialiter deputatum, esset irregularis, de quo per Doctores in capitulo fina. de excess. prælato. An uera suspensio ab officio includat

dat suspensionem beneficij, constituo tres casus: quorum primus, suspensus ab officio perpetuo, cum talis suspensio habeat uim priuationis, ut dixit Zabarel. in clement. 1. versic. si quis in 3. quæstio. est etiam suspensus a beneficio. Secundus suspensus ab officio est suspensus a beneficio largo sumpto modo in eo, quod datur interessentibus diuinis: cum non habeat executionem officij, nõ tamen a beneficio proprio modo dicto, nisi aliud in sententia dicatur, facit tex. in ca. pen. extra de simon. de tempor. ordin. capitulo uel non est. ubi tali suspenso prouideri mandatur, ad idem, de censibus lib. 6. capitulo exigit, vbi suspenditur de vtroque, quasi non sufficiat alterius expressio. Tertius suspensus simpliciter ab officio, quamuis ex ui uocabuli non sit suspensus a beneficio, hoc tamen est intelligendum, quando esset suspensus pro leui culpa: quia tũc non est ei subtrahendum beneficium: nisi sit in mora petendi absolutionem. At si esset suspensus pro graui re tunc ad dubium quod iste non uideatur sub illis uerbis sub pœna suspensionis ipso facto incurrendæ incidisse in suspensionem, quamuis contrauenerit, facit tex. in l. fi. §. si uero, ff. de iure deliber. vbi pœna non conficientis inuentarium est imposita ipso iure, & tamen non in-
3 curritur in foro conscientiæ, † nisi post sententiam. ita Felinus in cap. 1. numero 44. de constitut. secundo facit textus in capitulo cum secundũ, de hæret. in 6. ubi licet in crimine hæresis, quod est grauissimum, imponatur pœna confiscationis bonorum, requiritur tamen sententia declaratoria criminis, qua declaratione facta potest fieri exequutio in bonis hæretici. Hinc fit per Alex. de Imola in l. si quis maior, C. de transact. theorica quędam generalis, quę est huiusmodi, quod omnia iura mũ-
di, quæ dicunt pœnam imponi ipso
4 iure, uel facto, † debent intelligi, modo sit sequuta sententia declaratoria per quam declaratum sit fuisse sequutum id, per quod pœna illa ueniebat imponenda, alias pœna illa effectum non sortitur, quod etiam procedit, quando crimen esset ita notorium, ut nullam excusationem haberet, & nulla posset tergiuersatione celari, tex. & in cap. porro, de diuort. Hinc non potest vir vxorem dimittere sine sententia iudicis, etiam si impedimentum esset notorium, ut dixit Domin. Antonius, de Butrio in d cap. num. 8. At pro contraria parte facit: quia clausula ipso facto denotat, ut nullum requirat
5 ministerium † iudicis, cap. sacri, ubi Domin. per illum textum, versic. ipso facto, de homic. in 6. ad idem tex. in l. fin. C. locati quem Baldus dicit esse meliorem ad hoc. idem notat Bald. in l. 1. C. de secund. nupt. facit tex. in cap. pen. de immun. eccl. lib. 6. in cap. Apostolicæ. § pen. de re iudic. lib 6. in clemen. 1. §. nos eorum, de statu monach. & quod not. in capitulo quam sit, verbo, eo ipso, de elect. in 6. facit etiam quod notat Baldus in auth. habita, C. ne filius pro patre, col. pen. vbi inquit quod quando pœna ipso facto imponitur, pœna est commissa efficaciter, & non est locus pœnæ, allegat glossam notabilem in clem Ne in agro. § eos in verbo ipso facto, de statu monach. Aretin. consil. 95. column. pen. Ad idem est glossa in capitulo cupientes, §. quod si per xx. in verbo expectati. vbi Domin. de electio. in 6. & in capitul. licet canon, in verbo priuatus, eod. tit. in 6. Accedat etiam fortius: quia sumus in suspensione, quæ quidem est pœna, sed ta-
6 lis, quę nullum requirit actum † iudicis: vnde eo ipso quod quis facit actum prohibitum scienter, est suspensus, sicut idem dicimus de faciente

ciente actum prohibitum sub pœna excommunicationis, cap. si quis suadente 17. q. 4. Et hæc pro contraria parte. Attamen pro resolutione huius quæstionis sciendum est, quod pœnarum quædam sunt pecu
7 niariæ, † & quædam corporis afflictiuæ, & quædam quæ sunt impropriè pœnæ: nam propriè dicuntur conditiones, vel modi. & quædam pœnæ dicuntur personales, sed non pertinent ad corporalem læsionem, & quædam dicuntur pœnæ spirituales, quæ nullum requirunt ministerium iudicis: vnde quo ad pœnas pecuniarias, ut si quis commiserit crimen læsæ Maiestatis diuinæ sit priuatus bonis ipso iure, tunc dico quod in huiusmodi pœnis requiritur declaratio, non quidem ut pœna incurratur. Est namque iam decursa, sed requiritur ad hoc, ut possint bona apprehendi per fiscum, cui non cõstat de delicto incurso secundum Bald. in l. eius, qui delatorem, ff. de iure fisci: unde non fertur sententia super pœnam, sed super crimen, qua lata statim potest exequi pœna iuris, dicto capitulo cum secundum, vbi Francus, & clarius in cap. 1. numero 6. de pœnis in 6. Et ita responsum est ad secundum pro parte negatiua. At aliæ sunt pœnæ corporis afflictiuæ, ut mors, vel membri mutilatio, &c. & tunc has non tenetur reus sponte subire: quia esset homicida suiipsius, immo nec tenetur in carcere manere, aut aliquid agere ex quo mors sequatur, sed tãtum tenetur a iudice illatam mortem pati, & inferenti non resistere. facit tex. in l. 1 ff. de bonis eorum, qui mortem sibi conscisc. Caiet. 2. 2. q. 69. articul. 8. Sotus de iust. & iur. lib. 5. q. 6. articul. 4. At quædam sunt dictæ
8 impropriè pœnæ: nam propriè † sunt conditiones, & modi, ut de uidua, cui maritus suorum bonorum usumfructum reliquit sub eo modo, & conditione quo ad castè vixerit: quia amittit ipso facto vsum fructum, etiam si occultè fornicetur. Caiet. in verbo pœna. Nauar. in Manu. capitulo 23. num. 62. & capitulo 25. nume. 65. §. 2. Couar. 2. par. de sponsal. cap. 3. §. 9. num. 11. Sotus de iust. & iur. lib. 1. quæst. 6. artic. 6. ad quartum. Ad hunc etiam modũ pertinent mulcta, ut de non faciẽte promoueri post annum ad sacerdotium a die habitæ pacificę possessionis ecclesiæ parochialis: nam hi omnes in foro conscientiæ tenentur etiam ante sententiam declaratoriã restituere fructus perceptos, vt nos diximus in 1. parte nostrarum decisio. lib. 2. cap 11. num. 18. verum sunt aliæ pœnæ personales sed non pertinentes ad corporalem læsionem, ut si iudex condemnat aliquem ad peregrinandum, vel in exilium, & tũc
9 has pœnas tenetur peragere, † non tamen eas, quæ corporis afflictiuæ & læsiuæ essent, quas non tenetur pati, ut supra diximus. Vltimo sunt pœnę spirituales, quæ dicuntur censuræ, vt excommunicatio, suspensio, & interdictum, capitulo quęrenti, de off. deleg. capitul. cum quærenti, de uerb. signific. & hæ nullum requirũt actum iudicis, sed secum trahunt executionẽ, tunc eo ipso, quod incidit in actum prohibitum sub pœna ipso facto, absque nulla sententia declaratoria est supensus, uel excommunicatus ita Francus in capitulo Felicis, §. nullus, de pœnis in 6. Couar. in regul. peccatum 2. par. §. 8. numero 6. facit glossa in capitulo vnico, de sagittar. ubi glossa tenet quod prohibitio sub pœna excommunicationis est comminato-
10 ria, † ubi communiter Doctores: ergo prohibitio sub pœna suspensionis ipso facto incurrenda inducit suspensionem latam, ne sint verba frustratoria, contra tex. in l. stipulatio, §. diuus, ff. ut legat. nomi. caueatur

tur

tur argum.text. in l. si creditori, ff. de leg.1.& l.qui bis, ff.de verb.obliga. Accedat etiam, quod transgressor incurrit suspensionem latam a iudice, quæ aliquid addit ad suspensionem inflictam a canone, ut notat Anch.in c.sicut, n.7. de cohab.cler. & mulie.quia mitius agitur cum lege, quam cum ministro legis, l.Celsus, ff.de arbitr.quare ex his omnib. concludamus trāsgressorem de quo supra, esse suspensum ipso iure a die, quo contrauenit, cum simus in suspensione, quæ est censura, & pœna, quæ afficit animam. Vnde quod dicitur de excommunicatione, & in terdicto, idem est dicendum de su-
11 spensione, † facit tex.in c.præterea, 2.de appell.ibi excommunicatum, suspensum, aut interdictum esse cognoscas. Vnde non obstant in contrarium adducta, vbi pœna non con trafacienti inuentarium imposita ip so iure, non debetur ante sententiā: quia respondetur quod ibi pœna im ponitur propter præsumptionem fraudis: vnde si veritas est in contrarium, non ligat in foro conscientiæ, secus si vere interuenisset fraus ita Felinus in.cap.1.nu.44.de const. ad secundum uero cōtrarium iam fuit supra responsum. sic ad doctrinam Alex.quod omnia iura, quæ dicunt pœnam imponi ipso facto, sunt intelligenda post sententiam, Respon deo regulam in se esse veram, limitatur tamen in pęnis non exigentibus iudicis executionem, ut in suspensione, ut ha betur in nostris decis. 1. par.lib.2.c.12.nu.53.Circa tertium Quid sub hoc uocabulo suspensionis ueniat, satis fuit supra dictum in 2.quæst.vers.1.

Qvarta Difficvltas.

An suspensione durante celebrans sit effectus irregularis.

SVMMARIVM.

1 *Suspensionis subiectum capax est clericus.*
2 *Excommunicatus celebrans an irregularitatem incurrat.*
3 *Irregularitas solum incurritur in casibus a iure expressis.*
4 *Suspensus ab homine celebrans efficitur irregularis.*
5 *Suspensio multiplex est.*
6 *Irregularis celebrans non incurrit nouam irregularitatem.*
7 *Ignorantia an excuset ab irregularitate.*
8 *Ignorantia quæ sit, quæ in totum, uel in partem excuset.*

Circa Quartam an suspē sione durante celebrans sit effectus irregularis. Et loquor de prohibitione iuridice facta ab eo, qui facultatē habet in eum sub pœna suspensionis ipso facto in currendæ: nam subiectum capax su
1 spensionis est clericus, c.quoniam a crapula de uita, & honest.cleri.c.clericus, c.sicut, de cohab.cler. & mul. c.1.de cler.coniug.c.tuarum, de priuileg.c.dura, de crim. falsi propter aliquam culpam: quia uenit contra prohibitionem: nam nisi pręcesserit culpa non potest aliquis censura suspensionis ligari, Nau.Man.c.27. n. 151.& 153.vers.6. Caiet.uerbo suspē sio. Sotus in 4.sent.dist.22.q.3.art.1. & satis est culpa venialis ad incurrē dam eam, quando imponitur ab homine, Nauar.& Caiet.ubi supra.Toletus lib 1.instr.sacerd.ca.13. An inquam suspensus celebrando incurrat irregularitatem, & quod non faciunt multa, & primo tex.in c.si celebrat, de cler.excomm.ministr. ubi sicut excommunicatus celebrans
2 non incurrit irregularitatē, † sic nec suspensus, cum istæ sint censuræ, & quod dicitur de vna, dicitur de alia

facit

facit text. in cap. præterea, 2. de appellat. Secundo facit tex. in cap. sicut de coh bit. cler. & muli. & c. nullus, distinct. 32. ubi sacerdos concubinarius est a iure suspensus, & si celebrat, licet graue peccatum committat, tamen si dimiserit peccatum, & pœnitentiam egerit coram Deo, & contra quem, & coram quo peccauerat, & ipso iure sublata est suspensio ut ibi dixit Zabar. numero 1. Tertio facit tex. in cap. 1 de cleric. pereg. vbi si quis contrauenerit præcepto superioris, qui potest suspendere pœnitentem ne celebret, capitulo omnis, de pœniten. & remiss. & suspendit, non efficitur irregularis, ut per Innocen. in d. capitulo 1. Accedat & quarto tex. in capit. 1. de sentent. excommun. in 6 & cap. 1. de sentent. & re iudic. in 6. Vbi suspensi ab homine ob culpam sunt irregulares celebrando, & hoc ideo: quia ius sic exprimit. Ergo cum irregularitas solum incurratur in casibus a iure expressis, capitulo is cui, de senten. excomm. in 6. fit quod cum in iuribus antiquis non appareat expressum in iure quod suspensus ex sola suspensione fiat irregularis, quod celebrando non incurrat. Nam decretalis in c. 1. tit. nost. in 6. & c. 1. de sent. & re iud. in 6. quæ hoc dicunt restringuntur ad casus suos. ita Archid. in d. c. 1. de sent. & re iudic. in 6. at pro contraria parte facit dictum Innocent. in d. capitulo si celebrat, ubi conclu-
4 dit quod suspensus ab homine † celebrans efficitur irregularis, per tex. in cap. 2. c. latores, cap. postulasti, de cleric. excommun. ministr. præpos. in capitulo si quis, episcopus 2. numero 8. 11. quæst. 1. vbi concludit quod siue sit suspensus a iure, ut notorius fornicator, siue ab homine celebrando sunt irregulares. ita etiam dixit Egidius Bellamera in d. capitulo, si quis, episcopus quod hæc est veritas & ita seruatur de facto. facit etiam text. 2. quæst. 1. capitulo præsbyter, & capitulo tanta verbo violauit, de excess. prælat. Vnde tenendo hanc opinionem non obstant in contrarium adducta: quia unica distinctione euanescunt. Etenim suspensio secundum Doctores multiplex est,
5 † nam quædam est suspensio, quæ fit a sacerdote in foro animæ (v.g.) ne celebret ad tempus, & talis contrafaciens suspensioni, non est irregularis, dicto capitulo primo de cleric. peregr. Præpos. in d. ca. si quis, episcopus, 2. numero 8. Innoc. in d. capitulo si celebrat Francus in capitulo 1. §. sciturus, de sentent. & re iudic. in 6. cum non reperiatur in iure cautum, & ita respondetur ad tertium. At quædam est suspensio iuris tantum minor ob participium, ut quando quis est excommunicatus minori, qui prohibetur a sacramentorum perceptione, & iste nec celebrando efficitur irregularis, quamuis grauiter peccet, & ita intelligitur text. in d. c. si celebrat, & sic respondetur ad quartum. Quædam vero est suspensio a Deo tantum, & talis suspensio dicitur quo ad se, & non quo ad alios, ut constituti in peccato mortali, & isti licet mortaliter peccent celebrando ante peractam pœnitentiam, non tamen efficiuntur irregulares. ita Do. Ant. de Butr. in d. capitulo si celebrat. numero 12. quia talis defectus ut non possit celebrare, est propter peccatum: vnde eo deleto per absolutionem sacerdotis amouetur, & tollitur. qua distinctione præmissa restat ut respondeamus ad tex. in d. capitulo sicut. vbi sacerdos fornicans celebrando non efficitur irregularis: quia Præpositus ubi supra dicit quod. tex. ille non loquitur de irregularitate, sed de suspensione usque ad congruam satisfactionem, vel donec pœniteat, & ita tex. ibi loquitur de fornicatijs occultis, non autem de clericis notorijs, ut per Zabar. ibi numer. 1. nam

tales

tales celebrantes ante suspensioné hominis non sunt irregulares, Anchar. in capitulo vt clericorum, nu. 4. de vita, & hone. cleric. Vltimo nec obstat tex. in cap. 1. de sent. excom. in 6. & d. capitulo cum æterni: quia respondeo quod licet de iure antiquo non appareat expressum, ut suspensus celebrans non incurrat irregularitatem, tamen est quasi expressum in capitulo episcopus, & sequ. 11. quæst. 3. vbi dicitur quod non debet habere speciem reconciliationis in alio consilio, & illis capitulis licet nihil exprimatur de irregularitate, interpretatum est a doctoribus ex communi interpretatione quod celebrantes sunt irregulares. Nam per iura antiqua non erat vsus huius uocabuli irregularitas, sed tracta fuit postea a magistris, & iura nouissima post librum decretorum sic locuta sunt, vt habetur in capitul. 1. de sentent. excomm. in 6. & d. cap. cum æterni exprimunt declarando quod suspensus celebrando est irregularis. & hoc tenet Ioan. Andr. in d. cap. cum æterni, & c. si celebrat. An autem irregularis effectus † celebrando nouam incurrat irregularitatem
6 respondeo quod non, tum quia celebrans nullam incurrat censuram, cum irregularitatis nomine non ueniat censura, argum. textus in d. capitulo quærenti, tum: quia illa non incurritur nisi in casibus a iure expressis, peccabit igitur mortaliter, nō tamen erit irregularis, sed utrum huiusmodi suspensus possit se ab irregularitate excusare: quia celebrauit nesciens illam incurrere, alias nunquam celebrasset, respondeo quod si pœnitus ignorabat, celebrando non efficitur irregularis, d. cap. si quis, re spubl. 2. ita notatur ex glossa iuncta additione in capitulo vt clericorum verbo deponatur de uita, & honest. cleric. & capitulo Apostolicę, de cleric. excommun. ministr. si autem ignorantia culpabilis esset, non tamen vsque adeo crassa, & affectata, vt scientiæ æquiualeat, tunc mitius cum eo agendum erit, dicto capitulo Apostolicæ, verbo probabilis, quod si quæras: quęnam sit ista ignorantia, † quæ in totum, uel in parté
7 excuset. Respondeo satis esse, si inuincibiliter ignoraret se suspensum esse, siue ignorantia iuris sit, siue facti, si uero se suspensum sciat, quam uis inuincibiliter ignoraret se celebrando peccare, aut se putaret se licite celebrare posse, hęc ignorantia non excusaret: quia difficile esse potest inuincibilis, ex eo enim quod suspensum nouerit ad quid incurrat, ui talis suspensionis scire tenetur, quandoquidem id facile scire poterit, ita Sarius libr. 4. de censur. c. 15. num. 12. & 13. an si dubitat, an celebrando efficiatur irregularis, celebrans illam incurrit, maxime si est conscius de culpa: quia in dubio abstinere tenetur, Prępos. in d. c. si quis episcopus 2. num. 7.

QVINTA DIFFICVLTAS.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus a quibus suspensionibus ex Concil. Trident absoluere possit, & an a suspensione lata ab homine numero 3.*

2 *Crimen, quando dicatur occultum, uel delatum ad forum contentiosum.*

4 *Episcopus suspensionem auferre potest, sed non irregularitatem.*

5 *Sententia requirit in censuris ad effectum, ut in futurum non possit celebrare.*

CIRCA vltimam, an ordinarius possit ab hac suspensione absoluere. Respon. quod circa suspensiones latas a iure, qualis est illa, quæ habe-

habetur in cap.1. §.fin.de elect.in 6. & cap. 1. de tempor.ordin. lib.6.certum est episcopum non posse ab illis absoluere, sed solus Papa dispensare potest, sed ex Conc. Triden.sess. 24.cap.6 potest suos subditos episcopus in foro interiori ab omni prorsus suspensione iuris quantumcunque reseruata Sedi Apostolicæ etiã si sit perpetua, absoluere, modo crimen sit occultum, & nõ deductum ad forum contentiosum, & dummodo crimen occultum non descendat ex homicidio voluntario; & dici
2 tur crimen occultum † non deductum ad forum contentiosum, illud, quod est delatum ad iudicem, & non intimatum parti: quia sæpè multa crimina deferuntur ad iudicem, quæ tamen per multum temporis postea a iudice nõ intimatur parti propter defectum testium, vel propter aliam causam: quia si est intimatum parti, & reus uel confitetur in iudicio, vel de illo conuincitur, vel etiam per sententiam damnatur non potest amplius episcopus absoluere, sin autem reus bene se defendit, ut liberetur per sententiam, & declaretur innocens, tunc puto id crimen dici posse occultum, & ita episcopum ab eo absoluere posse. Et hæc circa suspensionem iuris, at a suspensione hominis ordinariè ille qui tulit sententiam, absoluere po
3 test,† vel eius successor in dignitate, cap.si episcopus, 11. quæst. 3. Palud. in 4.distinct.38.q.7.art.3.concl.11. Archiep. Flor.3.par. titul. 28. de suspens.c.4.in fine. An vero sit exigendum iuramentum de stando mandatis ecclesiæ iuxta formam ecclesiæ, quæ habetur in cap. ex tenore, de sent.excom.dicendum, quod sic ut habetur per Sarrum libro 4. de censu. vbi supr. cap. 17. idem etiam dixit Simon Maiolus lib.3. de irregular.cap.19.nume.1.& 2.quod si episcopus possit auferre suspensionẽ,
4 quam intulit,† non tamen potest auferre irregularitatem, quam quis incurrit ministrando in suspensione ut aperte tradidit antiquus clementinarum interpres Stephanus Trochas in clem.dudum.col.4.vers. Dominus tamen, de sepult. sed ab irregularitate solus Papa dispensat ut ti.nostro in 6.c.1.& d.c.cum æterni, ita Præpos. in c. si quis episcopus el 1.num.4. & c.si quis episcopus, nu. 24.& 25.11.q.3 Et hæc intelligo de iure: quia ex Concil. Trid. secus est quo ad irregularitates occultas. ex quibus omnibus breuiter concludo quo ad casum propositum, sacerdotem præfatum contrauenisse prohibitioni ordinarij, cum accesserit ad mulierem, licet non pernoctauerit. & si hoc constat coram iudice, ut quia confessus fuit, aut cõuictus per testes, vel per sententiam damnatus ipso facto est suspensus, & si constat ijsdem modis, quibus supra, ipsum celebrasse, est irregularis, ita quod quamuis episcopus a supensione absoluere possit tanquam lata ab eo, non tamen ab irregularitate, & notandum quod cum simus in pœnis spiritualibus, nulla requiritur sentẽtia declaratoria ipsum fuisse suspen
5 sum irregularem, † sed quo ad effectum, ut in futurum non possit celebrare, vt sit priuatus fructibus beneficij, habita consideratione ne egeat iuxta glossam in capitulo pastoralis, §.verum, verbo admiserat de appellat. requiritur sententia declaratoria sacerdotem prædictum accessisse ad mulierem non obstante prohibitione ordinarij sub pœna suspensionis ipso facto incurrendæ, & celebrasse, verum si adeerat ignorantia, illam credimus excusare in foro interiori, non autem exteriori Et hæc salua, &c.

D. Iacob. de Grassijs à Cap.

DE

DE SENTENTIA EXcommunicationis.

Thema. Consilij X.

Parochus quidam ruralis, Tum ut suos parochianos bonis moribus instrueret, quoad fieri posset, tum ut sibi de commodoribus consuleret alumnus scholas regebat in loco habitationis suæ prope suam ecclesiam, vbi cum vnus scholaris subdiaconus tempore, quo docebat, praeter ... coram alijs ... ret, cœpit eum virga, & pugnis percutere: sed cum scholaris a protervis non desisteret responsionibus, sequentem dicta ecclesiæ parochialis iterum percussit in spatula per quinque, vel sex ictus. Modo præceptor dubitat, an sit excommunicatus.

Consilium hoc unica difficultate absoluetur.

I. An præceptor ex causa scholarem subdiaconum percutiens, & iterum pluries repercutiens, quia proterue ei respondebat, sit excommunicatus.

SVMMARIVM.

1 *Castigatio permittitur patri, quæ potius in pietate, quam atrocitate consistere debet.*
2 *Senior uidens iuniorem sibi coniunctum ludentem, potest leuiter castigare.*
3 *Vir uxorem moderatè ex causa castigare potest.*
4 *Percussio duplex spiritualis, & corporalis.*
5 *Castigatio differt a coerctione.*
6 *Castigationis nomine quid ueniat.*
7 *Presbyter est irregularis, percutiens puerum, qui inde mortuus est. numero 17.*
8 *Magister percutiens puerum, an excommunicationem incurrat.*
9 *Patri An liceat percutere clericum.*
10 *Prælatura inferior episcopatu non eximit a patria potestate.*
11 *Iuuenes qui dicantur.*
12 *Castigatio an sit licita in ecclesia.*
13 *Magister maiorem habet potestatem in discipulum quam pater in filium.*
14 *Magister an si ex ira castiget incidat in canonem.*
15 *Magister si præcipit sub magistro ne percutiat, & ille percutit, an sit excommunicatus.*
16 *Magister uidetur corrigere in dubio causa disciplinæ, & non ex odio.*
18 *Magister castigans scholarem clericum pro alio facto, quam disciplinæ, incidit in excommunicationem.*
19 *Magister clericum percutiens ut non sit excommunicatus, quæ requirantur.*

Circa præsentem difficultatem, Diuino prius nomine inuocato, & Beatissimę Virginis Marię suffragio implorato, prę suppono primum, quod leuis castigatio multis permittitur, & primo patri, quæ quidem potius in pietate, quam in atrocitate consistere debet, ut est tex. iuncta gloss. in l. unica, C. de emend. propinq. c. cum uoluntate, §. fin. ibi de familia, tit. nost. unde potest filium leuiter castigare: immo si contumax fuerit, potest eum iudici tradere, ut puniat, feratque sententiam, quam ipse uoluerit, optimus tex. in l. 3. C. de patria potest. vbi glossa dicit non est enim uerisimile, quod pater non prauam sententiam petet, vide prouerbiorum capitul. 13. Qui parcit uirgæ odit filium suum, & cap. 23. Noli subtrahere a puero, seu filio disciplinam. si enim percusseris eum uirga, non morietur. Tu uirga percuties eum, & animam eius ab inferno liberabis. ité seniorib. ... inoeres propinquos

dicta l. prima, iuuenis uero is existimari potest, qui adolescentis excessit ætatem, l. non aliter, §. 1. ff. de lega. 3.
2 Hinc fit, quod senior inueniens † iuniorem sibi coniunctum ludentem, & multo magis fratrem minorem, si percutit, & castigat, non potest accusari, nec puniri: quia præsumitur causa correctionis, nisi excedat modum corrigendi, Baldus in d. l. unica. Rursum est permissa clericis senioribus quo ad clericos in minoribus ordinibus constitutos turbantes diuina officia, d. cap cum voluntate, §. 1. secus uero, si essent in sacris constituti, extra de præsumpt. c. nonne cum suis concord. Membra enim honorabilia exceptis grauioribus culpis non subdenda verberibus, distinct. 45. cap. cum beatus, sed monenda, & si se non correxerint, suspẽdenda, extra de celebr. missar. cap. dolentes, qua de causa fit, quod excõicatus non est, qui excõicatũ alias nolentem exire ab ecclesia dũ celebrantur diuina, percutit, ita Cosmus Philiarchus de off. sacerd. c. 35. not. itẽ magistris in artibus, ut de sutore, loquit̃ tex. in l. sed & si, §. si magister, ff. ad l. aqu. l. itẽ quæritur, §. si magister nauis, ff. locati. Item prælatis in subditos, d. cap. cum uoluntate 23. quęst. 4. cap. forte, qui per se ipsos modo non sit episcopi, clericos, vel religiosos suos verberare possunt sed detinere, & capere per quoscunque.
3 Item uiro quo ad vxorem † l. vxorem, C. de condit. insert. cap. sicut, ubi est gloss. notab 7. quæst. 1. quod moderate vir vxorem potest castigare ex causa: quia est de familia sua, 33. quæst. 5. cap. hæc imago, alias si sine causa castigaret, aut cum causa immoderatè sæuiret, esse puniendus secundum formam in authent. sed nouo, C. de repud. an uero possit eam in carcere, aut in uincula ponere, glossa in capit. placuit 33. q. 2. in in verbo potestatem dicit, quod non quoad laicum quo ad vxorem, quãuis satis rationabilem habuerit causam, sed solum hoc erat permissum quo ad uxores clericorum. ita tex. in dicto capitulo placuit. Pariter Domino licet castigare moderate seruum Instit. de his, qui sunt sui, uel alien. iur. §. fin. immo etiam ratione potestatis, quam habet in uincula constringere, non autem sæuire, l. 1. C. de emend. seru. Et habetur ecclesiastici, c. 33. vbi dicitur, seruo maleuolo torturam, & compedes inijce: si tamen supra modum sæuiat, ita ut homicidium sequatur, debet dominus decapitari, ita Baldus in d. l. 1. Et tandem de ijs quibus licita est moderata coerctio, ui de glo. in d. c. cum uolũtate, d. c. sicut, c. nullus, 17. quæst. 4. tex. & glossa in capitulo 1. 23. quæst. 5. Secũdo præmitto, quod
4 percussio est duplex spiritualis, † & corporalis. spiritualis est, cum quis indiscreto sermone corrigit alios, & ista prohibetur, 45. distinct. capitulo fin. at corporalis est illa, quæ manu fit, quæ si est ex ira, vel odio, peccatum est, modo sit uehemẽs ira: nam cum illa nihil rectè, nihil considerate fieri potest: ergo ira procul absit, dixit Tullius lib. 1. de officijs, & Seneca in libro de ira facit 11. q. 3. cap. illa præposterorum, & cap. ira, & c. cum apud. At si causa correctionis licita est ijs, qui potestatem habent in alios, glossa in sum. distin. 45. quamuis aliquantulum commoti percutiant. ita text. in capitulo veniens, vbi Anchar. not. 1. titul. nostro. Modo illa sit leuis, l. præceptoris, ff. ad l. aquili. scilicet percussio, quæ pro-
5 prie venit nomine castigationis † l. 3. C. de patr. potest. An uero castigatio differat a coerctione uide Bart. in l. magistratibus, ff. de iurisdic. omni. iudic. & quid veniat nomine castigationis uide text. in l. nec quicquam §. de plano, ff. de offic. proconsul.
6 & lega. † vbi uenit terror, comminatio

tio, & fustium castigatio, sed an talis coerctio videatur facta in dubio causa correctionis, & intuitu pietatis, vel odij, dic quod intuitu pietatis, glossa in d. ca. nullus. glossa in l. nullus videtur, ff. de reg. iu. Quibus sic præmissis, quòd huiusmodi parochus sit excommunicatus, facit primo tex. in c. presbyterum, & c. ad audientiam, extra de homicid., Vbi presbyter, qui quendam puerum in
7 tuitu disciplinæ percussit, † est tam ab omni altaris mysterio perpetuo remouendus, quam ab officio sacerdotali deponendus, & ita est irregularis. Igitur cum effectus excommunicationis sit irregularitas, sit quoque, quòd sit excommunicatus. Quod si tex. in d. cap. presbyterum, nullam faciat mentionem de excõmunicatione, non fuit ex eo, quòd si percussisset clericum, non incurrisset in excommunicationem, sed quia in d. c. presbyterum puer, qui fuerat a presbytero percussus, non erat clericus. Secundo facit tex. in cap. 1. c. cum voluntate, de sent. excom. vbi tunc magister percutiens
8 scholarem clericum † non est excõmunicatus, quando leuiter percusserit causa correctionis, quia hoc casu non potest in eo iniectio manuum violenta præsumi. At in casu nostro, quamuis a principio, quando possit præsumi facta percussio causa correctionis, non tamen sic, quando percussiones continuauit in ecclesia, quia tunc videtur hoc fecisse animo vlciscendi a dictis prauis responsionibus. Tertio per tex. in d. c. cum voluntate, vbi ponendo casus, in quibus percutiens clericum non est excommunicatus, dicit, quòd licitum est patri percutere clericum in minoribus ordinibus constitutũ,
9 † nam si verberaret filium in sacris, est excommunicatus, Præpositus in c. cum beatus, nu. 5. dist. 45. Zabar. in d. c. cum voluntate, tit. nostro. & ratio ponitur secundum glossam, quia per sacros ordines liberatur a patria potestate, sed tu dic, ꝙ prælatura inferior episcopatu, licet sacerdos sit, non eximit a patria potesta-
10 te, † vt per Doct. in c. Iudæorum, de ætate, & qualit. per auth. presbyteros, C. de episc. & cleric. c. per venerabilem post princ. qui fil. sint legit. & C. de episc. & cler. auth. sed dignitas, quæ probat, quòd dignitas episcopalis liberat a patria potestate, verũ quãuis sacer ordo non liberet a patria potestate, est tamen talis priuilegiatus quo ad peculiũ aduentitium, de testa. c. quia nos: quia peculium aduentitium in presbyteris iudicatur peculium quasi castrense, vnde de his testari possunt, Zabar. ibi. Item quo ad distractionem, de qua C. de patri. qui filios distrax. l. 2. Item quo ad violentam manuum iniectionem, d. c. cũ voluntate. Igitur si pater verberans filiũ in sacris est excõmunicatus, ergo multo magis videtur hoc procedere in magistro. Itẽ videtur facere tex. in l. vnica, C. de emendat. propinqu. Vbi senioribus licitũ est castigare iuuẽes, sed per castigationẽ intelligitur modica, l. præceptoris, ff. ad l. aquil. glo. in c. sicut. 7. q. 1. Item per iuuenes in
11 telliguntur adolescentes, † quæ adolescentia durat vsque ad annum 18. Quare cũ in casu nostro presbyter videatur excessisse leuem castigationẽ, & percusserit scholarem, qui saltem attigerat xxij. ann. ergo cum nõ possit se tueri beneficio iuris, dicendum, quòd standum est regulæ, ut percutiens clericum cõstitutum in sacris sit excommunicatus. Vltimo facit tex. in c. nullus, 17. q. 4. vbi manifeste patet, quòd nullus clericorũ seruum, aut discipulum suum fugientem ad ecclesiam extrahere audeat, vel flagellare † præsumat, quod si fecerit, donec dignè pœniteat a loco, cui honorem non dedit,

segregetur. Cum igitur sit separandus ab ecclesia, videtur debere intelligi de excommunicatione, 25. dist. capit. perlectis. nam constitutus in peccato mortali potest ingredi ecclesiam, vt habetur de pœnit. distinctio. 1. cap. qui [illegible] Francus in c. is, cui, de sent. excommunic. in 6. Verũ pro contraria parte facit optima glossa in capit. 1. 23. quæstione 5. in fine: Quæ sic se habet. Magistri non incidunt in canonem, verberando clericos causa [illegible] dicto cap. primo, titu. nostro, dum tamen non nimium sæuiant in eos. vt ff. ad l. Aquil. l. præceptoris. Quibus autem liceat alios castigare, habes 23. quæstione 4. cap. duo [illegible] dicto capit. Sicut, datur autem ista potestas patri in filium clericum, quousque sacrum ordinem receperit, licet tamen eo [illegible] dó non liberet a patria potestate, vt 54. dist. c. si seruus. [illegible] maiorem potestatem habet magister in disci-
13 pulum, † quam pater in filium, cum magister adhuc post ordinem habet eum in potestate, [illegible] doceret. super eo. ti. nostro. Hanc etiam sententiam tenet Turrecr. in capit. si quis suadente 17. quæstio. 4. modo
14 magister hoc faciat leuiter, † & ex causa disciplinæ, dicto cap. cum voluntate, §. final. & d. l. præceptoris. immo dicit ex Guil. quod licet ex ira percutiat, in canonem non incidit, ex quo causa correctionis hoc facit, etiamsi de correctione non cogitet actu, sed tantum habet habitu, & sufficit. Nec distinguit vtrum sit in sacris, vel non, d. c. cum voluntate. Imò sequitur n. 6. quod si principalis magister præciperet inferiori ne percutiat, & inferior percutit, quod non videtur incidere, modo
15 inferior sit submagister: † quia non potest principalis magister auferre beneficium iuris, per quod conceditur ei corrigere posse quem docet. Immo num. 7. dicit, quod quamuis magister excedat modum in corrigendo, tamen nisi ex proposito, & irato animo excedat, non credit, quod incidat, quia solummodo dolum persequitur, vt colligitur ex d. cap. si quis suadente. Et in dubio nõ videtur dolo facere. [illegible] pieta-16 tis, & disciplinæ, † gloss. in capit. nullus videtur [illegible] ff. de reg. iur. Quare non obstant in contrarium adducta, & primo tex. in cap. presbyterum. & cap. ad audiẽtiam: quia illa iura [illegible], quando excedit modum corrigendi ex proposito, & irato animo, vel aliter respondetur [illegible] in capit. presbyterum [illegible] in foro exteriori. nam cum percussus mortuus fuit ex percussione post pau-
17 cos dies, præsumitur mortuus ex præcedenti percussione, & ideo censetur irregularis, & isti pauci dies intelliguntur vsq; ad triduum, [illegible] quia si [illegible] post triduum, non videtur decessisse ex illis vulneribus, cap. 2. extra de clerico percuss. [illegible] Cum enim [illegible] ad l. Cornel. [illegible] animæ quis non [illegible] homicidio, licet [illegible] ex quo desiit voluntas [illegible] committendi: Ita Panormitan. cap. presbyterum, nu. 4. de homicid. & ibi. glo. in verbo expiraret in fine. Pariter nec obstat secundum, quia hic ex continuata percussione in ecclesia, videtur percussisse ex odio, & ideo incidit in excommunicationem. Respondeo: quod cum prima percussio fuerit facta animo corrigendi, quia tũc temporis, quando docebat, sic videtur & illa, quæ fuit facta in ecclesia, quia vnico contextu. argumen. tex. in capit. cum pro causa, titu. nostro. sic nec obstat tertium, quia vt patri non licet absque pœna excommunicationis percutere filium in sacris,

sic

sic nec licet præceptori, Respondet glossa in c.1.23.q.5. quòd plus iuris habet magister in correctione scholaris, quã habeat pater in correctione filij, & ita respondetur ad tex.in l. vnica. C.de emend. propinq. Vbi licitum est tantum leuiter castigare pueros vsque ad 18. annum: nam fallit in magistro. vltimo nec obstat tex.in c.nullus 17.q.4. quia intelligitur, quando magister vellet castiga-
18 re scholarem pro aliquo alio facto, quo ipsum offendit: non autẽ, quando vellet eum verberare ratione disciplinæ, & doctrinæ: quia tunc poterit. leuis.n.castigatio magistro de iure indulta est, d.l.præceptoris, arg. 23.q.5.c.1. Ita Turrecr. in d. c.nullus. Quare ex his omnibus concludendum arbitror, quòd cum iste tẽpore, quo percusserit, erat pceptor,
19 † & quem percusserat scholaris, & tẽpore, quo percusserat, deliquerat: quia proterue respondit, & percusserit tunc temporis, quo erat in disciplina, quia docebat, præsumitur q fecerit non animo doloso, sed bono zelo monendi, vt dixit Bart. in l.sed & si §.si magister.ff.ad l. Aquil.quãuis excesserit, cum non possint verbera semper suspendi in statera, vt dixit Sylu. in verbo Excommunicatio, 8. in fine, & Turrecrem. in d.c.si quis suadente nu.7. Et ita non incidisse in excommunicationẽ. Et hæc salua, &c.

D.Iacob.de Graffijs a Cap.

DE SENTENTIA EX-communicationis.

Consilium XII.

Prælatus quidam regularis cum priuasset aliquos suos subditos vtensilibus quibusdam, eorumque partem sacrario applicuisset retenta sibi alia, reclamantibus illis apud

eorum primarium, seu regimen cõgregationis, fuit illi sub pęna suspẽsionis a diuinis mandatum, vt eadẽ reliqua restituat ijs, quibus abstulerat, modo dubitatum fuit de duobus, &,

I. An hoc præceptum sit comminatorium, vel latæ sententiæ.

II. Quid si ideo non paruerit, quia per literas superiori directas, quod adimplere non posset, rationabilem causam prætendit.

PRIMAE DIFFICVLTATIS

SVMMARIVM.

1 *Suspensio est censura ecclesiastica, vt interdictum & excommunicatio.*
2 *Suspensio a diuinis quid operetur, nu. seq.*
3 *Auctoritatem præstare celebrationi, quando in dubio dicatur.*
4 *Prohibitus aliquid facere sub pœna excommunicationis, an contrafaciens sit excommunicatus.*
5 *Excommunicatio dupliciter capi potest, sed in dubio intelligitur de maiori.*
6 *Pœnæ spirituales an in dubio intelligantur de maioribus.*
7 *Assertioni iuratæ standum est in dependentibus a conscientia.*
8 *Excommunicatus quis in dubio præsumitur.*
9 *Præceptum sub pœna excommunicationis non inducit excommunicationem, sic nec præceptum superioris, & nu 12 fallit nu. 15.*
10 *Intellectus ad tex. in c. si quem, tit. nostro. Verba in dubio sunt intelligenda, vt communiter capiuntur.*
13 *Verba (suspensionis sententiam eo ipso incurrunt) notant ipso facto suspensionem.*
14 *Differentiæ xi. remissiuè inter suspensionem, & excommunicationem.*

CIRCA præsentem difficultatem diuino nomine inuocato, & Beatissimæ Mariæ semper virginis suffragio implorato, vt veritas magis elucescat, duo sunt a nobis explicanda, priusquam ad decisionem deueniamus; & primo, quòd suspẽsio est censura ecclesiastica, vt inter-
1 dictum, & excommunicatio, ita est text. qui ad hoc allegari solet in c. quærenti, de verb. signifi. vnde necesse est, vt quod de vno dicitur, de altero in multis intelligatur, text. in c. translato, de constit. 1. præterea 2. de appellat. ibi excommunicatum, aut interdictum, vel suspensum esse cognoscas. Ad idem est tex. in c. 1. §. superior, versic. Et hæc, tit. nostro in 6. Vbi Hosti. nu. 39. dixit, quòd ista tria eiusdem naturæ, & conditionis sunt. Secundo præmitto, quòd per suspensionem a diuinis prohibetur
2 ordinatus † exercere aliquem actum suo ordini deputatum, potest tamẽ ea omnia facere, quę potest laicus. Vnde percipiendo sacramenta non efficitur irregularis, c. si celebrat, de cler. excom. ministr. quia talia non sunt ordinis, cum & laici participẽt sacramentis, sic nec benedicens mẽsam, vel legens, cum ista officia non sint deputata ordinibus sacris. Gemin. post Host. & Ioan. Mona. in c. 1. §. caueant, num. 4. tit. nostro in 6. sic nec si tantum interesset diuinis, vel ingrederetur cum alijs legendo, aut cantando responsoria, exercendo aliquod officium, sed si ibi cantaret cum alijs, & præter ea fungeretur officio sacerdotis, dicendo capitulum, vel orationem in officio, vel exerceret officium cantoris in choro, tunc incurreret in irregularitatẽ, tex. est in d. §. caueant, versic. officio suo, c. si quis episcopus xi. q. 3. vel si interesset diuinis, auctoritatem præstãdo celebrationi, glossa in clem. 2. de priuil. c. 2. de cler. excom. minist. Et dicitur auctoritatem præstare ce-
3 lebrationi † in dubio, quando superior coram se facit celebrare, vt si resideret in loco solenni, vel in choro, vel in eminẽtiori loco, Ant. & Abb. in c. tanta, de excess. prælat. Ideo caueant superiores priores, & alij, ne præsentibus excommunicatis, aut suspensis taceant, aut permittãt cãtari diuina, Præpos. in c. si quis episcopus lo 4. 11. q. 3. Item si presbyter diceret solenniter cum stola in matutinis Euangelium, vel si baptizare cum solennitate, vel si presbyter diceret euangelium in star diaconi, & portaret stolam, vel si absolueret cum solẽnitate excommunicatum, quod est solius episcopi, aut presbyteri, c. debent 11. q. 3. Præpos. in d. c. si quis episcopus, vel tandem aliqua exerceret, quæ nõ possent laici. Quibus sic breuiter præmissis, quòd præceptum sub pœna excommunicationis a diuinis inducat ipso facto suspensionem, primo facit, quia (vt superius diximus) cũ suspensio sit censura, quod procedit in vno, procedit in alio, sed prohibitus aliquid face-
4 re † sub pœna excommunicationis, dicitur excommunicatus, glo. in c. cum esses, de testam. glossa in c. 1. locati, facit ad hoc c. salonitanæ dist. 63. c. 1. de eo, qui furt. ordi. suscep. & glossa in d. c. 1. dicit, ꝙ ita obseruamus, & tenemus, quòd sit canon latæ sententiæ: ergo idem dicendum, quando aliquid præcipitur sub pœna suspensionis a diuinis. Secundo facit fortiter tex. in c. si quẽ, de sent. excommu. nam ibi agitur de pœna excommunicationis, quæ cum capi-
5 possit dupliciter † pro excõmunicatione maiori, & minori, tamen si iudex simpliciter profert sententiam excommunicationis, dicendo excõmunico, intelligitur de maiori: ergo sic intelligendum est in casu nostro, quòd quando fit præceptum sub pœna suspensionis, cum possit intelligi

de

de comminatoria, & lata, in dubio intelligatur de maiori pœna, hoc est lata, & non ferenda: quia ex quo istę censuræ dicuntur pœnæ spirituales, Hostien. in d. c. quærenti, & in c. 1. tit. nostro in 6. fit, vt in dubio interpretatio intelligatur de maiori pœ-
6 na, † quod non sic esset in alijs pœnis corporalibus, vel pecuniarijs, vt dicunt ibi Doctores, & ita, quòd incurratur ipso facto suspensio. Tertio facit, cum hoc verbum possit dupliciter capi, vt comminatoriũ, vel latæ sententiæ, & si superior declarasset per illud verbum voluisse suspendere, cum tali assertioni iuratæ standum † esset. nam cum simus in
7 dependẽtibus a cõscientia eius, standum esset iuramento illius, ita text. in c. si vero 2. qui ad hoc allegari solet tit. nostro. Facit cap. nullum, de elect. in 6. quod intellige in foro animæ, vt dixit glossa sing. secundũ Abbatem in Clem. 1. verbo habita, de priuileg. quod procedit maxime in censuris, capit. iure 11. quæst. 3. fit, quòd subditus debeat capere partem tutiorem, quæ est durior, scilicet quòd superior habuerit mentem excommunicandi, iuxta tex. in cap. cum desideres. §. secundæ quæstioni, de senten. excommunicat. vbi in dubio præsumitur quis excommunicatus, & alibi textus 30. quæst. quinta, dicit quòd præsumitur potius fornicatio, quam matrimoniũ. Et hoc generale est, vt vbi periculum animæ vertitur, præsumatur in deteriorem partem, extra de sponsal. cap. iuuenis, distin. 68. cap. presbyteri, quia licet videatur deterior, tamen melior, & tutior est iuxta glossam solennem in cap. vnico de scrut. in ord. facien. Quarto facit dictum Mari. Socini in cap. perpendimus, num. 215. tit. nostro. vbi præceptum, quod aliquid fiat sub pœna excommunicationis infra certum tempus, inducit excommunicationem contrafacienti, vt notatur in c. præterea 2. de appella. Verùm quòd non sit suspensus ipso iure non parendo, sed suspendendus, faciunt multa, & primo, quia vt præceptum sub pœna excommunicationis non inducit excommunicationem, sed requiritur noua excommunicatio. Ita & suspensio, cum censuræ istæ æquiparentur. d. cap. quærenti. Sed pœna excommunicationis importat comminationem, & non excõmunicationem, glossa fin. in cap. relatum, de iure patron. cap. vnico, extra de sagittar. siue præceptum fiat a lege, siue ab homine, d. cap. relatum in fine. Do. Anto. de Butrio in capit. 1. numero 10. extra loca. & in d. cap. cum esses, in fine. Feli. in cap. sicut tuis, extra de simo. & ratio est: quia dicta verba sub pœna excommunicationis possunt dupliciter accipi, nempe sub pœna legis ferendæ, & iam latæ, ideo in dubio præsumitur ferendę, & non latæ, quia hoc est mitius, glossa, & Doctores in d. cap. sicut tuis, & d. cap. Salonitanæ, & in cap. 1. de sagittar. In quibus iuribus respondetur ad capit. si quem, tit. nostro, quia ibi nõ intelligendo de maiori excommunicatione sententia nihil operatur, vel parum, maxime in laico: nam cum excommunicatio feratur solum pro peccato mortali, cap. nemo, cap. nullus 11. quæst. 3. si intelligeretur de minori, sententia parum operaretur, quia separaret solum a sacramentis, quod etiam facit peccatum mortale; cap. fin. de cohab. cler. & muli. licet excommunicatio minor faciat clericum ineligibilem, capit. fin. de cler. excommun. minist. qui effectus non causatur, cum sit causalis, & non contingens, sed dicta sententia sub pœna intelligendo de excommunicatione, vel suspensione ferenda operatur aliquid, videlicet comminationem, iuxta textum

in

in l. 1. C. cõia, vel epist. quare facienda est mitior interpretatio, cum aliquid operetur. Vel videri potest ad Cle. 1. si quẽ, ꝙ ideo verbũ Excõico intelligitur de maiori: quia sic excommunicatio intelligitur secundum communem vsum, & vulgarem loquendi. Verba autem prolata in dubio sunt intelligenda prout communiter capiuntur, extra de sponsal. cap. ex literis, & l. liberum §. quod tamen Cassius ff. de lega. 3. Ita glossa notab. in extrauag. cap. 1. in commu. de sentent. excommun. Vbi in proprijs terminis hoc tenet quòd verbum Excommunicatio de vi vocabuli importat maiorem, quę excludit a communione fidelium, & respondet ad tex. in capit. pia, de except. in 6. Vbi cum proponendo excommunicationem exprimit speciem excommunicationis, fit, vt intelligatur de maiori, alias non esset necesse exprimere, si maior intelligeretur, quòd ille text. intelligatur quando proponitur in iudicio partem esse excommunicatam: nam in odium opponentis, si nõ exprimit, intelligitur de minori. At hic agitur de Iudice pronuntiante aliquem esse excommunicatum, vel excommunicandum, vnde interpretatio est facienda, prout verba sonant, extra de sponsal. cap. ex literis. Hanc etiã opinionem sequitur Domin. de S. Gemin. in d. c. pia, verbo speciem. Refert Additio ad Abbatem la prima in cap. si quem, de sentent. excommun. in fi. Igitur cum verbum excõmunico ex vi vocabuli importet excommunicationem maiorẽ, fit, vt hæc ratio cesset in casu nostro, cum secundum communem vsum loquendi dicta verba importent comminationem, & non excõ-
12 municationem, vt communiter ferè omnes Doctores in locis prææallegatis fatentur: ergo sicut verba illa sub pœna excõmunicationis inducunt comminationem: sic etiam dicendum erit de pœna suspensionis: cum dictæ censuræ æquiparentur. Accedit etiam id quod notatur per glossam, & ibi Francus num. 2. in c. 1. de sepult. in 6. Vbi prohibitio facta sub interminatione maledictionis æternæ non inducit excommunicationem, sed contra veniens grauiter, & mortaliter peccat. Rursum facit a simili, quod habetur de Iudice præcipiente alicui, vt aliquid faciat, vel non faciat sub pœna mille librarum, quòd non parens non incidit incontinenti in pœnam, cum illa fuerit comminatio quodammodo de pœna intelligenda, Panormi. in d. cap. sicut tuis, numero 6. præterea, quando iura volunt, vt quis sit statim suspensus contrafaciendo, apponunt verba illa suspensionis sententiam eo ipso incurrant, Clemen. 1. §. quibus, in fine de priuileg. Nouerit se suspensum, c. 1. § si quis tit. nostro in 6. quæ non sunt in casũ nostro. Tum etiam, quia occasione de futuro non debet promulgari excommunicatio, argum. de sentent. excommunicat. in 6. c. Romana. §. caueant, sed modo promulgaretur suspensio occasione de futuro, nisi restituat: ergo facit etiam Clement. Dispendiosam. §. præmitti, de iudic. præterea cũ in d. §. caueãt ponantur per Doctores 11. differẽtiæ inter excõicationem, & suspensionẽ, & non ponatur ista, fit, vt in hoc conueniãt vt quod dr̃ de vna intelligatur de alia, d. c. translato. Igitur ex his oĩbus vr̃ tenendum pro hac parte, cum sit cõis, vt testatur Abb. in d. cap. sicut suis, nu. 6. & per Præpos. in d. c. Salonitanæ, n. 3. ꝙ cõtraueniens nõ erit suspẽsus, sed suspẽdẽdus noua suspẽsione. Vñ ad adducta in cõtrariũ rñdetur, ꝙ contrafaciens non est excõmunicatus, sed excommunicãdus, ita tenent tãdem glossę in cap. cum esses, in fin. & in capit. 1. de sagittar.

Imola

Imola in cap. 1. locati. sic nec obstat tex. in cap. [illegible] 2. de appel. quia ideo ibi inducitur excommunicatio, quia fuerũt ibi apposita verba illa. Noueris te excommunicatũ, nisi hæc feceris: per quæ verba promulgatur excõicationis sententia, vt ibi notat D. Ant. de Butrio nu. 4. [illegible] ad c. [illegible] [illegible] [illegible]. Præterea nec etiã obstat quod in lex [illegible] [illegible] intentionem [illegible] dicta verba sub pœna excõicationis, voluisse [illegible] suspendere, cũ non [illegible], cuius dicto stãdum est, [illegible] de eius conscientia, vt notat [illegible] c. [illegible] 2. tit. nostro, vbi dicit, q licet sit suspensus, tamen dicta suspensio non opera-
25 tur a die cõtrauentionis, [illegible] a die [illegible] intentionis [illegible] contrafecerit absque legitima causa, & [illegible], non tamen [illegible] esset irregularis, & [illegible] cum sit inprobabili ignorantia [illegible] non fuisse suspensum, cum verba illa capiantur secundum [illegible] loquendi pro suspensione [illegible], vt talis probabilis ignorantia excuset. c. Apostolicæ [illegible] excom. [illegible] non [illegible], [illegible] de censuris ipso [illegible], loquuntur per verbum [illegible] scerint, vel præsumpserint, [illegible] contemptum, & temeritatem. Gem. & Arch. in d. §. caueant, Host. in c. 2. de sagitt. Vltimo non obstat dictum Mar. Socini in d. c. perpendimus, vbi præceptũ sub pœna excõicationis inducit ipso facto excõicationem, per text. in d. c. præterea, quia ideo ibi inducitur excõicatio. Nam fuerunt apposita verba illa, Noueris te excõicatum, quę dubio procul inducunt excõicationem, non aũt si diceretur sub pœna, Ant. de Butr. ibi nu. 4. Ex quibus oĩbus patet, q talis pęna inducat cõminatoriã, & ita peccatũ mortale.

SECVNDA DIFFICVLTAS.

1 *Præcepto non obediens ex causa rationabili an peccet.*
2 *Inobediens præsumitur esse in dolo.*
3 *Præceptum Apostolicum etiamsi durum sit est obseruandum, quod qualiter intelligatur nu. 7.*
4 *Venire contra præceptum non dicitur qui expectat secundam iussionem. num. seq.*
6 *Concedi possunt nonnulla ex pluribus causis.*
7 *Pauperum appellatione qui veniant.*
9 *Epilogus eorum, quæ dicta sunt.*

1 CIRCA secundam difficultatem, an excusetur a peccato mortali ex eo, quia causam rationabilem habet, ob quam prætendit non debere obedire; vnde [illegible] quousque non habet secundam iussionem, cum sit præceptum sub pœna excõicationis, & videtur, q non possit suspendi, facit text. in l. 1. ff. si quis ius dicenti non obtemper. vbi tanquam inobediens puniri debet, sed non [illegible], quia in dubio est [illegible] propter [illegible] facit text. in c. si [illegible] 2. §. [illegible] in prin. ff. ad [illegible] in princ. & §. Marcellus. ff. de iudi. c. Iulianus 11. q. 3. & qui non paret, præsumitur es-
2 se in dolo † l. non potest dolo carere, ff. de reg. iur. Dyn. in c. quod quis mandato, eo tit. in 6. facit etiã quod dixit Spec. tit. de iurisd. omn. iud. §. fi. in fi. vbi dicit q si mandatum, vel præceptum iudicis cõtemnitur, ad eius spectat officium hoc punire, d. l. 1. ff. si quis in ius. c. 1. de matrimo. contr. contra interd. eccl. quia præceptum, quod fit a iudice etiam sine causæ cognitione valet de his quæ ad eius spectant officium, Innocen. in cap. cum venissent, extra de in integ. rest. super glossam positã verbo probi-

prohibitionem & allegat 7. quæst. 1. cap. quia & not. de tempor. ordin. capitulo ad aures. tum etiam facit tex. in capitulo, in memoriam, distinct.
3 19. vbi mandatum Apostolicum etiam si durum sit, obseruandum est, concordat cap. contra morem, dist. 100. & idem est de præceptis episcoporum, ut notatur in 1. glossa. in d. c. in memoriam, ut dixit ibi Gemin. contrarium tamen est verius, vt probatur per tex. in cap. si quando, de rescrip. arguendo a maiori ad minus, quia si is, ad quē Papæ rescriptum dirigitur, potest causam rationabilem, & sufficientem allegare: quare non debeat parere, & interim supersedere, donec veniat secunda iussio. ex quo tex. colligitur non dici aliquem uenire contra præceptum, donec expectet secundam iussionem.† Multo
4 magis hoc procedere debet in prælato præcipiente hoc subdito], ut est glossa notab. in d. capitul. si quando quam ibi sequitur Felinus. vnde gl. in verbo nominans. §. deinde, in authen. de mand. princ. dicit quod iudices mandata superiorum, quæ sunt irrationabilia, non debent executioni mandare, nisi secunda emanauerit iussio. Quod inducit contra miseros prælatos exequentes statim litteras Papæ, quæ non uidentur iustæ ex aliqua rationabili causa, & sequuntur illam glossam Bal. & Imola in d. capit. si quando. ibi. dicit ibi Bal. & Fel. quod hoc procedit, quamuis in literis dicatur, districtè præcipiendo mandamus: immo glossa 3. in l. quoniam la 2. C. de appellat. di-
5 cit quod assessores debent resistere iudici ad errorem inclinato, & subditi prelato legem ignoranti instruēdo eum. Quinimo refert Felin. in d. cap. si quando ex Anchar. cons. 233. quod hoc procedit, ut sit supersedendum, etiam si in rescripto contineatur excommunicatio latę sententię. Etenim tunc non dicitur uenire cō-tra mandatum, quando iusta causa motus non paret, ita Anto. de Butr. & Imola in d. cap. immo Abbas addit notabile verbum in d. cap. nu. 1. quamuis præceptum realiter non esset iniustum, sed prima fronte deuiaret ab honestate: nam potest allegare, quare non peccat. Nec ex ista allegatione debet superior perturbari, cum quandoque concedat aliqua nō
6 concedēdo vel propter nimiam importunitatem, vel propter subreptionem, uel propter nimiam occupationem. Et ita ex illo tex. colligit Zabar. posse Papam errare in facto. vnde non obstant in contrarium adducta: quia unico uerbo ad omnia responderi potest, ut tunc non parens dicatur inobediens, quando non adest causa: quare mandato superioris non sit inobediendum, quod secus est, quando illa adesset, sic etiam respōderi potest ad tex. in c. in memoriam, ut sit obediendum mandato
7 Papæ, † etiam si pręceptum esset uix ferendum: nam ille tex intelligitur, quando constaret de præcisa uoluntate illius, quæ tunc fiet manifesta, quando adest secunda iussio, ut per Decium in d. cap. si quando. Alias si non adesset secunda iussio, & esset suspicio contra rescriptum Papæ, quod esset falsum, non esset procedendum, sed expectari deberet secunda iussio, vt dixit Gemin. d. c. in in memoriam. Et interim esset tenēdus præsentans rescriptum in carcere, donec consulatur Papa, quid de hoc voluerit diffinire, vt ille corrigatur, & cæteris metus incutiatur. Igitur ex his omnibus in casu nostro uidetur subditus excusatus in non obediendo, & rescribendo: quia forte subditus, qui etiam erat superior, in pœnam alicuius delicti priuauit subditum suum re, & dedit illam pauperibus, facit text. in cap. presbyteri, de pœnis, c. cum sit, §. fin. eod. tit. uel illam rem applicauit sibi, cum

pau-

pauperum appellatione veniat etiã
8 ipse superior † si indiget: & in exe
cutorẽ datus ad distribuẽdum bona pauperibus, potest distribuere potius suis, quam extraneis, si sui sont uere pauperes: immo etiã filijs suis vt dixit Panorm. in cap. 1. de cohab. cler. & mul. Et ibi Additio litera A. quamuis additio ad Abbatem in ca. dilecto. verbo subuenire, de præb. uideatur contra. Tamen quicquid sit, in casu nostro dicimus potuisse huiusmodi subditum cui factum fuit præceptum sub pœna suspensionis, potuisse (licet melius fuisset, si non egisset) applicare sibi pœnam, quando ille erat uere pauper, & pœna fuisset apposita a lege, uel statuto quia tunc non potest notari auaritia, quemadmodum notaretur, si prælatus ipse apposuisset pœnam, ut notãt Doct. in c. tuæ, de cler. non resid. ergo non potest supersedere a pręcepto absq; peccato, quousq; ueniat secunda iussio. faciunt etiam notata per Bar. in Auth. ut determiãtus sit numerus, §. Dudum nume. 5. Et ita concludendum arbitror per hęc uerba, sub pęna suspensionis, a diuinis,
9 non induci suspensionem, † sed com
minationem; & contrauenicns absque causa peccat mortaliter, nisi superior declarauerit uoluntatem suam fuisse ob illa uerba ipso facto contrauenientem fuisse suspensum, cui declarationi licet esset standum, tamen suspensio non retrotrahitur a tunc, sed a nunc, hoc est a die declaratę intentionis. Immo nec peccatum incurreret, si ideo non habuerit, quia iustam habuit causam non obediendi, & ea scripta superiori supersedet, donec ueniat secunda iussio. Et hæc salua &c.

D. Iacob. de Graffijs V. I. D. a Capua professus S. Seuerini a Neapoli.

Deo a quo, & per quem, & in quo sunt omnia sit honor, gloria, uirtus, & imperium in infinita secula. Amen.

F I N I S.

A 56.